R. P. FRANCISCI DE ROXAS MINORITANI.

CATENA AVREA, IN EVANGELIA.

R. P.

FRANCISCI DE ROXAS

HISPANI, MINORITANI,

TOLETANI, SVPREMÆ INQVISITIONIS
in rebus Fidei Theologi Moderatoris, & Sanctæ
Prouinciæ Castellæ alumni obseruantis,

CATENA AVREA

SS. Ecclesiæ Doctorum, per maris abyssum
Euangelicæ Historiæ nauigantium:

SECVNDVM ORDINEM A ROMANA CATHOLICA
Ecclesia præfixum, vt præstantius diuini verbi præcones
per annum integrum gyrare possint.

*TRANSLATIONES ANTIQVIORES ET NEOTHERICÆ
etiam adducuntur quæ ad litteralem, & moralem sensum vtiliùs conducunt.*

Tomus Primus elucidatus,

Continens à XXI. Cap. secundum Lucam de signis aduentus Christi Domini ad iudicium antecedentibus, vsque ad Cap. III. de Ioanne pœnitentiam prædicante.

LVGDVNI,
Sumpt. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD,
M. DC. LI.
Cum permissu Superiorum.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. FERDINANDO RVIZ

DE CONTRERAS, EX NOBILISSIMO ORDINE S. Iacobi Equiti Præclaro, & totius noui mundi Indiarum à Secretis Consiliario, Cæsarisque Philippi IV. in omnibus Monarchiæ negotiis singulari fidelissimoque Secretario.

Fr. FRANCISCVS DE ROXAS *Minoritanus æternam fælicitatem exoptat, Catenamque istam auream Sanctorum Ecclesiæ Doctorum sacrat, & dicat.*

TIMENDA satis, & sæpius in memoria retinenda (NOBILISSIME DOMINE) Chrysologi subtilis sententia est: *Eliminat à Palatiis adulatio veritatem*, & cum te Mecænam operum meorum; iam ab incunabulis elegi. Timor adulatorius cum amore & debita reuerentia nobilitati tuæ, Progenitoribusque nobilissimis tuis corde iustè meo pugnando certant. Sed æquum est enim, vt qui paribus virtutibus

ã 2 imbuuntur,

imbuuntur,paribus obſequiis decorentur.At quis non videt quanta tibi cum Parente tuo Nobiliſſimo D. Ioanne Ruiz de Contreras, totius noui orbis Indiarum Digniſſimo Secretario, non modo cognatio ſanguinis, ſed etiam communicatio virtutis intercedat? Fateor illum tibi eripuiſſe, ne in omni virtutum genere primus eſſes: ſed contendo te illi eripuiſſe, ne eſſet ſolus. Hæc ſi naturæ progreſſio excipiatur: cætera virtutum ornamenta, haud inæquali tibi cum Patre tuo trutina patiuntur, ſuum ſequi poterat Parentem Traianus ille Aſcanius non aſſequi, iuxta illud Mantuani, *Sequiturque Patrem non paſſibus æquis.* Tibi vero, ô Ferdinande inclyte,tanta virtus ineſt, vt fortuna Felix, non ſolum poſt Parentem, ſed ad omnia ſumma gradus moliaris. Inſanum vocat (teſte Auguſtino) Ariſtoteles, *Quem fatum, vel fortunam ſtellam prædominantem ſequitur*; Sed ille verè fortunatus eſt, qui ſuis virtutibus, & ingenioſis progreſſibus fortunam infælicem procliuem format; quia ſcriptum eſt, *Vir ſapiens dominabitur aſtris.* Quæ omnia, ſi vera, non adulatoria narranda ſunt prudentiſſimo, & ingenioſiſſimo Parenti tuo iure debentur; nam teſte Claudiano loquente de doctrina & documentis à Theodoſio Imperatore Honorio filio datis, ſic ait:

Non tibi delicias molles, nec marcida luxit
Otia, nec ſomno genitor permiſit inertes,
Sed noua per duros inſtruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires.

Ex quo tibi omnia bona venerunt pariter cum iſtà indicibili educatione! Vnde ad quæſita tibi ab vniuerſis Aulicis ſtupefactis? Vnde tàm indefeſſus labor, ad vniuerſa Regis Catholici Philippi negotia ingens ſubſiſtentia? Ex paterna potes educatione reſpondere. Vnde infatigabilis labor, quo diu noctuque inceſſanter ſacræ Maieſtati aſſiſtentia perpetua non frangeris? Ex Paterna educatione. Vnde tot, tantiſque negotiis implicatus, nulli moleſtus, nemini aſperus, mitis omnibus, alacer in audientiis dandis, placidus in reſponſionibus, gratus in querelis, manſuetus impatientibus, nequaquam ſeuerus, omnibus amabilis? Ex Paterna educatione prouenit.

Monebat Claudianus Pædagogus Principis Honorij, vt Parentem ſuum Theodoſium Imperatorem indueret, hoc eſt, vt eius imitaretur opera, & virtutes, *indue mente Patrem.* Tibi vero, ô Ferdinande inclyte ſuadendum non eſt, vt Parentem induas; ſed potius quod indueris gratulandum; tua quippe prudentia, virtute, & ingenuitate incitatus ad eius virtutes imitandus præuolaſti, & ſi dicere licet, noui Progenitores tuos ex vtraque ſobole, coæquaſti eum, admiratione ſuperaſti, vt ô Ferdinande de Contreras, conteras ſuperborum capita, & allidas inuidorum morſus, & tuis exemplaribus in poſterum poſteris tuis,

tam in Regno Aragoniæ, quam Castellæ, vbi cognomenta de Ruiz originem habent, honorem, & præclara fundamenta ingentis nobilitatis relinquas.

Celebris fuit illa quondam inter Cambysem Persarum Regem, & eius amicos disceptatio: nam Regi percontanti vtrum fæliciorem indicerent, an parentem Cyrum? omnes qui aderant adulatores respondebant illum sine dubio Parenti suo præstitisse, nec minus quam solaris splendor superat lunarem Paternam fælicitatem superasse. Vnus autem ex circunstantibus (Cresus nomine) Absit, inquit, sed plane tuus tibi præit fælicitate Parens, mirantibus omnibus confirmauit suam sententiam dicens; *Quia te genuit filium, cui tu parem non habebis, quantumuis natura thesauros suos omnes exhauriat, & effundat.* Hæc, inquam, fælicitas tibi eques nobilissime debebatur, & propter hanc præstantissima, & illustrissima Domus Syluarum te quæsiuit, & vnicam filiam hæredem diuitiarum tuarum D D. Marianam Ruiz de Contreras optauit, & D D. Ludouicus de Sylua ex antiquissima familia Ducum de Pastrana, tanquam ex germanis ramis procedens in matrimonium contraxit, ex quorum Regali Portugaliæ progenie longè, lateque diffusi sunt per vniuersum orbem Syluarum cognomenta præclara. Accipe igitur nobilissime Domine munusculum pro tua magnitudine paruum, sed pro mea in te amicitia non contemnendum. Quod si tibi placeat, nemini displicebit, si à te benignis oculis aspiciatur, à nemine malignis despicietur. Accipe ô Mecænas atauis, seu potius ab auis tam illustris, quam notus omnibus Catenam auream Sanctorum Ecclesiæ Doctorum quam summo labore texui, & fabricaui, quam etsi pro reuerentia tantorum Patrum tam æstimabilis sit; tuo tamen patrocinio quasi portans murænulas aureas vermiculatas argento ante oculos orbis terræ fulgebit, & splendorem, quem desidero reportabit ad gloriam Dei, & sapientium vtilitatem. Vale.

Fr. FRANCISCVS DE ROXAS S. humil.
S. P. D. V. Dom. Illust.

A D

AD LECTOREM.

MAGNA profectò est (ô Prudens Lector) magna in sacris commentariis scribendis difficultas : nam prophana scientia instar lactis facillimè fugitur, breuissimè concoquitur : sacra instar solidi cibi difficilius manditur, tardius in nutrimentum conuertitur, & per indicibiles labores diuersis stomachis qualitatibus peregrinis imbutis corroboratur. Quia quemadmodum odores, vel fœtores per aëris temperiem inducuntur ; ita scriptorum opera ab inuidis fastidiuntur, ab ignauis odio habentur, à prudentibus laudantur, & à litteratis præconibus exaltantur. Immensa profectò laborum seges illi metenda est, qui ad sacram doctrinam colligendam in publicúmque theatrum ostendendam falcem immiserit. Interrogat stupefactus Oleaster, quare omnes fratres Joseph, videntes eum, dixerunt, vnanimiter conuenientes, Genes. 37. num. 20. *Venite occidamus eum ?* Et respondet, *Quia timida, & vilis malitia ignorantium est ; & ideo socios quærit ad detractionem earum, quæ in lucidis operibus fratris videt ; & quia manipulus Ioseph multum super omnes manipulos fratrum suorum creuerat vnanimiter eius mortem auscultabant. Conquerebatur Paulus Apostolus satis compassiue de periculis, quæ in falsis fratribus inueniebat, & vt exaggerationem rationi coniunctam ostenderet, addit, quia abundantius omnibus laboraui*, 1. Corinth. 15. num. 10. *Non audis Apostolum, qui non vt vanus suarum laudum ostentator, sed vt varius suorum ad totius ædificationem Ecclesiæ scriptor conqueritur de fratribus persequentibus*, vbi Augustinus in Psalm. 130. *colligit Paulum abundantius omnibus laborasse quia copiosius omnibus scripsit (fratribus persequentibus.) Quasi dicat, vbi plus scribitur, plus laboratur, & vbi pro præmio scribendi persecutiones oriuntur, fratrúmque pericula inaccessibili gloriæ corona honorabitur : quia vnus scribendi labor tantus est, vt nullus alius quantumuis importunus cum illo conferendus videatur. Et si præmium immenso labori impensum non sit in hoc sæculo, iudicium manifestum est, quod nulla mercede (præter Deum,) digna & congrua coronabitur. Si ergo scripta labores sunt, certum est, & tu cognoscere debes quod per triginta annos laboraui in gemitu meo diu noctúque scribens duos tomos qui concordantiæ Euangelistarum nuncupantur, germanos alios, qui opprobria Christi inscribuntur vnum quadragesimalem, alterum funeralem, sertum Elucidarium Beatæ Mariæ Virginis, septimum, & octauum Fragmenta Sanctorum Patrum rubricantur, nonum, & decimum Catenam istam auream contexui præter quatuor tomos, qui Annales Fratrum Minorum præsignantur, sed gelu, & hyeme (proh dolor) superioris frigoris originaliter spectant diuinam voluntatem. Immensus igitur scribendi labor immensum honorem, & commoditates requirebat. Sed (teste Tertulliano) nulla maior commoditas, & voluptas quàm fastidium commoditatis, voluptatisque. Fruantur ergo suis honoribus, & vanitatibus ambitiosi, festinent omni studio, & perpetua vigilantia, ignaui propter voluptates dignitatum, & Præfecturarum consequutionem ; quia ego in vinculis Catenæ huius aureæ Sanctorum Patrum gloriabor, vt inhabitet in me virtus Christi. Te tantum pro impensis laborum maiorum suppliciter exposcens, vt dum adhuc ordiri, & texere persoluo tres tomos huius sacræ Catenæ, quos præ manibus habeo ab omnipotente Deo salutem, & vitam æternam pro te, & me indesinenter exposcas*, Vale.

CENSVRA PATRVM LECTORVM *Sacræ Theologiæ.*

EX speciali mandato Reuerendissimi P. N. Fratris Ioseph Maldonado huius Cismontanæ familiæ, item & Indiarum Commissarij Generalis nos subsignati testamur attente legisse, & summa cum animi delectatione vidisse librum, cui titulus; *Catena Aurea Sanctorum Ecclesiæ Doctorum per maris abyssum Euangelicæ historiæ nauigantium authore* R. P. Fr. FRANCISCO DE ROXAS *Toletano supremæ inquisitionis in rebus fidei Theologo, & alumno,* in quo perspicuitatem doctrinæ cum soliditate coniunctam, selectissimas sanctorum Patrum sententias, & quæstiones, ac legitimam variarum versionum, & expositionum concordiam deprehendimus. Nil est contra fidem, imò instat author opportune, & constanter pro Euangelij, & interpretum eius veritate dignoscenda, & concatenanda. Vnde poterit cum authoris laude, & Ecclesiæ vtilitate hoc opus typis mandari. Ita remur, & iudicamus. In Conuentu S. P. Francisci Matritensi die 2. Mensis Octob. ann. 1648.

Fr. GREGORIVS GARCIA *Lector Theologiæ.*

Fr. IOANNES A CRVCE *Lector Theologiæ.*

FACVLTAS,

FRATER Iosephus Maldonado Commissarius Generalis, & seruus huius familiæ Cismontanæ, Ordinis Sancti Francisci, Facultatem facimus vt Liber, cuius titulus *Catena Aurea Sanctorum Ecclesiæ Doctorum per maris abyssum Euangelicæ historiæ nauigantium à Patre Fratre* FRANCISCO DE ROXAS *nostræ Seraphicæ Religionis Theologo,* in tres Tomos diuisus necnon Supremi Senatus Sanctæ Inquisitionis, Qualificatore conscriptus, & eiusdem Religionis Lectorum Theologiæ iudicio approbatus, typis mandetur: In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo munitas dedimus. Matriti in Conuentu Beati P. N. Francisci, die 20. Nouembr. anno 1649.

Fr. IOSEPHVS MALDONATVS *Commissarius Generalis.*

D. M. S. R. P. Fr. PHILIPPVS DE LA TORRE *Secretarius Ordinis.*

FRATER Petrus Manero Vice-Commissarius Generalis, & Seruus Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ S. P. N. Francisci hac in familia Cismontana, &c. Facultatem facimus, vt Liber in tres Tomos diuisus cuius titulus, *Catena Aurea Ecclesiæ Doctorum per maris abyssum Euangelicæ historiæ nauigantium* à P. Fr. FRANCISCO DE ROXAS nostræ Seraphicæ Religionis Theologo, & Prouinciæ Castellæ alumno Visitatori nostræ Almæ Prouinciæ Valentinæ Commissario: necnon Supremæ Sanctæ Inquisitionis Qualificatore conscriptus, & eiusdem Religionis Lectorum Theologiæ iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra conscriptas, & sigillo munitas dedimus Matriti in Conuentu S. P. Nostri Francisci die 8. Mensis Septembris, anno 1650.

Fr. PETRVS MANERO *Vice-Commissarius Generalis.*

De mandato R. P. N. *Vice Commissarij Generalis*,

Fr. FRANCISCVS CLERRA *Secretarius Generalis.*

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS infra subscripti Doctores Parisienses fidem facimus Librum cui præfigitur pro titulo, *Catena Aurea in Euangelia tertius anni*, authore R. P. FRANCISCI DE ROXAS Minoritano nihil quod aduersetur fidei, & bonis moribus continere quod testimonium syngraphis nostris munimus hac die vigesima-quarta Maij, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo. Lugduni.

Fr. IOANNES ROBE', *Ordinis Prædicatorum.*

Fr. FRANCISCVS LORNET, *Ordinis Prædicatorum.*

PERMISSIO.

VISA Doctorum Approbatione, Ego infrà scriptus Regio nomine non impedio, quin hic Liber inscriptus, *Catena Aurea in Euangelia, &c.* à PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD, & CLAVDIO RIGAVD Bibliopolis Lugdunensibus excusus in publicam lucem prodeat, cum defensione, tali casu requisita, & solita. Actum Lugduni 26. Maij 1651.

LORIN.

CONSENSVS.

ITA & me non dissentiente fiat. Lugduni die 26. Maij 1651.

CHARRIER.

CATHALOGVS TRACTATVVM, DIFFICVLTATVM,

& discursuum tam litteralium quàm moralium huius Voluminis.

TRACTATVS I. ad litteram.

Difficultas I. QVomodo obscurabitur sol, & luna non dabit lumen suum ex Lucæ c. 21. n. 1. & seqq. pag 5

II. Quo tempore durabunt signa in sole, & luna. n. 6. & 7. ibid.

III. Quod signum est aduentus Domini pressura gentium. n. 8. & 9. p. 6

IV. Quæ sint hæ virtutes, quæ mouebuntur. n. 10. & 11. p. 6

V. Quomodo virtutes Dei mouebuntur. n. 12 & 17. p 6

VI. Quare dicitur, tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna. n 18. p. 7

VII. Ad quid apparebit Christus cum potestate magna. num. 23. & seqq. p. 7

TRACTATVS II. ad mores.

Difficultas VIII. QVare homines fæliciores in hac vita plus signa, & prodigia timeant. n 27. & 28. p. 8

IX. Quare diuites plus in hoc mundo lamentantur de pressuris à n. 29. & seqq. p. 8. 9

X. Quomodo Angeli in die Iudicij mouebuntur n. 32. & seqq p. 9.

XI. Quare Christus ad iudicandum venturus sit cum potestate magna num. 36. & seqq. p. 9

TRACTATVS III. ad litteram.

Difficultas I. QVid est iustos leuare capita sua n 44. & seqq p. 11

II. Quomodo explicatur parabola de ficulnea ad propositum. n. 45. & seqq. p. 11

III. Vtrum Christus iurauerit dicendo, amen dico vobis. n. 49. & seqq. p. 12

IV. Quomodo possunt cœlum, & terra transire. n. 54. & 57. p. 12

V. Quare Christus in cœlo, & in terra posuit ponderationem, & non in alia creatura. n. 58. & seqq. p. 13

TRACTATVS IV. ad mores.

Difficultas VI. QVare permisit Dominus iustos suos talibus pressuris turbari in die iudicij num. 60. & seqq. p. 13

VII. Quare tempore tam terribilium signorum dixit Christus videte ficulneam? n. 65. & seqq. p. 14

VIII. Quare Christus consolationem suorum, iusiurando affirmet. n. 71. & seqq. p. 15

IX. Quomodo possunt cœlum, & terra transire; si manent sicut verbum

Dei in æternum. num.74.& seqq. ibid.
X. Quare reprobi non stupefacti sunt audiendo talia prodigia num.77. & seqq. p.16
XI. Quomodo possunt verba Christi, & seruorum suorum non transire n. 81. & seqq. p.16.17

TRACTATVS V. ad litteram.

Difficultas I. DE occasione in qua Ioannes misit legatos ad Iesum. n.85. & seq. p.18
II. Quare incarceratus fuit Ioannes Baptista. num.87. & sequentibus p. 18. 19
III. Quanto tempore fuit incarceratus Ioannes. num.91.& sequent. p. 19.
IV. Quomodo Ioannes in carcere constitutus audiuit opera Christi. n.95.& seqq. p 19 20
V. Vtrum incarceratus Ioannes obligabatur ad Regem arguendum, n. 95. & seqq. p.20
VI. Quare Ioannes misit duos Discipulos ad Christum. num. 103. & seqq. p.20.21
VII. Quomodo Ioannes quæsiuit à Christo, tu es, qui venturus es.n. 108. & seqq. p.21
VIII. Quare Christus dixit, nuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. n.115 & seqq. p.22
IX. Qui sunt pauperes qui Euangelizantur. num. 118. & sequentibus p. 22
X. Qui sunt isti, qui non sunt scandalizati in Christo. num. 122. & seqq. p.23

TRACTATVS VI. ad mores.

Difficultas XI. QVare permisit Dominus, quod Ioannes esset incarceratus. num. 126. & sequentibus. p 23.24
XII. Qui ausi sunt Ioanni consolationem portare. num. 131. & sequentib. p.24
XIII. Quare finxit Ioannes se nescire, cum discipulos misit.num. 137.& seqq. p.25
XIV. Quare aulicos Discipulos suos misit Ioannes. num. 141. & sequentib. p.25
XV. Quare Ioannes dixit suis Discipulis, vt interrogarent, tu quis es, num. 145. & sequentibus p. 26
XVI. Quare Christus respondit dicite Ioanni quæ audistis. n. 149. & seqq. p.26.27
XVII. Quare Christus dixit, Beatus qui non fuerit scandalizatus. n. 156. & seqq. p.27.28

TRACTATVS VII. ad litteram.

Difficultas I. QVare Christus laudat summopere Ioannem. n. 167. & sequentib. p.30
II. Quid intelligitur per arundinem vento agitatam. num.176. & sequentib. p.31
III. Quomodo vsus vestium sit licitus. n.180.& seqq. p.31.32
IV. Vt quid dixit Dominus quod Ioannes, est plusquam propheta. num. 190. & sequentibus p. 33
V. Quare per Malachiam Ioannes vocatus fuit Angelus. num. 193. & seqq. p.33 & 34

TRACTATVS VIII. ad mores.

Difficultas VI. QVare cœpit Iesus dicere de Ioanne. num. 200. & sequentibus p.34.35
VII. Quare discipulis abeuntibus cœpit Iesus dicere de Ioanne.n.209. & seqq. p. 38.39
VIII. Quare dixit Iesus. Quid existis videre in deserto arundinem.n 222. & seqq. p. 37.38
IX. Quare dixit Iesus, qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. num. 233. & sequentibus p. 39.
X. Quomodo Ioannes sit plusquàm Propheta

Propheta. num. 239. & seqq. p. 39. 40
XI. Ad quid Dominus vocauit Præcursorem Angelum. num. 245. & seqq. p. 40
XII. Quomodo Ioannes ante faciem Domini venit. num. 252 & sequentib. p. 41
XIII. Quomodo Ioannes præparauit viam Domini ante se. n. 262. & sequentib. p. 42

TRACTATVS IX. ad litteram.

Difficultas I. QVare Sacerdotes miserunt legationem istam ad Ioannem. num. 271. & sequentibus. p. 45. 46.
II. De intentione qua dictum est, tu quis es. num. 279. & sequentib. p. 45
III. Quid sibi volunt verba ista confessus est, &c. num. 285. & sequentib. p. 46
IV. Quare Ioannem interrogauerunt, Elias es tu. num. 289. & sequentib. p. 46. 47
V. Quomodo intelligatur Propheta es tu. num. 293. & sequentibus. p. 47
VI. Quomodo Ioannes dicit. Quod est vox clamantis. num. 297. & sequentib. p. 47. 48

TRACTATVS X. ad mores.

Difficultas VII. QVod fuit testimonium quando miserunt Sacerdotes, &c. num. 304. & sequentibus p. 48
VIII. Quare Senatus Iudæorum dubiam legationem misit. n. 311. & sequentib. p. 49
IX. Qua intentione dicta sunt verba, tu quis es. num. 315. & sequentibus. p. 50
X. Quomodo intelligatur, & confessus est. num. 321. & sequentibus. p. 51
XI. Quomodo negauit Ioannes quod esset Elias. n. 327. & seqq. p. 52
XII. Quomodo intelligatur, quis es tu, vt responsum demus. n. 333. & seqq. p. 53
XIII. Quæ vox est ista quæ clamat in deserto? num. 337. & sequentibus. p. 54

TRACTATVS XI. ad litteram.

Difficultas I. QVare dicitur, & qui missi fuerant erant ex Pharisæis n. 349. & seqq. p 56
II. Vtrum Baptismus Ioannis fuerit conueniens. num. 357. & sequentibus. p. 57
III. Quare Ioannes respondit, ego baptizo in aqua. num. 364. & sequentib. p. 58
IV. Quomodo intelligatur medius autem vestrum stetit. num. 369. & sequentib. ibid.
V. Quomodo intelligatur, cuius ego non sum dignus corrigiam, &c. num. 376. & sequentibus p. 59
VI. Quomodo intelligatur hæc in Bethania facta sunt. num. 388. & sequentib. p. 60

TRACTATVS XII. ad mores.

Difficultas VII. QVid significent verba, & qui missi fuerant. num. 394. & sequentib. p. 61
VIII. Quare dicitur quod Baptismus à Ioanne fieret. num. 404. & sequentibus. p. 62
IX. Quare Ioannes vocabatur Baptista. num. 414. & sequentibus p. 63
X. Quomodo Ioannes dixit, medius autem vestrum stetit, &c. n. 423. & sequentibus. p. 64
XI. Quomodo intelligatur, quod Christus non habuerit calceamenta. num. 432. & sequentibus. p. 66
XII. Quare dicitur, hæc in Bethania facta sunt. n. 442. & sequentibus. p. 67

TRACTATVS XIII. ad litteram.

Difficultas I. Qvid intelligatur per hoc vocabulum Tetrarcha. n.452 & seqq. p.70

II. Quare tam proceres Principes Euangelista enumerat. n. 457. & seqq. p.71

III. Quare Annas, & Caïphas ponuntur hic. num.464. & seqq. ibid.

IV. Quomodo factum est verbum Domini super Ioannem n.470. & seqq. p.72

V. Quomodo venit Ioannes in omnem Regionem Iordanis. n.477.& seqq. p.73

TRACTATVS XIV. ad mores.

Difficultas VI. Qvare inter tot sceleratos factum est verbum Domini. n.482.& seqq. p.74

VII. Quare Herodes Tetrarcha vocatur Rex. num. 489. & seqq. p.75

VIII. Quare tam proceres gubernatores numerantur.n.496.& seqq. p.76

IX. Quare Annas, & Caiphas hic ponantur. num. 505. & seqq. p.77

X. Quomodo verbum factum super Ioannem intelligatur. n. 513. & seqq. p.79

XI. Quomodo prædicabat, & baptizabat Ioannes. n. 519. & seqq. p.80

TRACTATVS XV. ad litteram.

Difficultas I. Qvomodo Isaias intelligatur, parate vias Domini &c. n.530.& seqq. p.82

II. Quomodo praua erunt in directa. num. 535. & sequentibus. p.83

III. Quomodo intelligitur, & videbit omnis caro salutare num.540. & seqq. p.83

TRACTATVS XVI. ad mores.

Difficultas IV. Qvæ sint viæ rectæ, quas Domino debemus parare. n.546.& seqq. p.84

V. Quomodo praua erunt directa. n.565.& seqq. p.85.86

VI. Quomodo videbit omnis caro salutare Dei. num. 577.& seqq. p.88

TRACTATVS XVII. ad litteram.

Difficultas I. Qvare Virgo Maria desponsata est Iosepho.num.589. & seqq. p.91

II. Quomodo intelligatur inuenta est habens de Spiritu Sancto. n.598 & seqq. p.92

III. Quid intendebat facere Ioseph iam desponsatus. num. 604. & seqq. p.93

IV. Quomodo intelligatur, Ioseph autem cum esset iustus &c. n.607.& seqq. p.93.94

V. Quare Maria non dixit veritatem Iosepho. num. 613. & seqq. p.94

TRACTATVS XVIII. ad mores.

Difficultas VI. Qvare Virgo Maria desponsata fuit.num.618.& seqq. p.95

VII. Quomodo Maria Virgo inuenta est habens de Spiritu Sancto. n.634.& seqq. p.97

VIII. De intentione Ioseph, cum sponsalia tractauit. n. 644. & seqq. p.98

IX. Quomodo Ioseph noluit Mariam traducere. num. 653. & seqq. p.99

X.Quare

X. Quare Maria veritatem non reuelauit. num. 660. & seqq. p.100

TRACTATVS XIX.
ad litteram.

Difficultas I. Quare dicitur, hæc autem cogitante, ecce Angelus. num.676.& seqq. p.102
II. Quomodo Angelus in somnis reuelauit Iosepho. num. 679. & seqq. p.103
III. Quare dicitur Ioseph noli timere accipere Mariam. num. 684. & seqq. ibid.
IV. Quomodo intelligitur, quod enim de ea natum est, &c. n. 689. & seqq. p.104
V. Quomodo intelligitur, pariet autem filium. num. 695. & seqq. p.105
VI. Quare dicitur, quod Christus saluabit populum suum. n.701. & seqq. ibid.

TRACTATVS XX.
ad mores.

Difficultas VII. Quare dicitur, hæc autem eo cogitante &c. num.705. & seqq. p.106
VIII. Quomodo somnia vera, & falsa sint. num.710. & sequentibus. p.107
IX. Quare Angelus dixit noli timere Ioseph. num.720. & sequentibus. p.109
X. Quomodo intelligitur, quod enim de ea natum est. n. 726. & seqq. p.110
XI. Quomodo intelligatur, vocabis nomen eius Iesum. num.730. & seqq. ibid.
XII. Quomodo intelligatur: ipse enim saluum faciet populum. num. 737. & sequentibus. p.111

TRACTATVS XXI.
ad litteram.

Difficultas I. Quare Augustus Cæsar iussit, vt describeretur orbis. n.745.& seqq. p.114
II. Quomodo intelligatur, toto orbe in pace composito. num.751. & seqq. ibid.

TRACTATVS XXII.
ad mores.

Difficultas III. Quare Imperator Augustus Cæsar iussit, vt describerentur omnes. num. 756. & seqq. p.113
IV. Quomodo intelligatur, toto orbe composito in pace. num. 765. & seqq. p.116

TRACTATVS XXIII.
ad litteram.

Difficultas I. De dictis Sanctorum super partum Virginis. n.779. & seqq. p.119
II. Quomodo intelligatur, & pannis eum inuoluit. n. 786. & seqq. p.120
III. Quare infans positus fuit in præsepio. n.793.& seqq. ibid.
IV. Quare dicitur quod non erat locus in diuersorio. num. 797. & seqq. p.121

TRACTATVS XXIV.
ad mores.

Difficultas V. Variæ auctoritates Sanctorum super natiuitatem Christi. n.805.& seqq. p.122
VI. Quomodo intelligitur, & pannis eum inuoluit. n. 810. & seqq. p.123
VII. Quare infantem reclinauit Maria in præsepio. num.814.& seqq. p.123.124

ẽ 4 VIII.Quid

VIII. Quid significent verba, quia non erat locus in diuersorio. n.819. & seqq. p.124

TRACTATUS XXV, ad litteram.

Difficultas I. Quare vigilantibus Pastoribus apparuit Angelus. n. 833. & seqq. p.127
II. Ad quid Angelus stetit iuxta Pastores. n.841. & seqq. p.128
III. Quare Angeli gaudium Pastoribus annuntiauerunt. num.849. & seqq. ibid.
IV. Quare Angelus dedit pro signo infantem positum in præsepio. n.854. & seqq. p.129
V. Quomodo multitudo cælestis facta est cum Angelo. num.861. & seqq. ibid.
VI. Quare dicatur, gloria in altissimis Deo. n.870. & seqq. p.130

TRACTATUS XXVI. ad mores.

Difficultas VII. Quare apparuit Angelus vigilantibus. num.879. & seqq. p.131
VIII. Vt quid claritas circumfulsit Pastoribus num. 889. & seqq. p.132
IX. Quare dictum est Pastoribus, ecce euangelizo vobis gaudium. n.896. & seqq. p.133
X. Quare signum fuit infans positus in præsepio. num.904. & seqq. p.134
XI. Quare apparuit multitudo cælestis exercitus. n.909. & seqq. ibid.
XII. Quid significant verba, gloria in excelsis Deo. n. 916. & seqq. p.135

TRACTATUS XXVII. ad litteram.

Difficultas I. Quo tempore cœpit Ioseph recedere in Ægyptum. n.931. & seqq. p.137
II. Quare magis Ioseph fugit in Ægyptum. num. 936. & seqq. p.138
III. Quare Ioseph fugit nocte. n.945. & seqq. p.139
IV. Quomodo adimpletum est, ex Ægypto vocaui filium meum. n.951. & seqq. p139
V. An Virgo Maria erat secura in itinere Ægypti. n.956. & seqq. p.140
VI. An Angeli in itinere ministrauerunt Iesu. n.960. & seqq. ibid.

TRACTATUS XXVIII. ad mores.

Difficultas VII. Quo tempore fugit Ioseph in Ægyptum. num. 964. & seqq. p.141
VIII. Quare fugit Ioseph in Ægyptum. n.791 & seqq. p.142
IX. Quare fugit Ioseph nocte. n.980. & seqq. p.143
X. Quomodo ad mores intelligatur ex Ægypto vocaui filium meum. n.985. & seqq. p.144
XI. Quomodo erant securi in itinere Maria & Ioseph. num. 990. & seqq. ibid.
XII. Vtrum Angeli Iesu in itinere ministrabant. num. 996. & seqq. p.145

TRACTATUS XXIX. ad litteram.

Difficultas I. An iustè iratus fit Herodes. n.1012. & seqq. p.147
II. Quare Herodes in finibus Bethlehem occidit pueros. n.1022. & seqq. p.148
III. Quare à bimatu, & infra occidit infantes. num. 1028. & seqq. ibid.
IV. Quare in Rama audita est vox Rachelis. num. 1034. & seqq. p.149
V. In quo differunt ploratus, & vlulatus. n.1041. & seqq. p.149
VI. Quare dicitur, & noluit consolari, quia non sunt. n.1046. & seqq. p.150

TRACTATUS

TRACTATVS XXX. ad mores.

Difficultas VII. Quare iratus est Herodes, & an iustè. n.1050. & seqq. p.151
VIII. Quare in finibus Bethlehem occidit infantes. n.1060. & seqq. p.152
IX. Quare à bimatu & infra fuit occisio infantium. n.1068. & seqq. p.153
X. Quare vox in Rhama audita est. n.1075. & seqq. p.154
XI. Quid est, & noluit consolari &c. n.1086. & seqq. ibid.

TRACTATVS XXXI. ad litteram.

Difficultas I. Quare octauo die circumcisio celebratur. n.1097. & seqq. p.157
II. Quis & quare circumciditur puer Iesus. num. 1102. & seqq. p.157
III. Quare vocatum est nomen eius Iesus. n.1109 & seqq. p.158
IV. De prodigiis nominis Iesu. n 1116. & seqq. p.159
V. Quare ab Angelo vocatum erat nomen Iesu. num. 1121. & seqq. p.159
VI. Quare nomen Iesu vocatum fuit priusquam in vtero conciperetur. n.1127. & seqq. p.160

TRACTATVS XXXII. ad mores.

Difficultas VII. Quare octauo die circumciditur puer. num.1131. & seqq. p.161
VIII. Quis & quare circumcisus est puer. num. 1140. & seqq. p.162
IX. Quare die octauo circumcisionis nomen imponitur. num. 1150. & seqq. p.163
X. De figuris nominis Iesu, & de signis eius. num. 1158. & seqq. p.164
XI. Quare ab Angelo vocatum fuit nomen Iesu. num.1165. & seqq. p.165
XII. Quare dicitur priusquam in vtero conciperetur. n.1173. & seqq. p.166

TRACTATVS XXXIII. ad litteram.

Difficultas I. Quare Reges tres vocantur Magi. num. 1187. & seqq. p.168
II. Quanto tempore venerunt Magi. n.1195. & seqq. ibid.
III. Quare dicitur vidimus stellam eius in Oriente. num. 1202. & seqq. p.169
IV. Quare turbatus est Rex Herodes, & omnes. n. 1210. & seqq. p.170
V. Quare Herodes congregauit omnes Sacerdotes. n.1217. & seqq. ibid.

TRACTATVS XXXIV. ad mores.

Difficultas VI. Quare Reges isti Magi vocantur. num.1227. & seqq. p.171
VII. Quo tempore Magi ad præsepe venerunt. num. 1237. & seqq. p.172
VIII. Quare Magi dixerunt, vidimus stellam eius in oriente. n.1245. & seqq. p.173
IX. Quare Rex Herodes turbatus est. num. 1249. & sequentibus. p.174
X. Quare Herodes congregauit Sacerdotes omnes. num. 1257. & seqq. p.175

TRACTATVS XXXV. ad litteram.

Difficultas I. Qvare Herodes clam vocauit Magos. num. 1270. & seqq. p.177
II. Quare Herodes misit Magos in Bethlehem. num. 1277. & sequentib. p.177
III. Quare Herodes non iuit cum Magis in Bethlehem. n. 1281. & seqq. p.178
IV. Quare dicitur, quod videntes stellā gauisi sunt valde. n.1288. & seqq. p.178
V. Per quod signum Magi cognouerunt Dominum. num.1293. & seqq. p.178
VI. Quomodo Magi procidentes adorauerunt Deum. num. 1297. & seqq. p.179
VII. An Virgo Maria timuit Magos. num. 1301. & sequentibus. p.179
VIII. Quare Magi obtulerunt, aurum, thus, & myrrham. num. 1306. & seqq. p.180
IX. Quare dictum est quod per aliam viam reuersi sunt. num. 1315. & seqq. p.180

TRACTATVS XXXVI. ad mores.

Difficultas X. Qvare Herodes clam vocauit Magos. num. 1322. & sequentibus. p.182
XI. Quare Herodes Magos in Bethlehem misit. num. 1328 & sequentibus. p.183
XII. Quare Herodes cum Magis non iuit num. 1336. & sequentibus. p.184
XIII. Quare valde gauisi sunt Magi. num. 1342. & sequentibus. p.184
XIV. Quare Virgo Maria timuit Magos. num. 1348. & sequentibus. p.185
XV. Quare Magi obtulerunt Domino aurum, thus, & myrrham. n.1351. & seqq. p.186
XVI. Quare reuersi sunt Magi per aliam viam. num. 1358. & seqq. p.187.

TRACTATVS XXXVII. ad litteram.

Difficultas I. Qvare ad templum fuit Maria, vt purificaret se. n.1376. & seqq. p.189
II. Quare dicitur, postquam impleti sunt dies purgationis eius. n.1383. & seqq. p.190
III. Quomodo intelligatur, quia omne masculum adaperiens vuluam. num. 1389. p. 191
IV. Quare Virgo Maria obtulit par turturum, aut duos pullos columbarum. num. 1394. & sequentibus. p.191
V. Quare Simeon expectabat redemptionem Israël. n. 1400. & seqq. p.192
VI. Quare Simeon accepit in vlnas puerum. num. 1403. & sequentibus. p.192

TRACTATVS XXXVIII. ad mores.

Difficultas VII. Qvare Beata Maria purificauit se. num. 1408. & sequentibus. p 193
VIII. Quare dicitur postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. n.1416 & seqq. p.194
IX. Quomodo impletum est, omne masculum adaperiens vuluam. n.1419. & seqq. p.194
X. Quare in purificatione offertur pro hostia par turturum. n.1423. & seqq. p.195
XI. Quare Simeon expectabat redemptionem Israël num. 1431. p.196
XII. Quare Simeon accepit puerum in vlnas. n. 1437. & seqq. p.197

TRACTATVS

TRACTATVS XXXIX. ad litteram.

Difficultas I. QVare à duodecimo ætatis anno remansit puer in Ierusalem. n.1455. & seqq. p.200

II. Quare clam remansit puer in Ierusalem. num.1461. & sequentibus. p.200

III. Quanto dolore Virgo Maria vulnerata est. num.1467. & sequentibus. p.201

IV. Quare Parentes Iesu reuersi sunt quærentes. num. 1474. & sequentib. p.201

V. Quomodo in templo inuenerunt Iesum. num. 1479. & sequentibus. p.202

VI. Quare in medio Doctorum apparuit. num. 1484. & sequentibus. p.202

VII. Quare interrogat DD. n 1484 & sequentibus. p.203

TRACTATVS XL. ad mores.

Difficultas VIII. QVare à duodecimo ætatis anno perditus remansit puer. n.1492. & seqq. p.204

IX. Quare clam remansit puer in Ierusalem. num.1499 & sequentibus. p.205

X. Quo dolore Virgo Maria vulnerata est absentia filij. num.1507. & seqq. p.206

XI. Quare parentes Iesu reuersi sunt sunt in Ierusalem. num. 1514. & seqq. p. 207

XII. Quomodo Iesum inuenerunt Parentes eius. num. 1525. & sequentib. p.208

XIII. Quare Iesus in medio Doctorum inuenitur. num.1532. & sequentibus. p.209

XIV. Quare puer Iesus prius audiebat Doctores. num. 1536. & sequentibus. p.210

TRACTATVS XLI. ad litteram.

Difficultas I. QVare Virgo Maria non vocauit filium suum Deum. num. 1551. & seqq. p.212

II. Quomodo intelligatur, dolentes quærebamus te. num. 1555. & sequentibus. p.212

III. Quare dicitur, quid est, quod me quærebatis. num. 1559. & sequentibus. p.213

IV. Quomodo Iesus erat subditus illis. num.1564. & seqq. p.213

V. Quomodo Virgo conseruabat omnia in corde suo. num. 1569 & sequentib. p.214

VI. Quomodo Iesus crescebat sapientia, & gratia num.1572 & sequentib. p.214

TRACTATVS XLII. ad mores.

Difficultas VII. QVare Virgo Maria non vocauit puerum Deum. n.1577. & sequentibus. p.215

VIII. Quare dicitur Pater tuus, & ego dolentes, &c. num. 1585. & sequentibus. p.216

IX. Quare Christus respondit, quid est quod me quærebatis. n.1592. & sequentib. p 217

X. Quare Iesus erat subditus illis. n.1602. & seqq. p.218

XI. Quomodo Virgo Maria conseruabat omnia hæc. num.1607. & sequentib. p.219

XII. Quomodo Iesus proficiebat ætate, & scientia. num.1613. & sequentibus. p.219

TRACTATVS XLIII. ad litteram.

Difficultas I. AD quid voluerit Christus baptizari. num.1627. & sequentib. p.222

II. Quare Christus baptizatur baptismo Ioannis. n.1637. & sequentibus. p.222

III. Quare

III. Quare dixit Ioannes, ego à te debeo baptizari. num. 1637. & sequentib. p.223

IV. Quomodo intelligatur sine modo adimplere nos omnem iustitiam. num. 1643. & sequentibus. p.223

V. Quem modum seruauit Ioannes Christum baptizando. n. 1648. & seqq. p.224

TRACTATVS XLIV. ad mores.

Difficultas VI. QVare voluit Christus baptizari. num. 1652, & sequentibus. p.225

VII. Quare baptismo Ioannis Christus baptizatur. num. 1659. & sequentibus. p.226

VIII. Quid significat, ego à te debeo baptizari num. 1667 & sequentibus. p.227

IX. Quid significat sine modo adimplere omnem iustitiam. n. 1675. & sequentib. p.228

X. Quem modum seruabat Ioannes in baptismate. num. 1682. & sequentibus. p.228

TRACTATVS XLV. ad litteram.

Difficultas I. QVomodo cœli aperti sunt. n. 1693. & seqq. p.230

II. Quomodo Spiritus Sanctus in specie columbæ apparuit. n. 1696. & sequentibus. p.231

III. Quomodo vox de cœlo audita est n. 1703. & seqq. p.231

IV. Quare dicitur, in quo mihi benè complacui. n. 1708. & seqq. p.232

TRACTATVS XLVI. ad mores.

Difficultas V. QVomodo aperti sunt cœli baptizato Christo. num. 1712. & sequentibus. p.233

VI. Quomodo Spiritus Sanctus apparuit super caput Iesu. n. 1720. & seqq. p.234

VII. Quomodo vox audita est, hic est filius meus dilectus. n. 1728. & seqq. p.235

VIII. Quomodo intelligatur, in quo mihi benè complacuit. n. 1734. & seqq. p.235

R. P. FRANCISCI
DE ROXAS
MINORITANI,
CATHENA AVREA
IN EVANGELIA TOTIVS ANNI,

Tomus Primus.

PROEMIVM AD maiorem totius operis intelligentiam..

CAPVT I.

SI quærat curiosus Lector, quare opos hoc Cathena aurea SS. Patrum nuncupator? Respoudeo primò, quia sapientiæ lux à Deo hominibus infusa per peccati tenebras, & ignorantiæ caligines; ita fuerat obumbrata, quod qoorundam cor Catheois erat ligatum & compedibus implicatum vt ad idola vana conuerteretur, & in sensum reptobum incidcrent, qoousque venit *lux vera-, qua illuminat omnes*, *cuius caput aureum erat*, & splendoribus suæ diuinæ doctrinæ illuminauit membra sua, quæ sunt Doctotes Ecclesiæ, vt omnes quasi Cathena aorea connectcrentur fidei catholicæ bitumine, vt Hæretieotum coofutatent insanias, qoæ meritò à Christo Domino *porta inferi designantur*; neqoe præualere valerent aduersus fottitodinem huius aureæ Sanctorom Cathenæ.

Ioan. cap. 1. num. 10. — Cant. cap. 7. num 12. Matth 16. num. 12.

2. RESPONSIO fit Sancti Thomæ in pologo suæ Cathenæ Patres Ecclesiæ Cathena aurea ouneopantur: *Quia sicut necesse fuit ad confirmationem fidei Euangelium prædicari: sic & contra Hæreticos Cathenatim vniri.*

3. RESPONSIO Augost. contra Volosian; *Quia modus, quo Sancta Scriptura texitur, est omnibus acceptabilis, paucissimis penetrabilis, & Spiritus Sancti gratia complexis & vnitis.*

4. Dicitur opus istud Cathena autea Sanctorum Patrum senientiis contexta; *quia sicut aurum metallum pretiosum est, & ab omni creatura desiderabile.* Sic Doctotom Ecclesiæ *expositiones ab omnibus intellectu bono præditis, super omne aurum pretiosum æstimantur, quæruntur, & amantur.*

5. Quæretur, quate vocetur Eoangelium Genes c. 37. num. 25.
Abyssus maris. Respondeo; quia Prædicatotes verbi diuini sunt quasi vasa lignea, *Et naues portantes aromata pretiosa, quarum fragrantia Ægyptum spoliant, idola conturbant, terram illustrant, mundum fide Iesu Christi ditescunt doctrina; vniuersum orbem æternis muneribus replent* de quibus scriptum est, *desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum*. Psal. 18. n. 11. Psal. 18. n. 11.

Aliter S. Thomas cap. 1. in procem. super Matth. *Quia Euangelium humeris prædicantium, quasi arca testamenti Domini lignis mobilibus vehitur super mundum* quasi pet *mare magnum, vbi sunt reptilia, quorum non est numerus, & ibi faciunt prædicatores virtute. Euangelij operationes magnas in aquis multis.* Psal. 106. nom. 26.

S. Thom. in Cathen. — Psal. 103. n. 25. Psal. 106. n. 26.

6. Quia Ecelesia Catholica nauis est illa, quæ pottat per vniuersum mare iostitores, *Et mercatores, qui de longe portant panem doctrinæ Euangelicæ.* Er in omnem terram prædicatores eum gaudio recepti sunt; quia bona annuntiant, & Euangelium nil aliod est quam bona *annuntiatio*, proptet quod Angelus ad Pastores dixit, *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum.* Lucæ cap. 2.

Prouerb. 31 num. 14. — Lucæ c. 2.

7. Euangelium vocatur Abyssus matis; *quia Ecclesia Catholica nauis à Sanctis Patris vocatur pretiosis gemmis onusta & inenarrabilibus thesauris repleta*, quæ ideò Spiritus Sancti gratia afflata voiuersos fines tettæ illostrat, quia pet Eoangelium IESV CHRISTI quasi per mare

Ezech.c.37. n.14. prosperis ventis euolat. Et vt Ezechiel Propheta testatur *pulchritudinem istius maris Pigmei, hoc est, Apostolici Prædicatores impleuerunt cap. 57. num. 14.* Quia diuitiæ Orientalium, & Occidentalium Indiarum cœlestium Prædicatoribus reuelatæ sunt, sicut gubernator ipsius nauis testatur Christus, *& reuelasti ea paruulis.* Matth. 11. Matth.11.

Septimò Euangelium dicitur Abyssus maris, quia prædicatores sunt, quasi naues, vt dixit Iob, *Poma portantes c. 9. & verè odorifera poma sunt,* quia vt Græci testantur, *Euangelium bona, & odorifera nuntiatio sonat,* & verè bona; quia vt inquit Caietan. sola nuntiat vera bona felicitatem integram continentem. Iob cap. 9. n 26. Græcor. axioma. Caietan. in Procem. Euang.

Quæritur, an plures, quàm quatuor Euangelistæ Euangelium scripserunt?

CAPVT II.

Lucæ c.1. Circa numerum Euangelistarum sciendum est plures fuisse, qui Euangelia scripserunt, sicut Et Lucas testatur cap. 1. *quoniam quidem multi conati sunt ordinare,* &c. Hæc Hieronymus ad illa verba Eccles. *Faciendi libros nullus est finis.* Et addit sanctus Thom. in Catena sua. *Et sicut perseuerantia vsque ad præsens tempus monimenta dederant, quæ a diuersis Auctoribus edita diuersarum hæresum fuere principia, vt est illud iuxta Ægyptios asserentes Thomam, & Matthaum & Bartholomæum, & Basilidem, & Apellem Euangelistas fuisse.* Huculque Sanctus Thomas citatus: nec his temporibus calamitosis cessauit hæresis ista, vtpote quia Lutherus, & multi alij hæretici ausi sunt delirando appellari Euangelistæ vt nostet testatur Castro lib. de hæretic. punitione. Hieron. in Procem. Eccl. c. 12. n. 12. S. Thom. in hac Cathena. *Ægyptiorum error.* *Error Lutheri & aliorum.* Cast. cit. lib. de iusta hær. pun.

Nunc ad quæsitum respondetur, quòd Ecclesia Catholica tantum quatuor Euangelistas semper determinauit; neque tutus in fide esset ille qui aliis crederet. Ita definitum est in Concilio Trident. sess. 4. & antea in Carthaginens. 3. c. 47. & in Nicæn. Chalcedon & ferè in omnibus Conciliis. Trident. Carthag. Nyssen. Chalcedon.

Rationes autem quas, Patres Ecclesiæ afferunt, vel potiùs congruentias probantes tantum debere esse quatuor Euangelistas, non sunt vt dogmata fidei tenendæ, sed ingeniosè attendendæ. Vnde Rhemig. in Cathen. S. Thom. asserit, *Quod Doctores Græcorum visionem Ezechielis Prophetæ à Diuo Gregorio toties repetitam, hominem vitulum Leonem, & Aquilam, non sicut Latini applicant Euangelistis quatuor, sed per hominem intelligunt* Matthæum, quia *genealogiam Domini secundum carnem descripsit; per Leonem verò Ioannem, quia quasi Leo suo rugitu cunctis bestiis timorem incussit. Per vitulum intellexerunt Lucam; quia vitulus sacerdotalis est hostia, & ipse semper circa templum & Sacerdotium versatus est. Aquilam Marcum intellexerunt, quia Aquila in scripturis diuinis solet significare Spiritum Sanctum, qui locutus fuit per ora Prophetharum, & ipse à Prophetico testimonio exorsus est.* Hæc Sanctus Thomas in Cathen. Rhemig. S. Thom. ibi. Greg. in Ezech. *Græcorum opinio circa intelligentiã Euangelistarum.* Deut. 33. n. 11. Iob c. 9. n. 26. Ezech. c. 1. Apoc. 8. S. Thom.

Augustinus de consensu Euangelistarum, *Hæc tria animalia Leo, homo, & vitulus in terra gradiuntur. Vnde tres Euangelistæ in illis maximè occupati sunt, quæ Christus in carne operatus est. At verò Ioannes velut Aquila volat, & lucem incommutabilis veritatis acutissimis cordis oculis intuetur.* Aug. de consens. Euang.

Ambrosius. Matthæus in *homine rectè intelligitur, quoniam eius Euangelium dicimus esse morale; mores enim propriè dicuntur humani. Figura autem Leonis adscribitur Marco, quia à potentia cœpit expressione diuina, cum dixit, initium Euangelij Iesu Christi filij Dei. Ioanni autem figura Aquilæ, & quod diuina miracula Resurrectionis expressit.* Lucæ verò *figura vituli accommodatur, quia de sacerdotio egit.* S. Ambros. in Luc. *S. quatuor animalia cur?*

Cur si vnum tantum est Euangelium non sufficiat vnus Euangelista.

CAPVT III.

Respondet Chrysostomus in Homil. *Sufficiebat enim vt vnus Euangelista omnia diceret; sed cum quatuor ab vno ore omnia loquantur, non secundum ea tempora neque in eisdem locis conuenientes, & adinuicem colloquentes maxima sit demonstratio veritatis.* Chrysost. in homil.

Beda in Cathena Sanct. Thom. *Licèt sint quatuor Euangelistæ, non tamen quatuor Euangelia; quia vnum quatuor librorum veritati consonum ediderunt; sicut enim duo versus eandem prorsus habentes materiam pro diuersitate metri, & verborum duo sunt, & tamen non nisi vnam continent sententiam.* Sic Euangelistrarum libri cum sint quatuor *vnum continent Euangelium, vt quatuor testes tanti vnam doctrinam facerent de fide Catholica.* Beda cit. *Explic veritas patet.* Chrys. cit.

Et Chrysostomus confirmationem huius veritatis asserit dicens: *hoc ipsum quod Euangelista in aliquibus modicis dissonare videntur, maximum signum veritatis est: si enim per omnia consonarent, crederent inimici, quod ex placito quodam humano conuenientes scripserint, quæ scripserunt; in principalibus autem, quæ pertinent ad informationem vitæ, & prædicationem fidei nequaquam dissonant neque in paruo.* *Euangelista in rebus fidei consonant semper.*

Vtrum eodem tempore & loco Euangelistæ scripserunt?

CAPVT IV.

Et si sublimitas Euangelicæ doctrinæ tanta sit, vt non in loco & tempore, quo scriptum est, consistat, sed in eius excellentissima auctoritate, vt glossa inquit, tamen Remigius Matthæum in Iudæa scripsisse affirmat sub tempore Caij Caligulæ Imperatoris, Marcus in Italia Romæ sub tempore Neronis, vel Claudij secundum Rabanum: Lucas verò in Achaiæ, Beotiæque partibus rogatus à Theophylo, Et Ioannes Ephesi in Asia minori sub tempore Neruæ Principis, vt Sanctus Thomas testatur. Glossa. Remig. apud D. Thom. in Cathena. Idem.

De tempore quo Euangelistæ scripserunt, Nicephor lib. 2. hist. Ecclesiast. cap. 25. affirmat, *Quod Matthæus scripsit anno decimo quinto post Christi Ascensionem Diuus Irenæus quod vndecimo* Nicephor. lib. 2. hist. D. Irenæus lib. 3. c. 1.

decimo anno post talem Domini ascensum, eo scilicet tempore, quo Petrus & Paulus Romæ prædicare cœperunt, Eusebius, Theophylactus, & Euthymius *anno octauo post Ascensionem*. Et hoc probabilius videtur; quia erat inconueniens tanto tempore Ecclesiam destitutam ab Euangelio permanere, & vt tradit Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticus: Matthæus *primus omnium Euangelistarum scripsit*.

Eufeb. Theophil. Euthym. in vita S. Matt. Hieron.

Baronius anno Domini quadragesimo quinto affirmat Marcum scripsisse anno duodecimo post Christi Ascensionem. Eusebius in Chronicon insinuat scripsisse anno quarto post aduentum Petri in vrbem Romanam. Et addit, quod finito, scriptóque Euangelio à Marco, sicut notauerat Petrus misit illum cum suo Euangelio in Alexandriam.

Baron. ad an. 45. Eufeb.

Sanctus Epiphanius hæresi 51. existimauit, quod Lucas scripsit Euangelium nouem menses ante Matthæum. Sed hoc est contra commune; quia primus omnium scripsit Matthæus, Baronius anno Christi 58. asseruit Lucam scripsisse quia in illo tempore versabantur Lucas & Paulus in Regionibus Achaiæ, qui vt Lucam magnificaret, & eius famam introduceret, scripsit ad Corinth Epistol. 2. *Misimus cum illo* (id est Tito) *fratrem nostrum*, (id est Lucam) *cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias*.

Epiphan. Baron. 2. Cor.

De tempore quo Ioannes scripsit Euangelium singularis, & non sequenda est opinio Salmeronis in Prolegom Sancti Ioannis affirmans, *Quod Ioannes composuit Euangelium Ephesi antequam esset relegatus in Insulam Pathmos*. Sed ex verbis Apocalypsis cap. 5. apparet falsitas huius sententiæ: nam ibi dicitur, *Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, hoc est, prædicando, & scribendo Euanlium, postquam Apocalypsim scripserat*. Ita Viegas in prooemium Apocalypsis sequutus communem opinionem, quod postquam ab insula Pathmos rediit Ephesum Euangelium scripsit anno Christi nonagesimo nono, & post eius passionem sexagesimo octauo. Quod equidem affirmat Prochorus Christi Discipulus, qui amore Ioannis captus eum sequebatur, & ipso dictante scripsit Euangelium. Ita Sanctus Epiphanius, Athanasius, Hieronymus, Sanctus Thomas, Beda, & ferè omnes Patres, quos citat Abulensis in Matthæum.

Salmeron. in Prolegom. Apoc. 5. Viegas in Procem. Apoc. Prochor lib. de vit. S. Ioã. Epiphan. hær. 51. Athanaf. in Synopf. Isid. de vir. Illustr. S. Thom. Beda lib. de 6. ætatib. mundi Abulen. in Matth.

Cur in aliquibus dissonare videantur Euangelistæ.

CAPVT V.

Respondet Sanctus Augustinus libr. de consensu Euangelistarum, *Quod quamuis singuli eorum suum quique narrandi ordinem tenuisse videantur; non tamen vnusquisque eorum vult alterius præcedentis ignarus voluisse scribere, ne suspectum fieret, sed sicut vnicuique inspiratum est ita scripserunt*. Vnde Glossa ait: *Sic patet quod sublimitas Euangelicæ Auctoritatis à Christo dependet*.

Aug. de consenf. Euang. Glossa.

Vnde Chrysostomus in Homil. Si Euangelistæ videantur dissonare narrando miracula Christi, *Hoc te non conturbet, cum tempora, & modus nil de veritate impediant. Et si vnus Euangelista omnia dixisset tempore, & modo, verbis, & punctis, superfluus esset numerus reliquorum: si enim in apicibus verborum Euangelistæ conuenirent non esset tam manifesta probatio veritatis*. Hæc Chrysostomus citatus à Diuo Thoma in Cathena aurea. Propter quod addidit Augustinus inter omnes diuinas auctoritates, quæ in sacris litteris continentur, Euangelium meritò excellit, quia licèt scriptores in aliquibus dissonare videantur; in veritate tamen res vna est: nam. *Sicut vna est fides, & vnum Baptisma, ita vnum verum Euangelium; quia vna est doctrina; & quotiescumque plurali numero dicimus Euangelia; nec doctrinam diuidimus, etiam si libri dissonare videantur, in re vna fides est, vera, & ineffabilis*. Hæc Remigius in Matth.

Chrysoft. in homil. Probatio veritatis Euangelicæ narrationis. Idem Sanct. cit. à D. Th. Aug. de consenf. Euang. Remig. in Matth.

Patet igitur ex prædictis Euangelicæ doctrinæ materia, quare vocetur maris Abyssus, scriptorúmque Cathena; Euangelij numerus; cur quatuor figuratum differentia, ordo, tempus, & sublimitas Euangelicæ doctrinæ, processus, & consonantia Euangelistarum.

Glossa.

TRACTATVS PRIMVS.

Expoſitio prima Literalis in cap. 21. Euangeliſtæ Sancti Lucæ, de ſignis antecedentibus ad tremendum iudicium finale Dei.

Difficultas circa literam, *De Occaſione, in qua Chriſtus Dominus verba tam tremenda protulit?*

TEXTVS *Luca* 21.

25. ERunt ſigna in Sole, Luna & Stellis, & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum, 26. Areſcentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi: nam virtutes cœlorum mouebuntur. 27. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate, magna, & maieſtate.

EXPOSITIO DIFFICVLTATIS.

Qualis fuit occaſio ſequentium?

STupentibus & admirantibus diſcipulis de ſtructura & ædificatione templi, quaſi rudes & attoniti iotendebant Chriſto Domino admirationem ingerere, & acceſſerunt, dicentes: *Vides quam bonis lapidibus & donis ornatum eſt templum.* Vel vt dixit Marcus: *Magiſter aſpice quales lapides, & quales ſtructura? Erat enim, vt inquit Ioſephus lib. 15. antiquit. cap. 14. miro opere ab Herode ædificatum.* Chriſtus Dominus vt ſapiens Magiſter intendit ignorantiam, terroribus, & admirationibus expellere, dicens: *Videtis hæc omnia?* Vel vt vox Græca ſonat: *nónne videtis magnitudinem hanc, vt Marcus legit. Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem ait Matthæus.* Quo audito, vel *repleti timore, vel compaſſione moti quarto die.* Poſtquam hæc audierunt ſedente Chriſto ſuper montem Oliueti acceſſerunt ad eum Diſcipuli dicentes, & forſitan ſtupefacti, & dixerunt: *dic nobis quando erunt hæc omnia?* quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? intelligebant enim Diſcipuli, quod duraturum erat templum (tantum illud æſtimabant) vſque ad diem iudicij.

Marc. c. 13. num. 1. Ioſeph. citat lib. 5. antiq. cap. 14.

Tranſlat. Græca.

Matth. 14. n. 3.

Occaſiones expectandæ.

Marci c. 13.

Solutio quæſiti.

Matth. 24. num. 4.

Textus.

Chriſtus Dominus voluntati eorum ſatisfacere volens, reſpondit, dando eis primum ſignum aduentus ſui. *Videte*, inquit, *ne quis vos ſeducat dicentes, Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.* Vel vt noſter Lucas dixit, *videte, ne ſeducamini*, Et dedit illis aliud ſignum aduentus ſui; ſurget gens contra gentem. Et dedit illis cætera ſigna, vt patet in Matthæo cap. 24. fuſius, & vt admirationem maiorem ingereret eis, poſuit ſigna, non ſolùm in terra, ſed in cœlo dicens, *erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis.*

Matth. 24. n. 29.

Matthæus expreſſit, quomodo ſigna erunt, quia Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum mouebuntur: Et concluſit Dominus ſermonem de ſignis dicens: *Cœlum & terra tranſibunt; Verba autem mea non tranſibunt.* Scita igitur occaſione verborum præpoſitorum ingrediamur ad explicationes litterales.

num. 29.

Luc. 21. n. 15.

TEXTVS SECVNDVM Vulgatam, & alias verſiones.

Vetus tranſlatio.	1. Erunt ſigna in Sole & Luna & ſtellis, & in terra preſſura gentium.
Noua Vatabli.	2. Erit anxietas gentium in perplexitate.
Syriaca.	3. Erunt ſigna in Sole, & in ſyderibus.
Abulenſis in Matth. c. 24.	4. Erit defectus in maximis luminaribus.
Tertullian. lib. de Reſurrectione carnis.	5. Erunt formidines, & prodigia de cœlo.
Caietanus in Euang. c. 21. Matth.	6. Sol obſcurabitur miraculoſa obſcuratione.
Ambroſius in Catena S. Thomæ.	7. Sol obſcurabitur.
Chryſoſtom. in homiliis.	8. Sol & Luna offuſcabuntur.

Rupertus in Ioel Propheta cap. 2.	9. Sol conuertetur in tenebras & Luna in sanguinem.
Origenes in Matthæum 24.	10. Sol & Luna deficient.

DIFFICVLTAS I.

Quomodo obscurabitur Sol, & Luna non dabit lumen suum?

1. Origen. in Matth. 24. QVæritur. Quomodo obscurandus sit sol? 1. Responsio Quantum ad literam Origenis est in Matth. qui ait: *Mundum incendio conflagraturum, tantámque fumi copiam futuram esse vt sol obscuretur.* Et coincidit cum translatione Chrysostomi, quæ ait, sol offuscabitur. (Translat. Chrysost.)

2. 2. Responsio Aliqui Theologi putant obiectu nubis obscurandum esse solem. *Alij dicunt, quòd talis obscuratio solis fiet per defectum solis, quia lumen deficiet paulatim per defectum nutrimenti? quia secundum Platonem & Poetas corpora cœlestia de exhalationibus surgentibus de mari nutriuntur.* Et addit Origenes; *Quia sicut paulatim lucerna deficit lumen: sic cœlestium luminum deficiente nutrimine, sol & luna obscurabuntur.* Hoc iuxta translationem Origeneam. (*Platonis doctrina.* Translat. Origen.)

3. Translat. Tertull. 3. Responsio Tertulliani qui existimat quod præ gloria, & splendore aduentus Christi sol ipse obscurari videatur sicut stellæ apparente sole obscurantur, & coincidunt hæc, cum translatione Tertulliani dicentis, *erunt formidines, & prodigia de cœlo.* Et quod maius prodigium est, quam solem videre erubescere, & abscondere lumen suum, sic patet illud dictum Isaiæ: *Erubescet luna, & sol confundetur, cum regnauerit Dominus.* (Is. c. 24. n. 23.)

4. *Parum Theolog. fallacem opinionem referentes.* 4. Responsio Aliqui Doctores *qui dicunt re vera non obscurandum esse solem, sed homines adeo stupefactos fore, vt solem ipsum videre non videantur, quia scriptura in magnis calamitatibus vtitur his admirationibus,* vt patet Isai cap. 13. & 34. Ierem. cap. 13. Amos cap. 8. (Is. c. 13. n. 9. Idem c. 34. n. 4. Ier. c. 15. n. 9. Amos c. 8. n. 9.)

Sed hoc non est probabile, quia si Christo moriente, cum in mundo abiectus, & humilis apparuit, saxa, sol & luna iniuriam Saluatoris tanto senserunt, vt verè & realiter obscurauerint lumen suum, non per modum Eclypsis, sed miraculosè, vt statim cum Abulensi probabo. Quomodo cum venerit cum potestate, & maiestate magna ad iudicandos, & puniendos in æternum malos, Sol & Luna, & creaturæ omnes non timore horribili dabunt signa. *Quomodo sol non conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, vt Propheta Ioel fatetur cap. 2.* Et quia venit dies Domini magna, id est, Iudicij, erunt horribilia, & quæ nunquam visa fuerint, neque audita signa in sole & luna. Et coincidunt hæc cum translation. Syriaca; erunt signa in syderibus, vel cum translatione Ruperti, sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. (Abul cit. Ioel cap. 2. n. 32. Textus. Ioel c. 2. Translat. Syriaca. Translat. Ruperti.)

5. Origen. in Matth. 24. 5. Responsio Mystica non literalis est Origenis expositio quam citat & refutat *Franc. Rojas in Euang. Tom. I.* Abulensis, dicentis *pro sole obscurando *Diabolum intelligendum esse, qui in consummatione sæculi arguendus est.* Et cum sit tenebra solem se simulat. (*Auctoris mens.*)

6. Responsio Dicendum igitur est cum Abulensi, *quod erit signum quoddam ante iudicium in sole & luna; ita quod lumen ipsorum minuetur & deficiet, non per modum Eclypsis, sed per modum miraculi Deo subtrahere volente lumen eorum, & tunc, erit verè signum supernaturale, quod intra homines non solum ingerat stuporem, sed sanguis fugiens ad cor, faciem & colorem viuum in ferè mortuum transformabit.* Et venit hoc cum translatione Vatabli, & erit anxietas gentium in perplexitate, quia homines talia signa videntes anxij & stupefacti turbabuntur, iugitérque semper mouebuntur, & hoc insinuat Caietanus, Sol obscurabitur miraculosa obscuratione. (Abul. in Matth. 24. q. 155. *Verus sensus signorum in Sole & Luna.* Translat. Vatabli. Caietanus.)

DIFFICVLTAS II.

Quanto tempore durabunt signa in Sole & Luna?

QVæritur, quanta erit ista obscuratio solis & lunæ quantóque tempore durabit? 6. (*Auctoris mens.*)

1. Responsio Quod cum ista obscuratio non sit futura naturalis per Eclypsim, est impossibile, quod sciatur tempus quod durabit, neque quanta; & intenta erit sed, id certum est, quod erunt tenebræ maiores quàm fuerunt in Ægypto, & superabunt omnes obscuritates causatas per Eclypsim; quia istæ per partes fiunt per oppositionem terræ. At obscuritas solis in illa die erit adimpleta & per totum esse solis. (*Obscuritas solis non fiet per Eclypsim.*)

2. Responsio Abulensis qui ait; *De duratione autem obscuritatis, ad minus erit per tres vel quatuor horas; quia obscuratio ista eueniet quasi signum vniuersale aduentus Domini; ergo in omnem terram debet contingere, quia generalitas ad omnes pertinet: at cum terra sit rotunda, quando est dies in vna parte, in altera deficit lux. Et ita cum dies sit apud Indos & Parthos, erit nox apud Gallos & Hispanos. Vnde ad hoc quod obscuritas solis & lunæ videatur in toto terrarum orbe, necesse est, quod ad minùs duret tribus, vel quatuor horis. Hucusque Abulensis quæst.* 161. *in Matth.* Et hoc insinuat translatio Syriaca, dum ait: erunt signa magna in syderibus, quasi diceret non communia & parua, qualia in apparitione alicuius syderis cum cauda propter mortem Regis vel Imperatoris, solent apparere, sed magna signa, qualia neque oculus neque auris audiuit. 7. (Abul. in Matth. 24. *Obscuritas Solis durabit per tres vel quatuor horas.* Idem Abul. q. 161. in Matth. 24. Translat. Syriaca. *Cometa quando apparent.*)

DIFFICVLTAS III.

Quod signum est diei aduentus Domini pressura gentium.

8. Euseb. in catena S. Thomæ in Luc. cap. 21.

QVæritur, an omnis pressura gentium sit signum aduentus Domini?

1. RESPONSIO Eusebij citati in catena Sancti Thomæ, *quòd pressura ista eueniet orbi post luminarium obtenebrationem, quia anxietas & metus erit tam grandis, vt inter tenebras gentes amplexabuntur, & quasi cum aliquis natando periclitatur, & fluctuans cum morte, si aliquis venit ad eum exeundum manibus & dentibus, qui periclitatur, apprehendit, quod potest ita vt ambo soleant perire. Per pressuram, & angustias periclitantium.* Hoc est quod textus insinuat, erit pressura gentium arescentibus, id est, tabescentibus hominibus præ timore, & expectatione eorum, quæ subsequentur vniuerso orbi. Hæc Eusebius citatus.

Exemplum periclitantiū natando. — Textus. — Euseb. cit.

9. Theodoret. in Catena S. Thom. Angelicus Doctor.

2. RESPONSIO. Theodoretus citatus à Sancto Thoma, ait: *Aliter, magna erit pressura gentium; quia tum alterabitur superior orbis & elementa inferiora, meritò patientur iacturam,* id est, *pressuram cordis, quasi dicat,* (inquit Angelicus Doctor) *mare terribiliter fremet, & litus maris agitabitur tempestate, ita vt sit populo terra pressura, id est, communis miseria, vt tabescant timore & expectatione malorum irruentium mundo.* Et hoc insinuat Vatabli translatio, erit *anxietas gentium in perplexitate*, ac si diceret corda hominum in tanta calamitatum miseria erunt in pressura & dura sicut lapides, & anxiabuntur inconsolabiliter vndequaque.

Translat. Vatabl.

DIFFICVLTAS IV.

Quæ sint istæ virtutes, quæ mouebuntur?

10. Maldonatus in Euang.

QVæritur, quæ virtutes sunt istæ, quæ in illa die mouendæ sunt?

1. RESPONSIO. Benè refutantur à Maldonato auctores, qui virtutes istas intelligunt stellas cœli: nam Matthæus loquens de illis dixit, & stellæ cœli cadent. Et non est idem moueri, & cadere. Origenes, & Theophilactus, Beda & alij, quos citat Maldonatus *Angelos intelligunt istas virtutes, de quibus Ecclesia canit, cæli cælorúmque virtutes.* Auctor verò citatus *per virtutes intelligit cardines cæli, de quibus* Iob loquitur cap. 14. num. 14. *Sed cardines cælorum modo etiam mouentur,* & in die illa datur pro nouo, & inaudito signo, quod virtutes mouebuntur.

Matth. c. 24. n. 29. Origen. Theophil. Beda. — Ecclesia in præf. Miss.

11. Abul. cit.

2. RESPONSIO Abulensis qui magis explicans quæ sint istæ virtutes, ait: *Dicuntur virtutes cælorum ad differentiam aliarum virtutum, quæ non sunt in cælo: nam omnis substantia spiritualis virtus vocari potest; quia potestas est non alligata materiæ.* Et infrà, *Cælum sunt tales virtutes; sicut Dæmones, qui sunt substantiæ immateriales, & de istis non loquitur Christus quia isti semper mouentur, & nunquam quiescunt.* Sed loquitur de virtutibus cælorum, qui sunt Angeli. Sed quomodo mouentur difficultas subsequens explanabit.

DIFFICVLTAS V.

Quomodo virtutes cælorum mouendæ sint?

QVæritur, quomodo istæ virtutes, vel Angeli mouendi sunt? 12. Auctores antea citati.

1. RESPONSIO. Origenes & alij qui tenent *virtutes istas mouendas & cadendas esse, quia stella verè & realiter cadent de cælo.* Consequenterque dicunt, quòd illa die in signum iudicij accendetur magnus ignis in terra secundum illud quod Ecclesia canit, *& sæculum per ignem consumpturum*, quo marcescente luminaria magna stellarum consummabuntur & cadent in terram; quia consumpto illo lumine non erit aliquid quod possit attollere corpora stellarum, & cadere (sicut contingit) in scintillis surgentibus de camino: nam quandiu ignis est in eis incorporatus surgunt; cum verò deficit cadunt corpora illa cinis effecta. Vnde Origenes in Matthæum referens opinionem hanc, hæc profert: *In consummatione mundi ab igne qui succendendus est, obscurabuntur luminaria magna, & marcescente stellarum lumine reliquum earum corpus, cum exaltari non valeat, sicut primum cum à lumine suo portatum extollebatur, cadent de cælo.*

Ecclesia in officio Defunctorum. — Origen. in Matth. c. 24.

2. RESPONSIO Aliorum quos Abulensis refert, *Quòd istæ virtutes mouebuntur, sicut Cometæ, quæ per aera volant, & vulgò Hispanè vocantur Cometas quæ verè non sunt sydera sed apparent in aere, quod vulgus cælum vocat:* Rabanus dicit, *quòd tantopere obscurabuntur densitate nubium, vel corporum interpositorum, quod verè dicantur cadere à splendore, & æstimatione quam habebant, cum splendorem dabant.* 13.

Abul. q. 163. — Quid sint Cometæ. — Rabanus in Matth.

3. RESPONSIO Chrysostomi, *quòd mouebuntur Angeli, id est, virtutes cælorum quædam timore ne condemnentur ad pænam,* sicut de iustis, *canit Ecclesia, cum vix iustus sit securus.* Sic Chrysostomus citatus à Tostato in Matth. 24. S. Augustinus epist. ad Eusebium; dicit, *quod ista mutatio erit quidam timor Angelis adueniens de rebus illis magnis, quæ ante iudicium euenient. Non solum mortales,* inquit Sanctus, *fluctuabunt, cum alterabitur mundus sed Angeli stupebunt in tam terribilibus mutationibus vniuersi.* 14.

Chrysostomus citat. à Tostato. — August. ep. ad Esich.

4. RESPONSIO Bedæ, *qui adstipulatur* translationi Tertulliani asserentis, *quod in cælo erunt prodigia, & formidines; quia sicut Sanctus Iob ait, columnæ cæli pauent, & contremiscunt ad nutum eius. Quid ergo,* inquit Beda; *facient tabulæ, cum columnæ contremiscunt? Quid virga deserti patitur, cum cedrus paradisi concutitur?* 15.

Beda. — Iob 26. n. 11.

5. RESPONSIO Abulensis, *quòd commotio virtutum celestium erit aliqua operatio insolita: nam ante hoc operabantur id quod ordinarium erat, & erat naturale & non miraculosum. Et in ista operatione quasi quieti manebant, id est, parum agentes, sed quia tunc maiores operationes operabunt, dicuntur moueri.* 16.

Abul. in Matt. c. 166.

6. RESPONSIO. Sanctus Dionysius in lib. de Angelica Hierarch. dicit, *quòd ad virtutes,* 17.

S. Dionys. in lib. de Ang. Hierarch.

quæ

qua sunt spiritus pertinet moneri in illa die ex diuina Voluntate ad faciendum res admirabiles circa materiam elementalem, vt incutiant terrorem omnibus hominibus, & expressa signa de consummatione sæculi, & hoc est moueri virtutes.

Quomodo mouebuntur virtutes cælorum?

DIFFICVLTAS VI.

Quare dixit Christus, tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna?

18. QVæritur, quare Christus hic fecit ostensionem suæ maiestatis, & potestatis?

Abul.q.177. Chrysost. in homil. Matth.c.24.

1. RESPONSIO Abulensis ex Chrysostmo, quia fecerat Christus mentionem de sua Cruce, cum dixit, vt Matthæus refert, *tunc apparebit signum Filij hominis*; reputarent Discipuli, quod malum, & ad humilitatem pertioens, adhuc solum passurus esset, ostendit, quod cum potestate, & maiestate magna esset venturus.

19. 2. RESPONSIO. Sanctus Theodoretus in Caten. S. Thom. ait: *Videbunt tunc filium hominis, quia tam fideles, quàm infideles. Crux Christi radiabit amplius quam ipse sol.* Augustinus *veniet cum potestate magna in nube, quia venies in Ecclesia sua, sicut nunc venire non cessat*, sed hoc est mysticè intelligendum, de qoo postea.

S. Theodor. à S. Thom. citat. S. August. ibi

20. 3. RESPONSIO Cyrilli. *Primam enim apparitionem cum infirmitate nostra; sed secundam celebrabit cum potestate magna, & maiestate.* Gregorius in Homil. *in potestate eum magna visuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt, vt virtutem eius tanto tunc districtius sentiant, quanto ceruicem cordis ad eius patientiam nunc inclinant*, sed hoc ad mores latiùs patebit postea.

Cyrill. à S. Thom. cit. Gregor. in homil.

21. 4. RESPONSIO Chrysostomi: *In nube apparebit, cum venerit iudicare sæculum; quia sic Angelus Apostolis promisit, cum in cælum ascendit; veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum*, Actorum cap. 1. num. 11.

Chrysost. in homil. Actor. c. 1. num. 11.

22. 5. RESPONSIO. Abulensis. *Matthæus* dixit, *venturum esse Christum in nubibus in plurali, & cum è terra ad cælum ascendit in singulari, & nubes assumpsit eum, quia locus terra carebat nubibus. Regio autem cælestis per quam est transiturus, cum veniat iudicare, plena est nubibus.*

Abul.q.180. in Matt.24. Act.1.n.10.

DIFFICVLTAS VII.

Ad quid apparebit Christus cum potestate magna?

23. QVæritur, quare Christus cum potestate magna venturus est iudicare sæculum?

Abulen. in Matth.c.24. qu.184.

1. RESPONSIO Abulensis, *quod maiestas potestatem insinuat; & ideò veniet Christus cum maiestate magna, vt ostendatur coram vniuersis gentibus ad iudicium congregatis.* Vnde Abulensis quæst. 184 in Matth. maiestas dicitur *quasi maior status.* Vnde majestatem non damus nisi Regi, & Imperatori, qui sunt summi Principes: ideò Christus veniet cùm maximo apparatu, vt ostendat maiorem excellentiam omnibus Principibus, qui sunt in terra.

Maiestas à maiori statu dicitur.

24. 2. RESPONSIO Origenis qui aliam insinuat rationem, *Vt sciant Angeli, quòd humanitas Christi est digna omnimoda reuerentia, cum ad eius præsentiam Reges vniuersi terræ timebunt, & nubes quasi luctando desiderabunt attingere Corpus Iesu, & sic vna praeclarior & felicior attinget Corpus Christi.* Vnde dixit Lucas cap. 21. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nube non in nubibus, & vt maiestas ostendatur, venient cum eo omnes Angeli eius*, vt Matthæus cap. 16. num. 28. dixit, & omnia hæc faciunt apparatum magnum, & maiestatem, & potestatem repræsentant necessariam ad tam inauditum & portentosum spectaculum.

Origen. in Matth.24.

Nubes certabunt vt attingant Corpus Iesu. Luc 21.n.27. Matth.16. n.28.

25. 3. RESPONSIO Aliorum; quòd Christus apparebit cum potestate magna; quia tunc erit maior virtus in tali aduentu ad iudicium, quam fuit, dum viuebat inter nos, quia non habebat potestatem iudicandi, & subiiciendi sibi omnia, quia non erat corpus eius gloriosum, neque impassibile.

Abulen. & Orig. cit.

26. 4. RESPONSIO Abulensis, qui ait; *Quod maior potestas & maiestas erit in die iudicij quam fuit in transfiguratione Iesu; quia in transfiguratione coram paucis transfiguratus est; in iudicio autem apparebit vniuerso & hoc pertinet ad maiestatem maiorem.*

Abul. cit. *Maiestas maior vbi plures subditi.*

TRACTATVS SECVNDVS, AD MORES.

Super illa verba: *Erunt signa in Sole, & Luna.* Lucæ 21.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare homines feliciores in hac vita plus signa & præsagia timeant?

27. Origenes in Matth 24. PRIMA RESPONSIO. Origenes super Matthæum cap. 24 *quia quo quis felicior est, eo debet esse magis timidus Nam si rota fortuna ruere incipit, non sistit in lapsu vsque ad ima*; ideo Diabolus in fine mundi cum videat signa in Sole & Luna, & in syderibus suam timebit ruinam, quia exaltatio, & Antichristi
Lucæ 21. elatio, superbia & ambitio signa Solis, & Lunæ annihilationem indicant, quia erit hominibus & Angelis manifestum. Quomodo tenebræ com sit Dæmon tanto tempore in Solem transfiguraverit se.

Esther c. 5. n. 13. Feliciores timidi. Esther c. 5. num. 13. Aman in supremo fortunæ gradu ascendit cum vxori suæ Zaræ dixit: *Regina quoque Esther nullum alium ad conuiuium vocabit præter me apud quam cras cum Rege pransurus sum. Esther cap. 5. n. 13.* Sed in summa ista positus felicitate signum & obscuritatem narrauit suæ infelicitatis, dicendo, *Sed nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum ante fores Palatij &c.* Cui sapiens respondens mulier eius dixit: *Si cadere cœpisti non poteris resistere.* Quasi diceret, nullum maius signum infelicitatis, quam videre signa
Caiet in c. 5. Esther. opposita summæ fortunæ. Vnde Caietanus, *cadendo, cades ante eum, id est, primo per signa, quæ vidisti. Secundo opere ruet tua felix fortuna.*

28. Tostat. cit. 2. RESPONSIO, Abulensis interrogat *quare Iahel (Haber vxor) interfecit superbum Sisaram clauo malleo percusso, quo defixit cere-*
Iudic. cap. 4. n. 21. *brum eius in terram?* Et respondet, *quia signum sua calamitatis vsquequo peruenit, vt caderet*
Iudic. c. 5. n. 28. Abulens. ibi. (sicut Debora cecinit) *ante pedes eius* Iudic. cap. 5. *quia instantanea calamitate* (inquit Abulensis) *dextera fœminea occubuit, ex quo cum quis cadit, repente pro signo infelicitatis habetur.*

Transl. Vatabli. Vnde translatio Vatabli de signis visuris in Sole & Luna, & syderibus dixit: *erit anxietas gentium in perplexitate*; quia homines, & maxime Principes, & aulici, qui futura semper scire
Aulici signa timent incerta. desiderant, quærendo signa Astrologica & contingentia, semper sunt perplexi, & anxietatibus pleni, & facile conturbantur, & timent, scientes, quod à fastigio suæ magnitudinis per vmbras & prodigia, quæ Astrologi considerant, quasi per signa cadunt,

DIFFICVLTAS IX.

Quare qui splendoribus & diuitiis saginantur in hoc mundo, plus de pressuris lamentantur?

ET in terris pressura gentium. Quæritur, quare homines quo plus habent, plus pressuris cordis affliguntur?

1. RESPONSIO Oleastri. *Hæc enim misera hominum conditio est: nam quo quis dignitatibus, & honoribus abundat plus de pressuris queritur. Et si quid parum triste accidit et querelas sempiternas erumpit.* Sed homines iusti, non sic; sed quo plus pro amore Dei laborant, si pressuras & calamitates recipiunt, non querelas erumpunt, sed Deo dant gratias: *Ascende in montem Habarim & vide terram*, Num. 27, n. 13. dixit Dominus Moysi, *Et ostendit ei promissionis terram, sed ingressum ad illam prohibuit: Et non lachrymatur Moyses, neque suspirat aut vllam animi pressuram patitur, non exponit via laborem, non ministerium quadraginta annorum.* Hæc Oleaster. Et addit: *quid facitis qui vix ad horam seruistis, & in quacumque pressura Deum iniustum vocatis, si non omnia quæ postulatis, & desidera ti, conferantur.* — 29. Olcast. in lib. Num. cap. 27. *Ingrati semper querelas dant.* Numer. 27. n. 13. Oleaster. *Comparatio Religiosorum laborantium sine præmio in huius vita rota.*

Vnde Chrysostomus, pressuras & tormenta latronis in Cruce positi cum patientia tolerantis comparat cum Adamo in Paradiso de vxore Eua querelas Domino conquerendo: *Mulier, quam dedisti mihi, decepit me.* Genes. cap. 3. n. 12. *Meritò*, inquit, *propter peccatum ingratitudinis damnatus est Adam, & propter fidei vocem Latro saluatus est*, Quasi diceret, punit Deus grauiter qui summam felicitatem consequuti sunt, & de quacumque pressura lamentantur, & qui in perpetuo silentio patiuntur, beneficia inaudita consequuntur. — 30. Chrysost. apud Oleast. in lib. Num. 127. Genes. c. 3. n. 12. *Querela Deo exosa sunt.*

Hinc Rabbanus. *Filij hominum vsquequo graui corde, quid de pressuris in hoc mundo, querelas datis, cum ab initio Deus sic omnia disposuerit. Vnde fluuius ille Phison, qui de paradiso egrediebatur*: Circuit, inquit Genes. cap. 2. *omnem terram Heuilath, vbi nascitur aurum, & aurum terra illius optimum, & ibi inuenitur bdellium, quæ secundum Plinium nihil aliud est, quam arbor aromatica, & colore nigra, & amara, mortem insinuans, vt natura nobis indicaret, quod pressura ab ipso* — Rabban. in Gen cap. 2. Ps. 4. n. 3. Gen. cap 2. n. 12. *Bdellij arboris proprietates tragica.*

ipſo exordio mundi natæ ſunt cum auro, diuitiis, & ſplendoribus dignitatum.

31\. 2. Responsio. Theodoretus, & Nyſſenus exponentes illud Canticorum 4. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus, myrrha & aloe*, interrogant, quare Salomon cum amore eſſet filiæ Pharaonis captus, & pulchritudinem, & gratiam laudaret, quomodo Hiſpani vocant (*el vizarro donaire*) & fragrantiam, de qua aëta replebat ſpooſa; cum ambularet, quia erat quaſi paradiſus aromaticus. Cur de myrrha & aloë, quæ mortem amaram ſignificant, recordantur.

Theodoret. Nyſſenus in Cant. cap. 4. n. 3.

Hiſpanica loquendi.

32\. Et reſponſum nullum aliud eſt, niſi quod *preſſura, & amaritudines curarum ſemper comitantur Reges, Principes, & Magnates:* Nam quo quis ſplendoribus plenus eſt, piua conquereтur de laboribus, & preſſuris, quæ vexant eorum corda, timoribus, & miſeriis humanis.

Curæ & ſollicitudines comitantur Reges.

DIFFICVLTAS X.
Ad Mores.

Quomodo virtutes Cœlorum mouebuntur.

QVæritur ſi virtutes cœlorum ſunt Angeli ſecundum ſententiam Abulenſis, & aliorum Doctorum, quos citauimus in littera, qua ratione debent moueri, & timere io die aduentus Domini.

Abulenſ. in Matth. c. 24.

1\. Responsio Ambroſij in Lucam; *quia quo ſanctior quis eò munitior, id eſt, nulla virtus ſuprema, & altiſſima poteſt vocari, ſi non ſit timore Dei munita*; & à contrario ſenſu, ſi iuſtus timore muniatur, nullatenus moueri poteſt.

Ambroſ. in Luc.

33\. 2. Responsio. Interrogat Oleaſter. Quare Dominus Moyſi in vertice montis loquens quaſi amicus cum amico tam inauditum, & durum reſponſum dedit, dicens: Exod. 33. v. 23. *Poſteriora mea videbis?* Et reſpondet, quia *ex magnitudine fauorum, quibus imbutus erat, timorem amiſerat, & audacter conqueſtus eſt*; dicens; *non ſtare feciſti me, quem miſſurus es?* Et addit Oleaſter, *ſolent homines Principum fauoribus audaciores fieri. Sic & Moyſes timore amiſſo quaſi Deum volebat compellere, vt ei detegeret ſecreta ſua.*

Oleaſt. in Exod. c. 33. n. 23.

Exod. c. 4. n. 13. Oleaſt. citat. Tranſl. Pag.

Fauores non ſuperbiant.

34\. Non aliter ſponſa, cum ſe laudari à ſponſo de pulchritudine audiuit amiſſo timore auſa eſt dicere: *Indica mihi, vbi cubes in meridie?* Neque aliter filios Zebedæi propter *ſanguinis coniunctionem, timorem amiſiſſe legimus, & dexteram & ſiniſtram Regni Dei poſtulantes.* Sed reſponſum vtrobique datum; *& ſi aſperum videatur, vtile tamen eſt ad mores temperandos; cum tremore ſiquidem ſponſa dicit: ſi ignoras te egredere, & abi poſt veſtigia gregum.* Ac ſi diceret: Conſidera ſponſa veſtigia timoris, per quæ animæ ſanctiſſimæ ambulauerunt, & abi poſt ea. Diſcipulis autem volens timorem in eos introducere dixit: Poteſtis bibere Calicem, quem ego bibiturus ſum. Quid timidius, & terribilius potuit dici, vt timorem eis introduceret.

Cant. c. 1. n. 7. Matth. c. 20. n. 20.

Cant. c. 1. n. 8.

Matth. c. 20. n. 22.

Vnde Bernardus in Cant. *Decemur etiam hic, quod licet ſancti, & dilecti Deo ſimus ſine timore non audebimus iter arripere*, quia virtutes Angelorum in die iudicij mouebuntur, & Angeli ſtupefacti timebunt.

Bernard. in Cant.

Timor Dei ſemper amplectendus.

35\. 3. Responsio Sancti Eligij ſerm. de Purificatione, qui ait: *cum haberet præ manibus puerum Ieſum Simeon, tunc vocatur ab Euangeliſta* Lucæ cap. 2. *iuſtus & timoratus. Eò quod timore diuino repletus dixerit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine*, quia ſciebat, *quod virtutes cælorum coram Chriſto Ieſu timore mouebantur, & Angeli coram eo diuina reuerentia & amore ſtupefacti erant.* Simeon (inquit Sanctus Eligius) Sanctus *ſenex teſtimonio Euangelico timoratus appellatur, quia excreuerat in tantum iuſtitiæ & ſanctitatis culmen, vt in ſuis manibus Deum tenere mereretur.*

S. Elig. ſerm. de Purificat. Lucæ c. 2. n. 25. n. 29.

Idem S. Eligius.

DIFFICVLTAS XI.
Ad Mores.

Quare Chriſtus ad iudicandum venturus ſit cum poteſtate, & maieſtate magna?

36\. QVæritur, quomodo ſi data fuit Chriſto omnis poteſtas in cœlo *& in terra*, vt Matth. cap. 28. n. 18. teſtatur, *quomodo in præſenti dicitur, quod in die iudicij veniet cum poteſtate & maieſtate?*

Matth. c. 28. n. 18.

1\. Responsio Abulenſis, *quod illa poteſtas promiſſa Chriſto poſt reſurrectionem, adimplebitur in ſuo aduentu; quia maior poteſtas, & maieſtas eſt, quæ cadit ſub merito*, ac ſi diceret, quod ante paſſionem non erant omnia ei ſubiecta; in iudicio autem etiam mors, vt Paulus dixit, illi ſubiicietur 1. Cor. cap. 5.

Abulenſ. in Matt. q. 183.

1\. Cor. c. 5.

2\. Responsio. Origenes in Matth. c. 24. *Primum venit Ieſus cum virtute ex qua faciebat ſigna, & prodigia in populo: omnis autem illa virtus in comparatione virtutis multæ, quæ in fine venturus eſt modica erat.* Et ſi cauſam iſtius auctoritatis, & maieſtatis quæras, nullam aliam inuenies niſi humilitatem & merita Chriſti, & tunc illa maieſtas vſque ad cœlum euehitur, quæ ſub meritis cadit. Promiſerat Dominus Abrahæ facturum ſemen ſuum ſicut puluerem terræ. Geneſ. 13. n. 17. Et vix hæc verba Dominus promiſerat, quando addidit: *Suſpice cælum & numera ſtellas, ſic erit ſemen tuum.* Geneſ. c. 15. n. 5. Vnde Hugo ait: *non vides quomodo, illa eſt ſuprema maieſtas, quæ ſub merito cadit? & quomodo qui ſe vſque ad puluerem humiliat, exaltatur vſque ad ſtellas?*

Origen. in Matth. c. 24.

Humilitas fundamentũ maieſtatis.

Gen. c. 13. n. 17.

Gen. c. 15. n. 5.

Hugo in Geneſ.

Matth. c. 23. n. 12.

37\. 3. Responsio. Interrogat Abulenſis, *ſi maieſtas, quæ reſplenduit facies Chriſti in transfiguratione fuit æqualis, & ſimilis maieſtati, quâ venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* Et reſpondet cum Origene, *quod virtus exinanientis ſeipſum, conſequens erat, vt in maiorem maieſtatem & gloriam reformaretur, quam fuit transformatus in monte; quia tunc propter tres tantummodo transformatus eſt; in conſummatione autem totius mundi apparebit cum poteſtate & maieſtate magna; quia ab vniuerſis creaturis videndus eſt, & honorandus*, & reuera non eſt gloria, neque maieſtas, niſi illa quæ cadit ſub merito.

Abulenſ. q. 183. in Matth. 24.

Origen. in Matth. 24.

Maior dignitas quæ cadit ſub merito.

Vnde

Imperiti non sunt in dignitate collocandi.

Vnde lamentandi sunt illi, qui quærunt imperitos, & ignaros homines sine litteris, sine virtutibus ad promouendos in maiestatis & potestatis officiis. *Væ istis, quia nesciunt quid faciunt*, similes illis sunt, de quibus Christus loquitur positus in cruce, quando hæc verba protulit Lucæ 23. *Quia excæcati malitia, & inuidia Christum cognoscere repugnabant & merita illius offuscare, & occultare conabantur*; ideo Pilatum summis precibus orabant, vt de titulo crucis tolleret verbum illud *Rex Iudæorum*.

Lucæ 23. n. 34.

Lucæ 23. num. 38.

38. Sed quare ô miseri, & infelices Principes & Sacerdotes non postulatis delere verbum, *Iesus Nazarenus? Quia quasi tenebrarum potestates & Principes abhorrebant dignitatem Regiam & maiestatem dare Christo, quæ cadebat sub tanto, ac tam maximo merito, quomodo nomen Iesu Nazareni importat.* Vnde Tostatus bene ait: maior virtus & maiestas erit in Christo cum ad iudicandum venerit, quam habuit, dum viueret in mundo; quia non est comparabilis potestas & maiestas ad merita, quæ in passione præcesserunt. Et Tertullianus: *non antea Rex gloriæ vocatus est (id est, Christus) quam Rex Iudæorum scriptus in cruce.* O igitur infelices ter illi Prælati, & supremæ potestates, qui maiestatis officia impertitis, & immeritis impertiuntur, prospicientes ad se tantum, non ad bonum commune, non ad vtilitatem gregis, sed ad particulare commodum.

Lucæ 23. n. 39. Marci 15. n. 26.

Ioann. 19. n. 19.

Tostatus q. 183. in Matth. 24.

Tertullian. lib. de Resurrect. carnis.

Cur ter infelices Prælati ambitiosi.

TRACTATVS TERTIVS.

TEXTVS Lucæ 21.

28. HIs autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. 29. Et dixit illis similitudinem; videte ficulneam & omnes arbores. 30. Cum producunt, iam ex se fructum scitis, quoniam prope est æstas. 31. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. 32. Amen dico vobis, quoniam non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. 33. Cœlum & terra transibunt; verba autem mea non transibunt.

EXPOSITIO DIFFICVLTATIS.

39. QVia præmissa & terribilia signa contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum consolationem verba vertuntur: nam subditur: *Respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Hæc Gregorius in catena Sancti Thomæ. Ac si dicat, cum plagæ mundi crescant, leuate capita, id est, exhilarate corda, quia dum finitur mundus, cuius vos amici non estis, prope fit redemptio, quam quæsistis. *Hæc Sanctus Thomas.* Vnde Abulensis; *De propinquo, non de longe, Dominus voluit amicis suis timorem signorum terribilium expellere; propter quod dicit, leuate capita vestra, quia* vt S. Thomas ait: *in scriptura sacra caput pro mente ponitur, quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur.* Vnde Caietanus, Suspicite, *non oculis corporis*, sed mentis, & eleuate superiores partes animi vestri, quia amici mei debent corda sua dilatare, dum peruersi coarctantur.

S. Gregor. in catena S. Thom. ad cap. 21. Luc.

Abulens. q. 192. in Matth. c. 24.

S. Thom. cit. in caten.

Caietan. in Euang. Luc. c. 21.

40. Propter hoc addens Dominus lætitiam ad consolationem dictam, proposuit illis similitudinem ficulneæ. Vnde Marcus dicit: *A ficu discite parabolam; quia sicut arbores cum flores & folia producunt, scitis, quia iam æstas venit*: ita cum hæc signa videritis *in ianuis est vestra redemptio.* Hæc Abulensis; quoniam autem Christus omnimodam consolationem volebat dare Discipulis, confortauit illos dicendo, quod cito ventura erant signa, quæ dixerat, & quod non erat transitura generatio præsens vsquequo adimplerentur. Vnde Abulensis satis benè adnotauit, *quod hæc verba non intelliguntur de omnibus, quæ supra dicta erant, sed de omnibus illis, quæ erant circa signa euersionis Ierusalem, quæ omnia acciderant, antequam generatio, quæ tunc viuebat, præteriret:* Nam vt notauit Iosephus lib. 4. de Bello Iudaico. Vespasianus Princeps Romanorum, qui post quadraginta annos euertit Ierusalem, iam erat senex, ergo cum Christus hæc dixit, natus fuit, & per consequens generatio præsens non erat præterita.

Marc. 13. ... Abul. cit.

Consolatio iusto die iudicij.

Idem Tostatus q. 192. in Matth. cap. 24.

Iosephus lib. 4. de Bello Iudaico.

Si quis autem tenere voluerit, quod intelligatur de signis præcedentibus iudicium, dicam cum Chrysostomo, *quod generatio ista, quæ transitura non erat, est Ecclesia, quæ est generatio fidelium.* Vnde Theophilactus dicit, *non transibit generatio hæc, scilicet, Christianorum, donec hæc omnia fiant, quæ circa Ierusalem, & aduentum Antichristi dicta sunt.* 41.

Mens Authoris.

Chrysost. in homil.

Theophilact.

Et conclusit Dominus ad solatium Apostolorum, qui nondum erant in fide roborati, neque confirmati: *cœlum & terra transibunt*; verba autem mea non transibunt. Ac si aperte dicat phrasi Hispanica exageratiua, *primero faltaran*

Textus.

Textus.

faltaran los cielos y la tierra, que lo que os digo falte. Vnde patet intentio propter quam Christus verba præsentia pronuntiauerat, vt eliminaret à cordibus Discipulorum timorem & metum, & in fide verborum suorum corroboraret.

SENSVS LITTERALIS *secundum vulgatam & alias translationes.*

Vulgata editio.	1. His autem fieri incipientibus leuate capita vestra.
Translatio Vatabli.	2. His autem fieri incipientibus suspicite, & attollite capita vestra.
Translatio Syriaca.	3. Quum autem hæc fieri incipient bono animo estote.
Tertulianus lib. de Resurrect. carnis.	4. Cum autem hæc fient, erigetis vos, & leuabitis capita.
Caietanus.	5. Suspicite non oculis corporis, sed mentis.
S. Thomas in catena aurea.	6. Exhilarate corda vestra.
Translatio Eusebij in catena S. Thomæ.	7. Erigite curui, & humiliati capita vestra.

DIFFICVLTAS I.

Quid est iustos leuare capita sua.

42. Gregorius citatus à S. Thom. in catena. QVæritur, quomodo iusti dicantur eleuare capita, cum in hac vita eos humiliatos, & abiectos videamus?

1. RESPONSIO Gregorij in homiliario, *quia præmissa horribilia signa in Sole & Luna, contra reprobos præcipuè dicta sunt, vt humilientur, qui elati & erecto capite ambulauerunt*; iusti autem è contra leuatis capitibus ex tunc stabunt.

Eusebius ibi. 2. RESPONSIO Eusebij citati à Sancto Thoma; *Transactis corporalibus aderunt intelligibilia, cælestia, scilicet Regnum sæculi non amplius transituri, vt tunc dignis salubria promissa tribuantur. Vnde dicitur; his autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra.* Vnde Theophilactus: *Perfecta libertas corporis & animæ iustis promittitur.* Et Sanctus Thomas: *Leuare capita est mentes leuare ad suprema gaudia.* Et coincidunt omnia hæc cum translationibus Vatabli, quæ ait, exhilarate corda vestra.

Theophilact. ibi. S. Thom. in sua catena. Translat. Vatabli. Caietani. S. Thom.

43. Pſ. 67. n. 4. De ista hilari præsentia in conspectu Dei scriptum est, *exultent iusti in conspectu Dei.* Psal. 67. n. 4. In conspectu quidem Domini cum lætitia stare est testimonium bonæ conscientiæ de amore conditoris existere. Hinc Elias lætitia inenarrabili in magnis tribulationibus mundi repletus dixit: *Viuit Dominus in cuius conspectu sto. 3. Reg. 17.* Peccatores autem qui mala commiserunt cum magna tristitia stabunt in die illa capitibus & oculis in terram defixis. Vnde iustis lætis, & erectis capitibus, facieque ad faciem iudicem videntibus inquit Psalm. 43. n. 5. *Dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam tu complacuisti in eis.* Ac si apertè dicat: vos qui quasi auersi fuistis post inimicos meos in illa die illuminatos, & fauoribus plenos apparebitis & ad dexteram meam sublimatos, & honoratos illuminatione, & aspectu alacri meo leuantes capita, & respicientes ad cœlestia. Omnes Reges mundi cum admiratione stabunt quod considerans Ambrosius ait: *Domine retrorsum in hac vita nos esse voluisti, & humiliatos sub pedibus omnium, vt in illa die extendamus oculos & capita nostra ad superiora.* Eusebius citatus à Sancto Thoma in catena: *acceptis Dei promissis, quæ spectamus erigemur, qui ante curui fuerimus, eleuabimus capita nostra humiliati quondam, eo quod redemptio nostra, quam sperabamus, aderit; illa scilicet, quam tota creatura spectat,* & hoc est, quod translationes Syriaca, & Vatabli asserunt, his fieri incipientibus suspicite & leuate, vel attollite capita vestra.

3. Reg. 17. n. 1. Pſ. 43. n. 4. Felices humiles. 44. Ambros. citatus. Euseb. citati in caten. S. Thom. Translat. Syriaca. Translat. Vatabli.

DIFFICVLTAS II.

Quomodo applicatur parabola de ficulnea ad propositum?

QVæritur, quomodo applicatur ad secundum aduentum Christi, & ad signa antecedentia iudicium parabola de ficulnea? 45.

1. RESPONSIO S. Hieronymi in Matth. *Sicut quando teneri fuerint in arbore fructus, cauliculi & gemma erumpit in florem, cortexque florem parturit, intelligitis æstatis aduentum, & fauonij ac veris introitum. Ita cum omnia, quæ scripta sunt videritis, nolite putare adesse consummationem mundi, sed quasi præuia, & præcursores quosdam venire, vt ostendant quod prope sit & in ianuis.* Chrysostomus in Matth. *Ostenditur per hoc quod non multum temporis erit medium sed statim aduentus Christi.* S. Hieron. in Matth. 24. Chrysost. in Matth. c. 24.

2. RESPONSIO Ambrosij *Matthæus de sola dixit ficulnea, Lucas vero de arboribus omnibus quia duplicem habet figuram ficulnea, vel cum dura mitescunt, vel cum peccata luxuriant: siue ergo cum fructus omnibus virescit arboribus, & ficulnea fœcunda iam flores, id est, cum omnis lingua confiteatur Deo, sperare tunc debemus aduentum Domini.* Vnde Sanctus Thomas: *Bene autem Regnum Dei æstati comparatur; quia tunc mœroris nostri nebulæ transibunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgebunt.* 46. Ambros. citatus à S. Thom. in caten. S. Thom. in caten.

3. RESPONSIO Origenis, & Chrysostomi, *Qui inquiunt, quod hic insinuatur æstas spiritualis; quia sicut quando ficulnea producit folia, est prope æstas, ita post labores præcedentes appropinquat iustitiæ fœlicitas.* Sed hoc ad mysticum sensum pertinet. Origen. Chrysost. apud Abul.

4. RESPONSIO Abulensis ad litteram, qui ait; *Nihil inuenitur in his verbis, nisi propinquitas signatorum post aduentum signorum, quod Christus expressit.* Tostatus q. 194. in Matth. 24.

5. RESPONSIO Chrysostomi in Matth. qui ait: *Propterea posuit Dominus exemplum de ficulnea, & arboribus, vt credere faciat hunc sermonem omnino esse venturum; vbicumque enim* 47. Chrysost. in Matth.

quod

Chryſoſt. in Matth.

quod omnino venturum eſt, dicit, quaſi naturales neceſſitates. Hæc Chryſoſtom. Quaſi diceret Chriſtus Dominus exemplum de ficulnea & arboribus poſuit ad oſtendendam veritatem infallibilem aduentus ſui; ſicut res naturales indubitabiliter & neceſſario operantur, & coincidunt hæc cum legenda Caietani: *Videte ficulneam, & felicitatem arborum gemmantium.* Tranſlatio Syriaca: *Cum videritis hæc fieri ſcitote prope eſſe regnum Dei.* Et tranſlatio Vatabli; *quum protrudunt iam gemmas, cernentes à vobis, ipſis ſcitis iam inſtare æſtatem, id eſt,* attendite ad exempla ficulneæ, & arborum propoſita; quia propter vos, & ad veſtram fidem roborandam poſita ſunt.

Tranſlat. Caietani. Tranſlat. Syriaca. Tranſlat. Vatabli.

DIFFICVLTAS III.

Vtrum Chriſtus iurauerit dicendo Amen dico.

49. Abul. q. 198. in Matth. 24.

QVæritur, (ſi fas eſt quærere,) quomodo Chriſtus cum iuramento aſſeuerauerit; quod de ſignis & aduentu ſuo glorioſo dicebat?

1. RESPONSIO eſt Abulenſis q. 198. in Matth. 24 *Dixit autem Chriſtus: Amen dico vobis, quod eſt modus iurandi, & affirmandi ad confirmandum id quod dicebat; quia quomodocumque intelligatur hoc magnum erat, & res magna egebat confirmatione,* vt credibilius eſſet.

Iuramentum quando licitum.

50. Beda ibi.

2. RESPONSIO Bedæ: *Multum commendat, quod ita Chriſtus pronuntiat. Et ſi dicere fas eſt,) iuratio eius eſt, quando dicit: Amen dico vobis, & addit? Aliquando vero interpretatur verum, igitur veritas dicit,* Verum dico vobis quod *ſi non diceret, mentiri omnino non poſſet.* Hæc Beda. Vnde Gregorius in Homil. *Omnia prædicta ſub magna certitudine confirmantur, cum ſubditur: Amen dico vobis.* Et Titus ponderans magnitudinem materiæ ſub qua talis aſſeueratio Chriſti cadit, dixit: *Cum aduentus Domini eliminabit omnem Principatum, & poteſtatem huius ſæculi attentos, & in fide ſecuros nos eſſe voluit, dum ait: Amen dico vobis.*

Gregor. in homil. Titus in Cathena S. Thom.

Fides ſecuros homines facit.

51. Bonauentura in Lucam cap. 2.

3. RESPONSIO Bonauenturæ ponderans, quod loquitur Chriſtus more humano, & ſemper. *Quod deſideramus, vt credatur, affectuoſis verbis, & exaggerationibus affirmamus; quia Chriſtus ad neceſſitatem, & vtilitatem cuiuſcumque accommodat ſe. A paſtoribus inuentus eſt in præſepio quia Paſtores & Doctores in ſtudio Sacræ Scripturæ,* inquit, *Seraphicus Doctor, inueniunt Chriſtum ſecundum quod dicitur* Prouerb. 14. num. 14 teſte Paulo 1. Cor. 9. n. 19. *non alligabis os bouis triturantis.*

1. Cor. 9. n. 19. Prouerb. 14 n. 14.

Hugo Cardin.

4. RESPONSIO Hugonis Cardinalis, qui aduertit, quod Doctores & Prædicatores Prælati, qui alios paſcunt verbo Dei, debent cum paruulis ſe accommodare, & tunc inuenient proſperum Ieſum, & ſe illis conformabit ad neceſſitates & difficultates officij ſuperioris, ſed hoc ad mores pertinet de quo poſtea.

Abul. in Matth. 24.

5. RESPONSIO ad litteram eſt Abulenſis. *Dixit Chriſtus: Amen dico vobis, dans Diſcipulis ſecuritatem, quod ſigna & prodigia dicta non deficient.*

Caietan. in Luc. 21.

6. RESPONSIO Caietani, *Qui colligit hinc grauitatem materiæ promiſſionis vel iuramenti Dei quod idem eſt: nam iuramentum, & verbum Dei promiſſum idem ſunt, vt patet in multis locis.* Pſalm. 105. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum.* Et in Cantico Zachariæ, *Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham daturum ſe nobis.* Et nunquam talia iuramenta inueniuntur, ſed promiſſiones, & verba Dei æqualem vim habent ſicut iuramentum. De grauitate autem materiæ, inquit Caietanus ſuper illa verba non præteribit generatio hæc, &c. *Finito electorum numero non remanebit generatio reproborum, id eſt, completo numero, iam non ſubſequetur alia generatio, ſed ſtatim apparebit Chriſtus.* Et coincidunt hæc cum tranſlatione Syriaca: *Amen dico vobis haud quaquam præteribit generatio iſta.* Vel vt tranſlatio Vatabli, *non præteribit ætas, id eſt,* alia generatio, donec hæc omnia fiant.

Pſal. 105. Cantic. Zachar. Lucæ n. 53.

Tranſlat. Syriaca. Tranſlat. Vatabl.

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo poſſunt cælum & terra tranſire?

QVæritur, quomodo terra, quæ in æternum ſtat, & cœli in perpetuum ſtabiliti, quomodo poſſunt tranſire? 54.

Eccl. c. 1. n. 4. Caietan. in Euang. Luc. cap. 21.

1. RESPONSIO Caietani. *Tranſibunt cælum & terra, non ſecundum ſubſtantiam, id eſt, ab eſſe ſuo ſubſtantiali; ſed cælum à ſtatu motus, quem nunc habet, & terra à ſtatu generationis, quo nunc profert vegetabilia.* Lyranus; *modus mutabiliter tunc;* Vel vt Beda, *figura, non ſubſtantia cælorum, & terra, & ſic intelliguntur: Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam.* Iſai 65. num. 17. Et in Apocalypſi cap. 2. num. 1. *Et vidi cælum nouum, & terram nouam.*

Beda, & Lyranus noſter in ſua Gloſſa. Iſai c. 65. n. 17. Apoc. c. 2. o i c 2. n. 8.

Authoritas.

2. RESPONSIO. Et ſi dubites, *Quod creatio ſecundum Theologos ex nihilo fit* quomodo ergo dicit *Iſaias creabo cælos nouos?* Reſpondet Lyranus *Quod Pontifex ſummus Romanus dicitur creatus & non eſt ſecundum ſubſtantiam mutatus, ſed propter ſupremam dignitatem creatus dicitur: ita cælum & terra erunt tunc tam præclariora, & formoſiora, quam antea, quod verò poſſunt dici ſecundum modum nouiter creati.*

Lyranus vbi ſuprà.

3. RESPONSIO Bedæ, qui ait: *Cælum quod tranſibit, non Æthereum, ſiue ſydereum, ſed aereum intelligitur, quocumque enim peruenire potuit aqua diluuij, eo iuxta Beati Petri ſententiam ignis iudicij perueniet.*

Beda apud Abul. q. 199. Epiſt. 1. B. Petri c. 3. n. 7.

4. RESPONSIO Theophylacti: *Et ſi cuncta commoueantur; fides autem mea non deficiet.* 55.

Theophyl. in Cathena S. Thom.

5. RESPONSIO Gregorij in homiliario. *Omne quod apud nos durabile eſt, ſine mutatione durabile ad æternitatem non eſt. Et omne quod apud Chriſtum tranſire cernitur fixum, & ſine tranſitu tenetur, quia ſine mutabilitate manentes ſententias exprimit ſermo Domini, qui tranſit.* 56.

Gregor. in homil.

6. RESPONSIO Abulenſis facilius hoc explicabit, vt ſupra diximus, *Cælum & terra tranſibunt, &c.* Ac ſi diceret, facilius eſt eos corrumpi, *quam verbum meum tranſire. Et coincidit cum tranſlatione Hieronymi, facilius eſt fixa, & immobilia deſtrui quam ſermonum meorum* 57.

Abul. in Matth. 24. q. 199. Hieron. in Matth. 24.

Lucæ c.15. Toſtat.c.i. *meorum aliquid decidere.* Et Lucas cap. 15. eodem modo debet intelligi, cum dicit, *Facilius eſt cœlum & terram tranſire, quam de lege vnum apicem cadere.* Hæc Toſtatus.

DIFFICVLTAS V.

Quare Chriſtus in cœlo, & in terra poſuit ponderationem, & non in alia creatura?

Qværitur, quare non aſſeuerauerit Dominus ſuam doctrinam ſuper aliam rem, quàm ſuper cœlum & terram, ſcilicet, mare, vel ignem, vel aërem.

58. Abul.q.200 in Matt.24. 1. Responsio Abulenſis, *Quia apud vulgares, & modum loquendi ſcriptura tantum nominantur cœlum & terra, tanquam res firmiora vniuerſi. Vnde Salomon vocauit cœlum firmiſſimum habitaculum Dei.* 3. Reg. cap. 8. & Iob 37. dicitur: *Tu forſitan cum eo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fundati ſunt?* 3.Reg.c.8. Iob c.37. n.18. Mare autem non & ſic, ſed facile, alterationique ſubiectum; aërem vero neſcimus, vnde veniat, aut quo vadat; ignis autem in ſua ſphæra ab homine non videtur.

2. Responsio. Dicendo Chriſtus cœlum & terra tranſibunt, non ſecundum ſubſtantiam, vt dictũ eſt, ſed ſecundum imaginem. Omnia incluſa in terra & cœlo aſſeuerauit ſubiecta eſſe mutationi, & alterationi; verba autem ſua in æternum permanſura. Vnde Chryſoſtomus in Homiliario dicit: *Elementa mundi in medium adducit, oſtendens quod pretioſior eſt Eccleſia cœlo, & terra.* 59. Chryſoſt. in homil.

3. Responsio Hyeronymi in Matth. 24. *Facilius eſt fixa & immobilia deſtrui quam ſermonum Dei aliquid decidere.* Ex quo patet ratio, quare Chriſtus in cœlo & in terra poſuerit ponderationem, & non in alia creatura. 60. Hieron. cit.

TRACTATVS QVARTVS, AD MORES.

Expoſitio ſuper illa verba.

Hæc autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra.

DIFFICVLTAS VI.

Quare permittit Dominus iuſtos ſuos talibus preſſuris & afflictionibus turbari in die iudicij?

61. Qværitvr, ſi Chriſtus amicis ſuis dictutus eſt: Reſpicite & leuate capita, quare permittit illos triſtari, & capita tribulationibus habere ſubmiſſa, ſiquidem illis dicit reſpicite; & leuate.

Oleaſter in Gen.c.22. 1. Responsio Oleaſtri; *Quia licet omnibus hominibus timenda ſit tribulatio, illis autem maximè, qui ab eo extolluntur, aut illi ſunt familiares.*

Iob c.7.n.18. *Quid eſt homo* (dicebat Iob) *quia magnificas eum, viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum;* ac ſi apertè dicat, poſt magnas Dei conſolationes, & viſitationes ſubitò probat tentationibus ſuos Deus: & è contra poſt magnas tribulationes, & conturbationes ſubitò dicit illis, *Reſpicite & leuate capita veſtra.* Tantus. Lucæ c.21. Vnde Paulus dicebat, *non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis.* 1. Cor.c.10. n.13. Hic Oleaſter, de dignitate Meſſiæ notauit, quod *ea ſolum Ioannem pulſari voluit.* Oleaſter cit. Et ſi quæras quare non alium? Reſpondet; *Quia ſolum nouerat eum refutaturum.*

62. 2. Responsio. Quare igitur Dominus præcepit Abrahæ, vt ſuis manibus ipſe dilaniaret in ſacrificio vnigenitum filium ſuum Iſaac? *Tolle filium vnicum tuum quem diligis,* Geneſ. 22. Gen.c.22. num.2. Et addit: *Leuauit oculos procul, & vidit locum?* *Auctoris mens.* Reſpondeo, vt dolores mortis viſu augerentur, quia toties quis mori videtur, quoties mortis amaræ recordatur. *Dolores præuiſi torquentior.* Oleaſter aliter, *Quod amico Dei Abraha tot tantaque tribulationes eueniunt vt quantò in parendo, & difficiliora pertranſeundo ſuperaret, tanto eum præclarioribus muneribus, & laudibus coram omnibus extolleret.* Oleaſter in Gen.22. *Et quia poſt tribulationes gaudia dulciora ſunt; ideò ſubitò clamauit ad eum Angelus de cœlo dicens, ne extendat manum.* Geneſ.22. num.12. *Ecce patet fructus tribulationum præteritarum, vt lætitia labores ſuperaret;* ideò iuſti in extrema triſtitia propter commotionem vniuerſi orbis poſiti, ſubitò audient, reſpicite, & leuate capita veſtra.

63. 3. RESPONSIO. Discant ergo homines paululum sufferre labores; quia veniet propè tempus, cum a Domino cum lætitia recipiantur. Vel dicamus cum Chrysostomo homil. 8. *Fecit Deus homines, quos neque tribulationes, neque iucunditates sinit habere continuas. Sed tum ex aduersis, tum ex prosperis iustorum vitam quasi admirabili varietate contexit.* Et ex tantis tribulationibus, quas iusti patientur cum iudex Dominus sit in ianuis, subitò audient verba iucunditatis plena videlicet, Respicite, & leuate capita vestra; quia scriptum est, *Exultent iusti in conspectu Dei; & lætentur lætitia inenarrabili.* Ex quo Euthymius: *Disce Deum tristibus læta contexuisse.*

Chrysost. in homil. 8. Luc. 21.

Ps. 67. n. 4.

64. 4. RESPONSIO Abulensis, est quod tribulatis amicis Dei in summa miseria positis misericordia diuina faueat. Et Gregorius Nyssenus, eleganter: *Separatio ab omni subsidio cedit hominibus in auxilium, id est, nemo tribulatum deserens, nemo laboribus fatigatur, nemo terroribus moriatur, omia in desperatis causis subito subsidium diuinum apparet, & abiectis respirant, & humiliati capita leuant.*

Euthym. cit. à Sylueira in Euang. tom. 1. c. 7. Gregor. in Nyssen. n. 1. in Psal.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare tempore tam terribilium signorum dixit Christus videte ficulneam & arbores?

65. QVæritur, quare iustis seruis suis tot, tantisque pressuris oppressis dixit Dominus: *Videte ficulneam, & arbores?* Variæ sunt morales responsiones ad interrogationem istam.

Origen. Chrysostomus citat.

1. RESPONSIO Origenis, & Chrysostomi (vt diximus.) *Æstas, inquiunt, hic insinuatur spiritualis; quia post magnos labores, & tribulationes multas spectatur summa felicitas, sicut ficulnea, transactis frigoribus, gelu, imbribus, & hyemis rigoribus producit gemmas & flores, quæ folia dilatant, & vberes fructus parturiunt.*

66. 2. RESPONSIO Oleastri, qui interrogat, quare dixerit Dominus Moysi Exod. cap 6. *Audiui clamorem filiorum Israel, & recordatus sum pacti mei? Si labores, & pressuras, suorum volebat remunerare, sufficiebat dicere audiui clamorem filiorum Israel:* Et respondet. *O amice hominum dulcis & stabilis, qui non solum recordaris tuorum, quando sunt in maximis angustiis & pressuris, sed Patrum recordaris, quos quasi prima poma in ficulnea vidisti;* ideò addidit, *& recordatus sum pacti mei.* Quasi diceret, homines cum felices videntur; homines recordantur Patrum amicitias, & consanguinitatum longissimarum; in aduersis verò fugiunt audito nomen Parentum, & cognationem ignorant, Deus autem non sic, sed in nostra felicitate nostri oblitus videtur; at in aduersitatibus recordatur.

Oleaster in Exod. c. 13. n. 9. Translat. Pagn.

In prosperis vosiones consanguinei.

Aduersitas amica Dei.

67. 3. RESPONSIO Bernardi, Aliter: *Satis acutè ficulneam, arbores dixit Christus, vt se vindicem suorum ostendat, dum ipsis tacentibus pro eis aduersis aduersarios dimicat.* Quasi dicat: summa fælicitas victoriæ est, quando prosperata subuenit, & sicut ficulnea cum magis rugosa frigida, & tremebunda apparet contrariorum ventis agitata, tunc flores erumpit, quasi vindex suorum hostium: ita venturus est Christus Iudex vniuersorum, & iustis amicis suis timidis, & pressuris oppressis, ipsis tacentibus, & præ gaudio admiratoribus, dicit leuate capita; quia ego sum vindex inimicorum vestrorum, & te vera illa summa, & ineffabilis victoria est, quæ coram inimicis inuidiosis & flagellatis ostentatur.

Bern. de diuersis affectibus animæ.

Inuidi laborant de fortuna prospera iustorum.

4. RESPONSIO. Quærit Oleaster, quare Dominus Israelitis laboribus oppressis Exodi 6. num. 6. dixit: *Redimam vos in brachio extenso, & in iudiciis magnis, secundum translationem Pagnini: nonne sufficiebat dicere; quia vos estis afflicti, redimam vos? Vel liberabo vos? Quare addidit in brachio extenso, & in iudiciis magnis? Respondet; quia singularia sunt, quæ Deus amicis suis facit: non est contentus redimere eos nisi magna inimicorum clade id fecerit.* Quasi diceret, tanta, & tam grandis est victoria, quæ cum clade inimicorum contingit, vt expectet Deus occasionem vindictæ inimicorum, vt magis exaltetur potentia sua. Vnde dixit Isaias cap. 30. num. 28. 68.

Oleaster cit. in Exod. c. 6. n. 6. Translat. Pagnin.

Resp. Oleast.

Expectat Dominus, vt misereatur vestri, & exaltabitur parcens vobis. Et si quæras, in quo exaltabitur, qui est magnus super omnes cælos. Respondeo, quod in iudiciis magnis, quæ in brachio suo extenso ostenduntur expectans dare victorias iustis coram aduersariis stridentibus dentibus suis, & dicentibus: *Nos insensati æstimabamus vitam illorum sine honore, & ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & quomodo fauet illis, & honorat eos, dicens respicite; & leuate capita vestra, ficulneam, & arbores expectantes æstatem floridam aduersantibus ventis, & inimicis elementis.* 69.

Is. c. 30. n. 28. Ps. 94. n. 3.

Auctoris sententia. Luc. c. 21. n. 28.

5. RESPONSIO in qua interrogo, in quo magnificauit Dominus misericordiam suam, cum Elisabeth, vt Euangelista narrat, quando Præcursorem peperit? *Nonne in conceptione illius fuit prodigium magnum, quod scilicet sterilis granata appareret?* Nam quòd prægnans post nouem menses pareret, non erat miraculum, sed res naturalis erat? Respondeo cum textu Euangelistæ Lucæ 1. *Quod audierunt vicini, & cognati Zacharia, quod peperisset Elisabeth, & tunc magnificauit Dominus misericordiam suam, quia in conceptione incepit ostendere suam pietatem.* Sed videbant cognati, & vicini, quod sterilis concepisset, accessitque dies fælicissimus partus Præcursoris, & tunc Deus coram aduersariis, brachium suum extendere voluit & magna sua iudicia in hostes exercere vt magis obnoxios sibi faceret. Ideò victoria prædestinatis promittitur exemplo ficulneæ, quæ contra inimicos ventos aëra, frigora & temporum ærumnas, flores, folia fructus, & victorias reportat. 70.

Solutio quæsiti. Luc. c. 1.

Victoria coram inimicis ineffabilis.

Textus Lucæ.

* * *

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare Christus quasi iusiurando consolationem suorum affirmet dicendo, Amen dico vobis?

Auctoris casus. QVæritur, quare homines suismet beneficiis inuitati, qualia sunt leuare capita, & cœlum respicere obligent Christum, vt quasi cum iuramento affirmet illa promissa adimplenda?

1. RESPONSIO talibus beneficiis velle suos Deus spe & reipsa lætari, iuxta id quod scriptum est in Psalm. 21. n. 1. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus?* *Psal.21.n.1.*

71. *Oleaster.in cap.6. Exod. n.1.* 2. RESPONSIO Oleastri, *Quia solet Dominus nonnunquam dare alicui beneficia sua, sed negare oculos, quibus ea cognoscat.* Quasi dicat, talis & tanta est hominum ingratitudo, quod licèt cum iuramento affirmet ea daturus, non credant.

Exod 6 n.2. Translat. Pagnin. Et interrogat idem Doctor, quare Dominus dixit filiis Israël, *Scietis, quia ego Dominus, qui educo vos de oneribus*, sic legit Pagninus: *Quare igitur dicit, scietis? Nonne sufficiebat dicere, ego Dominus educam vos de oneribus?* Et respondet, *quia vult Dominus nos scire beneficia eius, & hac pœna solet punire ingratos ignorantia beneficiorum suorum.* Propterea Dauid timidus, supplexque Deum orabat dicens: *Illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, vt cognoscamus in terra viam tuam in omnibus gentibus salutare tuum:* quasi diceret, Obsecro Domine, quòd beneficia non conuertantur in supplicia mea maxima mea culpa, & illuminatus & repletus beneficiorum tuorum, ignorantia excæcatus peream. *Ps.66.n.2. Beneficia recoienda.*

72. *Tristitia nocet multum.* 3. RESPONSIO aliter, *Quòd iusiurandum iurauit Dominus adimplere promissa suis amicis; quia tanto terrore, & tristitia erant occupati audiendo prodigia, & funera in illa die tremenda, quando cœli mouendi sunt, & terra, quod erat quasi surdis canere, quia loquebatur animis tristitia occupatis.*

Prædicatores frigidi non desistant. 4. RESPONSIO. Docentur Verbi Dei concionatores, non despondere animum si non acceptent homines, quæ de Deo ipsi promittunt, & debent, (si necessitas cogit) iuramento asseuerare, quod adimplenda sunt ea, quæ illis asseuerantur, si ad Deum recurrant, & à via iniquitatis omninò desistant, & quod tristitia sua, qua tenebratur cor, metu derelinquendi peccatum citò conuertenda sit in summum gaudium, & tempestas in serenitatem tranquillam, & pacem, propter quod quasi iusiurando ostendit Dominus, & promittit Discipulis adimplenda gaudia promissa. Et hoc vt inquit Bernardus, *Non quia illius simplicissimæ, & omnino inuariabilis naturæ diuersitas vlla in causa sit, sed affectionum nostrarum multiplex variatio, secundum diuersos profectus animæ, vel defectus.*

73. *Bernard.ser. de diuersis affectibus animæ.*

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quomodo possunt cœlum & terra transire, si manent sicut verbum Dei in æternum?

QVæritur si verbum Dei manet in æternum sicut cœlum, & terra, quomodo dicit Dominus quod cœlum & terra transibunt, & verbum suum manebit in æternum? Ad litteram iam cum Caietano respondi, quod secundum substantiam non transibunt cœli, & terra, sed secundum modum, id est, ab statu motus quem nunc habet cœlum, & terra ab statu generationis, quo nunc generat vegetabilia. *Caietan.in c. 21. Lucæ n.33.*

1. RESPONSIO. *Ad mores ostendit Dominus humilitatem fomitem esse totius magnitudinis, & nobilitatis in regeneratione futura, & ad vincendam debilitatem Apostolorum, qua perterriti erant prodigiis futuris in sole & luna, & stellis superuenturis, voluit Christus quasi abscondere omnipotentiam suam, qua firmauit cœlum & terram, vt sic vitium suæ infidelitatis auerteret, & fidem verborum suorum stabiliret.* 74. *Humilitas fons virtutũ.*

2. RESPONSIO Hugonis Cardinalis: Et interrogat, *Quid sibi vult vox illa ab Euangelista Ioanne audita in cœlo, quam multitudo Angelorum, quæ erat in circuitu Throni clamabat, Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem?* Anne Christus in quantum homo, de quo illic loquitur, non habet diuinitatem intrinsecè, & essentialiter, & formaliter inclusam? Quomodo ergo potest eam accipere? *Hugo Cardin. Apoc.c.5. n.11.*

Respondet Hugo. *Dicitur accipere virtutem contra nostrum vitium & debilitatem, id est, vt nos ab omni peccato redimeret, & mundaret: & sic acciperet Christus virtutem, & diuinitatem, quasi metaphoricè, vt recentiores explicant.* Et in hoc sensu dixit Paulus ad Romanos cap. 1. *qui prædestinatus est filius Dei.* Et Andræas Cæsareæ Episcopus declarat, *vt magis ab hominibus glorificetur agnus occisus per talem virtutem humilitatis.* Vt hinc discant superbi homines humiliare se, & abscondere suam nobilitatem & semper humilitatem ostentare, vt noti & notabiles mundo, & Deo appareant & exaltentur. *Hugo Card. Syluiera in Euang. Alcazar. in Apoc.5. Ribera in c.4.Apoc. Andreas Episcop. ad Rom.c.1.n.1.*

75. 3. RESPONSIO, nónne Moyses eloquens, & aulicus erat, nutritus ab infantia in Palatio Pharaonis verbis & loquelis Curialibus eruditus, fauoribus filiæ Regis saginatus, quos recipiebat, vt æquum erat. Quomodo ergo ad legationem, cum mittebatur à Deo, respondet, *Ego incircumcisus sum labiis iuxta translationem Pagnin.* Acute Oleaster respondit, *Quia licèt homines Israëlitas Moyses incusauerit, quod eum non audiebant; culpam tamen huius rei in caput suum reiecit dicens se ex defectu suo non audiri, quod videlicet incircumcisus labiis erat;* Et addit, *vt sciant magnatorum consanguinei* *Translat. Pagnin. Oleaster in cap.7 Exod.n.11.*

Humilis neminis noret, sed sibi soli.

qua de causa notabiles & noti serui Dei fiant. Quasi diceret, quod semper Deus humiles ad negotia sua eligit, & tunc illos vsque ad cœlum exaltat. Vnde verè Deus absconditus his verbis demonstratur; quia licèt cœlum &

Is.4.n.15.

76. terra non sunt transituri ostentat debilitatem, & humilitatem, suámque omnipotentiam abscondit, fidémque suis verbis tantummodo exigendo.

DIFFICVLTAS X.
ad mores.

Quare reprobi non stupefacti sunt audiendo talia prodigia in cœlo, & in terra?

QVæritur, quomodo reprobi non timuerant audire quæ à Christo prodigia referuntur.

77.

S. Thom. in litt. citat.

1. RESPONSIO Sancti Thomæ, *Quod cogitationes reproborum mente reguntur, sicut membra corporis capite, & impij nunquam prodigiis mouent indurata corda sua; electi verò nullum est meritum, quod sibi tribuant, neque malum aut tribulationes, quod pro suis peccatis euenire non putent.*

Carthus. in 4 lib. Reg. 2. c. 2 n. 12.

2. RESPONSIO Carthusiani interrogantis, *Cur Elisæus duplici Eliæ spiritu ditatus ripam Iordanis, per quam pergeret, non diuisit.* Et iterum interrogat, cur sic Elisæus conturbatus clamauit ad Dominum dicens, vbi est Deus Eliæ. 2. Reg. cap. 2. num. 14. respondet, *Quod in re non considerauit merita imò plura demerita*; Et ideò meritis Eliæ implorabat diuisionem, Et tunc prodi-

Lyranus in lib. Iud. c. 8.

gium factum est, & transiuit Elisæus. *Lyranus* noster interrogat, quare impetrata Victoria Madianitarum à Gedeone non accersitis filiis Ephraim ad præliandum. Ad querimoniam pro ista iniuria factam tale responsum dedit Gedeon. Quid enim tale facere potui, quale

Iud. c. 8. n. 2.

vos fecistis Iudic. cap. 8 num. 2. Respondit Lyranus *idem est, ac si diceret, nullum est pro-*

Idem n. 3.

digium victoria facta, in comparatione magnalium rerum, quæ à vobis facta sunt. Et addit: *nonne melior est racemus Ephraim vindemiis Eliazer, qui cum eo pugnauerant & quan-*

78.

Iud. c. 6. n. 18

to magis clamabant milites, gladius Domini & Gedeonis est, ipse sibi exinanitus militibus Eliazer tribuebat victoriam; quia iusti prodigia bona aliorum meritis tribuant; mala verò pœnas & flagella, quæ mundo superueniunt sibi, suísque solis peccatis applicant.

Humilis flagella Dei sibi tribuunt.

Discant hinc superbi recognoscere se, & sua merita cum bonis & humilibus abiecta comparare, & quando flagella Dei de cœlis ad terram missa considerent pestésque & bella irruentia, & continuò occurrentia venerint, lugeant, & suis peccatis tribuant, & videant meritis iustorum non confundi in æternum.

Exod. c. 6.

3. RESPONSIO Oleastri, quare dicitur de Pharaone, *Quod induratum erat cor illius* Exod. cap. 6. Respondeo, *quia innumerabiles plagas, quas in suo Regno videbat, non suis demeritis tribuebat, sed filiis populi Dei Israelitis imponebat.* Vnde videns Moyses, quod factum est prodigium tam inauditum & lamentabile, cum aqua fluminis, fontium cisternarúmque versæ fuerant in sanguinem; quasi territus, & admirabundus encurrit ad dominum dicens: *Domine, non posuit cor suum etiam ad hoc?* Exod. cap. 7. Secundum translationem Pagninam. Quasi diceret hucusque potest peruenire infælicitas Regis vnius, & Regni eius, quod tam induratum sit eorum cor, quod prodigia flagelláque, quæ de cœlo in terra quotidie vident non considerent. Vnde satis acutè Oleaster: *Licet monita multiplicet impius non curant nec considerant*, quasi diceret etiamsi aulici & Principes ó Prædicator Verbi Dei non timeant prodigia, & flagella Dei, quæ quotidie cœlum emittit tu non debes tacere, neque timere, sed sperare in Deo, quod sicut Pharaoni addidit plagas, sic & flagella augebit vsquequo cognoscatur furor Dei, qui vt Oleaster inquit: *Dei enim magnum munus est cognoscere flagella eius*, Et addit iste Doctor & Magister: *Hoc interest inter pios & impios, quod pij mala, etiam, quæ à natura proueniunt, flagella Dei esse credunt; impij verò flagella apertissima Dei mala à natura aduenientia arbitrantur.* Ex quo patet solutio ad quæsitum nostrum, quare reprobi non sunt stupefacti ad prodigia, quæ in cœlo superuentura audiunt.

Auctoris mens.

Aulici Pharaonis non audientes verbum Dei.

Exod. c. 7.

79.

Translat. Pagnin.

Oleaster in Exod. c. 7.

Prædicatores non desistunt iram Dei proponere.

Idem. Oleaster cit. in Exod. 7.

Aulici potentes nil trepidant.

80.

DIFFICVLTAS XI.
ad mores.

Quomodo possunt verba Christi & seruorum eius non transire?

QVæritur, quare dixit Christus: *Verba mea autem non transibunt.* Ergo aliqua verba sunt quæ non manent, sed transeunt? Textus.

1. RESPONSIO sit concedendo consequentiam, imò verba aulicorum talia sunt calamitosis istis temporibus, quod corde contradicunt, quòd ore loquuntur. Et talia verba transitoria sunt, non permanentia. Hoc sibi volunt verba illa Prouerbiorum cap. 27. num. 19 *Quomodo in aquis resplendet vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Ac si diceret Spiritus Sanctus prudentes cum audiunt verba Aulica debent illis credere, sicut videtur figura hominis in aquis liquidis fluentibus, quia nunquam stat sed semper mouetur. Et sicut qui prospicit se in aquis, videt versam speciem, & figuram suam pedes sursum & caput deorsum, sic prudens cum aulicos audit, intelligere debet. E contrario verba, quæ sonant in ore, ac sunt in corde dicentis.

81.

Auctoris mens.

Prou. c. 27. n. 19.

A contrario intelligenda sunt verba Aulicorum.

Ex quo translatio Pagnini vertit; *Sicut in aqua* Translat. Pagnin.

aqua facies faciei apparet, sic cor hominis homini, ac si dicat: Si corda hominum essent sub corporibus diaphanis, & claris: sicut facies apparent in aqua, corda & verba vniformarentur,
Translat. Vatabl. vt Vatablus legit, *vt aquarum facies ad facies, sic cor hominis ad hominem.* Sed prudens debet semper esse attentus; quia simplices facile falluntur credentes verbis, & non scrutantes corda.

D. Paschas. in Matt. c. 5. Matth. c. 5. num. 37. 2. RESPONSIO D. Paschasij, qui ait, quare Christus dixit discipulis suis: *Sit sermo vester, est est, non non, Matth. 5. n. 37.* Ad quid enim Dominus ita voces ingeminat? Bis enim ponitur affirmatio & negatio? Et respondet, *vt quod in corde est, sit semper in ore; quod vero non est in corde nequaquam sit, quia non debet esse in ore.*
81. *Simplices corde quare dicantur.* Ac si diceret Christus, vt bonus Magister suos instruere mínuat: vos Discipuli mei verè eritis, si mens vestra semper verbis adæquetur: ita quod id quod ore sonauerit, siue negatio sit, siue affirmatio mente semper retineatur.

Ad eundem sensum pertinent verba Præcursoris his repetita Legatis missis ad interrogandum
Ioan. c. 4. dum cum quis nato esset, *& confessus est, & non negauit*, scilicet, quod non erat Christus, nec gemina responsio superuacanea alicui debet videri, quia Præcursor tantus erat, & tam
Aulicorum conditio fallax. prudens cœlestis aulicus cognoscens conditionem & verba aulicorum legatorum cum fallacia & dolo loquentium, quod necesse fuit geminare verba; vt intelligerent quod id quod ore affirmabat, mente retinebat.

83. Vt hinc aduertamus ad mores nostros, quod nihil ita nocet Ecclesiæ Dei, quam verba fallacia hypocritarum; loquuntur enim verba sanctitatis plena, & faciunt opera apparentia virtutum, reuelationésque fingunt diuinas. Et postea malefici, vel vt Hispanica phrasi loquar, *Hypocritæ sunt incantatores.* *se conoce ser embusteros.* Et hoc valdè multum nocet Sanctis Dei, quia impij peccatores detinentur in peccatis suis, videntes verba, & opera fallacia in hominibus hypocritis.

3. RESPONSIO interrogat Oleaster, Oleaster in Exod. c. 7. n. 11.
ad quid vocauit Pharao suos sapientes, cum videret Moysem & Aaron facientes prodigia magna; Exod. cap. 7. num. 11. *Vocauit Pharao sapientes & maleficos, & fecerunt sic*, vt Translat. Pagn. Exod. c. 7.
translatio Pagnina legit. Et respondet *vt signis & verbis maleficorum apparentibus cor Pharaonis magis induratum maneret; quia nihil magis impios detinet in peccatis suis quam facere, quadam opera similia Sanctis, & verba virtutis loqui, ille qui plenus est iniquitate in corde.* Nunc aduertentes homines imprudentes & simplices, quod in Exod. eodem cap. 7. dicitur, *Et deuorauit virga Moysis virgam maleficorum*, Ibid. n. 12.
Vnde apparet, quod verba; & opera ficta hypocritarum non perseuerant, sed veluti paleæ comburuntur Quia Tribunal sanctissimæ Inquisitionis punit & pertinaces fingentes reuelationes vrit. Vnde patet solutio ad quæsitum, quod verba *Solutio ad quæsitum.*
Domini Iesu non transeunt, sed in æternum manent; hypocritarum verò locutiones, apparentésque cito transeunt quasi fictæ, & non habentes substantiam solidam virtutis & veritatis.

TRACTATVS QVINTVS.

In Caput 11. Matthæi.

TEXTVS *Matth.* 11.

1. FACTVM est cum consummasset Iesus præcipiens duodecim Discipulis, transit inde, vt doceret, & prædicaret, &c. 2. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis 3. Ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? 4. Et respondens Iesus ait illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis. 5. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. 6. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

EXPOSITIO DIFFICVLTATIS circa litteram.

EX dictis patet quomodo Christus factis & operibus adimpleuit prædicationem, quam Discipulis instruxerat, & quod tunc fecit Christus prodigia, & mirabilia inaudita. Sed qua ratione & occasione, dum esset Ioannes in vinculis tam singularia prodigia egit, non declarauimus? Et respondet Abulensis quæst. 8. in Matth. *Quia indigebant consolatione magna Discipuli Ioannis*: Tum quia videbant tanto tempore incarceratum suum Magistrum: tum etiam quia fortassis præuiderat Præcursor suam mortem, & in tali occasione Discipulorum dolor & tristitia indigebat tali doctrina. Vnde Chrysostomus, *Tunc magis ad Deum erigamur, cum incumbit necessitas; & ideò Ioannes detrusus in carcere, quando magis discipuli eius indigebant Iesu, tunc misit eos ad ipsum*, Et addit Tostatus; *Volebat enim quod eum agnoscerent esse Messiam.* Vnde Hieronymus, *Ioannes interficiendus ab Herode, discipulos suos mittit ad Christum, vt per hanc occasionem videntes signa, & virtutes crederent in eum.*

Abul. q. 8. in Matth. c. 11.

Auctoris mens.

Chrysost. in homil.

Tostat. cit. in Matth. Hieron. cit. à Tost. q. 8.

Hinc apparet alia quæstiuncula, cur Ioannes incarceratus, & interficiendus erat? Respondet Caietanus in Matth. cap. 4. *Et asserit fuisse sic narratum à Iosepho, quod causa quare Ioannes positus fuit in vinculis? Erat quia magnus concursus populi ibat ad illum, & Iudæi timentes aliquam nouitatem offensiuam Romanis; propterea cautè tradiderunt ipsum carceri trudendum ab Herode, cui huiusmodi concursus displicebat*, Vt Iosephus dicit. Et addit Caietanus, *Quorsum namque Euangelista narrat? Cum autem audisset Iesus, quod Ioannes traditus esset in Galileam*, Matth. cap. 4. *Nisi quia Iudæa in culpa traditionis fuit, & propterea relinquenda tunc a Iesu fuit.* Nec causa ista contrariatur causæ recitatæ ab Euangelista Marco 7. quia scilicet, *Ioannes arguebat Herodem*; potest enim ex vtraque causa prouenisse effectus carceris, propter quod imminente periculo mortis misit Ioannes Discipulos ad Christum, *vt esset eis occasio adhærendi Christo, & non manerent abiecti & sine subsidio eo mortuo, cui à principio studuerat eos afferre.* Hæc Chrysostomus *Vnde Hieronymus Ioannes interficiendus ab Herode discipulos suos mittit ad Christum, vt per hanc occasionem videntes signa, & virtutem crederent in eum.* Et Abulensis addit, *vt Magistro interrogati sibi discerent*, id est, *pro se ipsis.*

Caietan. in Euang. ad c. Matth. 4.

Matth. c. 4.

Marci. 7. n. 17.

Chrysostomus citat. Hier. apud Abulen. q. 8. in Matt. c. 11

SENSVS LITTERALIS secundum vulgatam & alias translationes.

Vulgata editio. 1. Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi.

Translatio Vatabli. 2. Ioannes autem cum audisset in carcere facta Christi missis duobus Discipulis suis.

Translatio Syriaca. 3. Iouchanon autem in domo vinctorum cum audisset opera moschicho misit per Discipulos suos.

Tertullianus lib. de Baptismo 4. Misit Ioannes suscitari Christum.

Abulensis 5. Cum Ioannes esset in vinculis constitutus.

Caietanus. 6. Cùm audisset à Discipulis suis Ioannes in carcere opera Christi.

Chrysologus serm. 127. 7. Cum Ioannes esset alligatus, & positus in carcere.

DIFFICVLTAS I.

De occasione, in qua Ioannes misit legatos ad Iesum,

MErito interrogat Abulensis quæst. 1. in cap. 11. Matth. quid significat verbum illud, *& factum est.*

Abul. q. 1. in cap. 11. Matth.

1. RESPONSIO *Positis præceptis, quæ Christus dedit Discipulis, asserit quod Herodes audiuit famam Christi, & ideò dicitur, & factum est, quia Hebraismus frequentissimus est Vaiehi*, quod sonat accidit. Et idem est, ac si diceret, vt adducit Maldonatus ad c. 11. Matth. cum præcipiendi finem Iesus fecisset. Accidit quod transiit inde, vt factis impleret, quod verbis docuerat vt Rabanus docet, in ciuitatibus eorum, *&c.* id est, Iudæorum.

Marc. c. 6. Hebr. Phrasis. Maldonat. in Euang. Raban. in Catena S. Thom.

2. RESPONSIO Theophilacti, *Quod Christus nullum interim miraculum edidisset.*

Theophil. Caietan. in Euang.

3. RESPONSIO Caietani, dicitur; *Ioannes autem cum audisset, &c.* Et addit: *Incheanit Matthæus prædicationem Iesu à carcere Ioannis cap. 4. commemorato, Et nunc narrat subsecutos fructus, adhuc viuente Ioanne in carcere.* Vnde colligi potest, quod quando Præcursor fuit incarceratus fecit Iesus mirabilia & cum fuisset quatuordecim menses legatus, his diebus multiplicauit miracula, quæ in littera resonant. 86.

DIFFICVLTAS II.

Quare incarceratus fuit Baptista?

87.

QVæ de causa incarceratus fuit Ioannes?

1. RESPONSIO Caietani, qui ait, quòd Iudæa in causa fuit traditionis præcursoris. Quam sententiam confirmat Ioseph lib. 18. Antiquit. cap. 7. his verbis: *Cum magni concursus ad Ioannem fierent, plebe talis doctrinæ auida, Herodes veritus, ne tanta hominis authoritas defectionem aliquam pareret, quod viderentur nihil non facturi ex eius consilio indicauit satius esse priusquam noui aliquid exoriretur illam tollere quam rebus turbis seram pœnitentiam agere.* Vnde notat S. Thomas, quod Reges & Principes: *Semper debent timere commotionem populi insensati.*

Caietan. in Euang. ad c. 11. Matth. Ioseph. lib. 18. Ant. c. 7.

S. Thom. sup. cit. *Commotio populi timenda.*

2. RESPONSIO

88. 2. RESPONSIO Abulensis, qui asserit, *quod tali inuenta occasione, Herodias suasit Regem, quod timeret populum, & vrgebat, quod incarceraretur Ioannes*, & hoc insinuat Marcus cap. 6. n. 13. *Herodias autem insidiabatur illi, id est, Ioanni.* Vnde Euthymius, Carthusianus, & Victor Antiochenus asserunt, *quod Herodes victus precibus Herodiadis Ioannem incarcerauit*, noster vero Lyranus in glossa sua, hanc sententiam sequitur.

(Abulens. in Matth. c. 14. Marc. cap. 6. n. 13. Euthymius Carthusian. in Matth. c. 4. Victor Antioch. Lyran. in Gloss.)

3. RESPONSIO Diui Hieronymi, qui dicit, *quod consentientibus, & cooperantibus Pharisæis, Ioannes positus fuit in carcere.*

89. Quæritur etiam, quo in loco incarceratus fuit Ioannes Maldonatus fretus auctoritate Iosephi, asserit, quod carcer fuit castellum *nomine Macherunite fortissimum prope mare mortuum.* Sed hoc non placet, quia scriptores terræ sanctæ asserunt Castellum hoc distare multum à Galilæa, vbi Herodes fecit magnum conuiuium in die natalis sui, & Decollationis Baptistæ. Neque placet opinio Syluciræ tom. 2. in Euang. q. 1. fundata in descriptione Arandæ asserentis, *quod in Samaria erat carcer, vbi depositus fuit Ioannes.* Et ratio est, quia in Samaria non erat curia Regia, vbi habitabat Rex Herodes, sed in Galilæa, vbi regnabat, & ibi parauit grande conuiuium, Principibus & Magistratibus in die natalis sui.

(Maldonatus in Euangel. Matth. 14. Sylueira tom. 2. in Euang. Aranda de descript. terræ sanctæ.)

90. 4. RESPONSIO est, quod *in publico carcere ciuitatis positus fuit Præcursor*, & hoc resonat textus Matth. cap. 11. *Cum audisset Ioannes in vinculis, non dixit in arce vel castello*, de quo lamentatur Chrysologus serm. 127. *Qui vincula soluerat peccatorum peccatoris vinculis alligatur: at in castello vel in arce nobiles non alligantur vinculis*, & confirmatur ex eodem Chrysologo dicente: *Vbi rerum facies? ô Herodes, vbi fama? vbi pudor? vbi existimatio publici cognitoris?* Quasi diceret: Carcer quid est, vel ad quid est constitutum? loquantur leges, *carcer est locus, vbi iniusti detinentur quo ad vsque puniantur.* Et addit Chrysologus: *Herodes tu adulterium fecisti, & in carcerem vadit Ioannes? sic indicas sedens in loco iudicis reus? vbi Deus? vbi homo? vbi fas? vbi lex? vbi ipsius iura naturæ?* Ac si sanctus ad cœlum clamaret pro tali crudelitate, quam abhorrent aures audire, quod in carcere publico, vbi iniqui detinentur, in vinculis esset Ioannes, ex quo patet non esse castellum neque alia mansio, vbi Ioannes detinebatur cum audisset opera Christi, & hoc expresse dicit Translatio Vatabli, *cum audisset in carcere facta Christi.*

(*Vera sententia.* Matth. c. 11. Chrysolog. serm. 127. Idem Sanct. citatus. *Leges publicæ.* Chrysolog. cit.)

91. *Carcer est locus vbi iniusti detinentur.*

DIFFICVLTAS III.

Quanto tempore fuit in carcere vsquequo decollatus fuit Ioannes.

PRIMA RESPONSIO. Ita difficilis est quæstio ista, quod Patres antiqui, neque recentiores vestigium temporis decollationis, & incarcerationis Ioannis referant; quia non inuenerunt. Solum coniecturaliter Abulensis, & Historia Ecclesiastica *ponunt quatuordecim menses incarceratum fuisse.* Et Sanctus Hieronymus in Matth. *Ait eo tempore quo Ioannes decollatus est, erat Dominus triginta annorum.* Et dicit Abulensis: *Quod quando Christus baptizatus est, erat incipiens annorum triginta*, vt patet Lucæ 3. Et tamen Christus non prædicauit, nisi post Baptismum. Ergo post paucos menses prædicationis Domini fuit incarceratus Ioannes. Ex hoc apparet, quod multum tempus fuit in vinculis.

(Abulens. in Matth. c. 14. Histor. Ecclesiast. Hieronym. in Matth. Lucæ c. 3. *Ioannes 14. menses fuit in carceratus. Authoris mens.*)

2. RESPONSIO. *Alia potest esse coniectura prolongatæ incarcerationis Ioannis; quia fortè Herodes voluit castigare Ioannem per pœnam carceris, vt desisteret ab argutione eius, & sic intendit longo carceris labore eum affligere, vt cessaret, & promitteret emendari, & tunc eum solueret:* sed cum Ioannes erat vt Adamas & silex, vt Ezechiel prophetauerat de illo, nunquam cessabat dicere veritatem, & sic in vinculis manebat ligatus ad longum tempus. 92.

(*Indicia prolongationis incarcerationis Ioannis.* Ezechiel cap. 3. n. 9.)

3. RESPONSIO est Abulensis, *vt sic Herodias satisfieret in pœnis Ioannis, quia odiebat nimis Præcursorem; cum autem ira mulieris sit implacabilis, tenuit sic Ioannem longo tempore.* Hæc Abulensis q. 15. in Matth. cap. 14. Vnde Chrysologus serm. 127. *Facilè deuiat à iustitia, qui in causis non Deum, sed fœminam pertimescit.* Ac si diceret, qui captus est amore mulierum se & mundum perdet, vt non displiceat vxoribus; ideo Scotus tenet, quod Adam comedit de arbore vetito, vt non displiceret Euæ suggerenti eum, vt comederet. Vnde Chrysologus serm. 127. *Herodes te causa petit, te arguunt vincula, te carcer accuset, te diuulgat producta in publicum, Ioannis iniuria.* Ac si diceret, quo fuit pœna vinculorum productior, & longior publicauit iniuriam Præcursori factam, & crudelitatem Tyranni iubentis. 93.

(Abulensis in Matth. 14. *Amor mulierum captiuos facit.* Ecclesiast. cap. 25. n. 23. Abulens. q. 15. in Matth. Chrysolog. serm. 127. Scotus noster. Chrysolog. citat. Abulensis citatus. Chrysolog. serm. 127.)

4. RESPONSIO. Concludit Abulensis, *quod tempus reclusionis Baptistæ, & decollationis nullus Euangelistarum ex professo tractauit, quia nihil de eo egerunt, nisi quatenus erat pars gestorum Christi, id est, in quantum pertinebat res ad Christi historiam.* Vnde hodie de vinculis eius tractatur; quia inde misit Discipulos suos, vt viderent mirabilia Christi, & ea prædicarent Ioanne mortuo. 94.

(Abulensis citat.)

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo Ioannes in vinculis constitutus audiuit opera Christi?

QVæritur, quomodo positus Ioannes in vinculis potuit audire mirabilia Christi?

1. RESPONSIO. *Quia fama volat, & miracula Christi ita erant in tota illa regione diuulgata; vt nequaquam incarceratis latere potuerant.* Vnde Ioann. cap. 15. n. 24. dicitur, *Si non fecissem opera, quæ nemo alius fecit, &c.* Et si quæras quis famam istam annuntiauit Ioanni de Christo.

(*Solutio quæsiti.* Ioan. c. 15. n. 24.)

2. RESPONSIO Abulensis q. 6. in cap. 11. Matth. *Quod Discipuli Ioannis ista illi narrauerunt, quia illi eum in carcere visitabant.* Vnde Lucæ cap. 7. *Dicitur annuntiauerunt ea Ioanni Discipuli eius, quia in carcere auidius, & vehementius eum quærebant, & audiebant.* Et ipse Ioannes dabat formam viuendi in ieiuniis & orationibus, & in reliquo cultu vitæ, & isti Discipuli videntes patientiam, & innocentiam Præcursoris ardebat cor eorum in hoc plus pro eius amore, & prædicabant absentibus iustitiam eius, & populus diligebat Ioannem; quia audiebant, 95.

(Abulens. q. 6. in Matth. Lucæ c. 7. n. 18.)

Chrysolog. serm. 127. bant, & videbant opere exercere, quod prædicabat ore. Propter quod dixit Chrysologus. *Ioannes orbis notus, fama virtutis cognitus, celeberrimus sanctitate.*

Et si quæras, quare discipuli Ioannis ista narrauerunt Ioanni? sit

Beda in Matth. 14. Hieronym. in Matth. 3. RESPONSIO Bedæ *non simplici corde, vt opinor, sed inuidia extimulante hoc dixerunt.* Et Hieronymus, *quod ex mordacitate, & æmulatione hoc dixerunt, quia antequam incarceratus esset Ioannes, iterum æmulati sunt eum dicentes*
96. *Ioanni: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce baptizat.* Et
Ioan. c. 3. omnes veniunt ad eum Ioann. cap. 3. Et Præcursor increpauit Discipulos, & vt alter Moyses, quando dixit Iosue, inuidenti, *quis mihi det, vt omnis po-*
Numer. cap. 11. n. 29. *pulus prophetet.* Numer. cap. 11. n. 29.

97. Abulensis q. 6. in Matth. c 11. Authoris mens. 4. RESPONSIO. Sed mihi semper visa est rationabilis opinio, quam refert Abulensis q. 6. in Matth. 11. quod Discipuli nuntiauerunt Ioanni mirabilia Christi propter nouitatem rerum, & magnitudinem: nam quilibet homo scire desiderat valde, & videre, & audire nouitates, vt videre est in Herode, qui desiderabat videre Iesum propter magnalia, quæ de ipso loquebantur. Ita cum vt refert Matth. cap. 9. talia non ap-
Matth. c. 9. paruissent in Israël; Discipuli Ioannis narrauerunt illi, quæ dicebantur de Christo, vt audiendo
Translat. Tertul. gauderet, sicut valde gauisus est. Et Tertullianus tangit hoc *misit Discipulos sciscitari Christum.*

DIFFICVLTAS V.

Vtrum incarceratus Ioannes obligabatur ad arguendum Regem incorrigibilem?

98. Autoris mens. QVæritur, vtrum cessare debuit Ioannes à correctione publica, maximè si Rex erat incorrigibilis?

1. RESPONSIO. *Ratio dubitandi stat, quoniam poterat esse mortuus Philippus frater Hero-*
Deuter. 25. *dis. Et lex* Deuteron. 25. *præcipiebat, quod mortuo fratre maiore, poterant minores accipere vxorem illius, si non dimiserat filios, vt suscitaret semen defuncti. Sed Herodias habebat filiam ex Philippo saltatricem, & sic erat per talem gradum*
Leuit. 18. *affinitatis illicitus coitus*, vt patet Leuitici 18.
Abulens. q. 17. in cap. 14. Matth. 2. RESPONSIO Abulensis. Si quæratur, si erat repudiata à Philippo Herodias, si poterat cum Herode se nubere, sicut in casu repudij cum quolibet extraneo poterat nubere se? Respondetur quod *propter gradum affinitatis dictum, erat prohibitum in lege nubere se, nisi in casu spe-*
Deuter. 24. *ciali dicto, & negato in Herode.* Deuteron. 24. ideo rectè concludit Abulensis, *Quod Herodes duo crimina committebat, adulterium & incestum;*
99. *adulterium, quia alienam vxorem habebat; incestum, quia erat ei coniuncta gradu affinitatis prohibito.* Ex quo respondetur ad primum quæsitum, quod Ioannes tenebatur adhuc incarceratus ad argutionem, ideo semper insistebat prædicando
Marci c. 6. n. 19. & dicendo, *non licet tibi Rex habere vxorem fratris tui*; in quo vtrumque crimen tangitur; adulterium, cum dicitur, vxorem; incestus in quantum dicitur fratris tui.
100. Idem Vnde quamuis Rex esset incorrigibilis, tamen *eo audito multa faciebat, & libenter eum audiebat;*

fructus enim æstimabiles erant, vt non cessare debuerit à prædicatione, etiam si verum sit, quod quando non est spes futuræ emendationis non obligat correctio; cum nemo teneatur ad inutilia, vt Theologi cum S. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 6. ad 1. & 2. tenent: sed quando peccatum in aliorum dammum & ruinam vergit propter scandalum, tenetur quis non cessare à correctione, etiam coram incorrigibilibus. Ita Scotus, Alexander, Lyra, & ex recentioribus. Toletus, Bañez, Reginaldus, & Bonacina. *Fructus prædicationis semper.* 101. *Theologorum axioma.* S. Thom. 2. 2. q. 33. a. 6. ad 1. & 2. Scotus. Alexander. Lyranus.

3. RESPONSIO. Ioannes etiam oppressus, & incarceratus, non tacebat, *ne daret ansam Iudæis, quod dolum in sua sanctissima persona ponerent, & ita minimè crederent, quod affirmabat de Christo Messia vero, & insistendo in tam prohibito facinore quod perpetrabat Rex etiam cum periculo mortis, magnum reuera testimonium fecit & stupidos, & admiratos reliquit Pharisæos videndo in obseruatione legis talem, ac tantum Prophetam, qui erat prædicator veritatis, & lucerna lucens, & ardens ardens sibi, lucens nobis docendo Christum verum esse filium Dei, qui peccata mundi veniebat tollenda.* Hæc Albertus Magnus. 102. Toletus in cap. 3. Lucæ. Reginaldus lib. 4. c. 25. Bañez 2. 2. q. 33. art. 6. Bonac. tom. 2. d. prima de charitate q. 4. Sylueira tom. 2. c. 4. de Ioanne incarcerato. Albert. Magn.

4. RESPONSIO Cyrilli Alexandrini lib. 2. Thesaurorum cap. 4. *Ioannes Herodem vt Principem arguebat, vt periculo suo positus in carcere ad beneuolentiam Christi Iudæos reuocaret, & credibilior apud eos fieret:* nam pro lege pati videbant Ioannem, & vt faciliores ad credendum ei fierent, & ita morte sua cæteris prodesse studebat. Cyrill. Alex. lib. 2. Thesaurorum cap. 4. *Prædicatores scandala debent insistere vt tollantur etiam cum periculo vitæ.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare Ioannes misit duos Discipulos ad Christum?

QVæritur, quare miserit Ioannes discipulos ad Christum? 103.

1. RESPONSIO Chrysostomi. *Quia detrusus Ioannes in carcere erat, & fortassis præuidens mortem suam; tunc indigebant magis auxilio Iesu,* quasi Sanctus diceret, quod magis ad Deum erigimur, cum incumbit necessitas. Sed ad mores de hoc postea latius. Chrysost. in hom.

2. RESPONSIO Hieronymi. *Ioannes interficiendus ab Herode Discipulos suos misit ad Christum, vt sic esset eis occasio adhærendi ei, visis prodigiis quæ faciebat, & non manerent in errore eo mortuo.* Ac si diceret semper Ioannes veram fidem prædicauit de Christo Discipulis suis, sed tempore mortis auidius. S. Hieron. in Matth. *A prædicatione nunquã cessandum.*

3. RESPONSIO Chrysostomi. *Ioannes suadebat eos continuo de Christo; quia autem erat obiturus, plus studium fecit; formidabat enim, ne relinqueret in Discipulis suis perniciosi dogmatis conditionem.* Quasi diceret, quod timuit Ioannes, ne solita doctrina de fide Christi, quam tanto labore in corde Discipulorum, introduxerat per nouas & inauditas opiniones inrusas per Magistros superbos, & honoris ambitiosos destrueretur. 104. Chrysost. citat.

4. RESPONSIO Abulensis. *Misit duos Discipulos Ioannes, quia isti testificatores erant, quid Dominus responderet, & tamen lex nunquam suscipit testimonium ore vnius, sed in ore duorum, vel trium testium.* Deuteron. 19. n. 35. 105. Abulens. q. 8. in c. 11. Matth. Deuter. 35.

5. RESPONSIO

Chrysost. in homiliis. 5. RESPONSIO Chrysostomi. *Non omnes mittit, sed duos quosdam, quos nouerat fortassis alijs persuasibiliores existentes, vt insuspicabilis interrogatio fieret.* Quasi diceret, quod discipuli protetui, & ingenio feroces, etiam si subtiliores sint ad instruendas falsas, & nouas doctrinas sunt aptiores, & multoties in rebus fidei suspicabiliores.

106. *Doctiores eligendi ad grauia negotia.* 6. RESPONSIO. *Quod misit Ioannes duos Discipulos ad Christum doctiores, & prudentiores, ne forte eo mortuo facile omnes, qui conuenerant aduersus eum, & confunderent etiam Discipulos suos contra doctrinam Iesu, quia facile contra iustos conueniunt iniqui. Pharisæi contra Baptistam in concilio conuenerunt. Herodias precibus* *Autoris mens.* *instabat ad Herodem, vt incarceraretur*; quanquam enim impij animo inter se discrepent, vt Herodes, & Pharisæi; tamen facilè fiunt vnanimes, dum omni aduersus iustum machinatione *Contra innocentē vniuntur iniqui in se discordes.* armantur. Et mortuo Ioanne omnes conuenirent, & suos discipulos persuaderent, quod Christo non crederent, propter hoc meo videri misit duos Discipulos Ioannes doctiores qui possint arguere contradicentibus fidei veritatem. Vnde Tertullian. citat. optimè Tertullianus lib. de præscriptione, cap. 41. ait: *Nihil enim interest illis, (id est malis) diuersa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem conspirent.* Ac si diceret, etsi omnes impij

107. inuicem se impugnarent, tamen quia vniuntur, *Doctiores à Sanctis eliguntur.* vt Discipulos simplices Ioannis peruerterent, ideo Sanctus maior inter natos mulierum misit duos ex discipulis, qui essent maturæ ætatis, & doctiores vt possint arguere eos, qui contradicere veritati auderent.

DIFFICVLTAS VII.

Quomodo Ioannes hic quæsiuit à Christo, Tu es, qui venturus es?

108. Abulens. q. 9. in Matth. c. 11. QVæritur, quomodo Ioannes, qui sciebat Christum esse Deum verum, misit discipulos suos, vt interrogarent, quis esset Christus?

1. RESPONSIO Abulensis: *Quomodo poterat Ioannes ignorare, quis esset Christus, cum* Lucæ c. 1. *ipse esset eius præcursor*, vt Lucas cap. 1. narrat Ioan. c. 1. & Ioannes cap. 1. *Ego nesciebam eum, sed vt mani-* Idem ibi. *festetur in Israel, propterea* idem in eodem capitulo, ait, *qui me misit baptizare, ille mihi dixit super quem videris spiritum descendentem hic est qui baptizat, & ego vidi, & testimonium perhibui, quod hic est filius Dei?* Quid clarius, vt dubitari non possit, quod Ioannes sciebat Christum esse Messiam.

109. D. Ambros. in catena S. Thom. *Autores antiqui.* 2. RESPONSIO Ambrosij citati in catena Sancti Thomæ, qui refert Auctores asserentes, *Quod Ioannes sciebat Christum esse Messiam, sed ignorasse, an passurus esset pro nobis:* Sed hoc non Ioan. c. 1. stat, quia Ioannes cap. 1. dixit, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & peccatum non tol-* Apocalyp. *litur nisi per passionem Christi, qui in Apocalypsi* Chrysost. *vocatur agnus occisus.* Vnde Chrysostom. in homilijs, dicit: *agnum vocans crucem diuulgat.* Abulens. Vnde Abulensis q. 9. in cap. 11. Matth. *Ioannes est* q. 9. in c. 11. Matth. *plusquam Propheta; qualiter autem ignorare potuit id quod omnes Prophetæ prædicauerunt.* Isai. cap. 53. n. 7. Vnde Isaias cap. 53. dicit, *Sicut ouis ad occisionem ducetur.* Et alibi, *Verè languores nostros ipse portauit.* Idem n. 4.

110. Gregor. in caten. 3. RESPONSIO Gregorij dicentis: *Ioannes sciebat esse Messiam, sed ignorabat, an ad inferos esset descensurus.* *Sed non placet hoc*, quia Zacharias dixerat, *Christum descensurum ad inferos;* Zachar. c. 9. n. 14. *Tu autem* (inquit Propheta) *in sanguine testimonij tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.* Ac si diceret: O Messias, super mortem tuam, quæ fuit verum, & viuum testimonium, & testis fidelis, opere non verbo solum, descendes ad inferos, & educes sedentes in tenebris, & in vmbra mortis, & hoc est de lacu sine aqua. Insuper Oseæ c. 13. n. 14. dicetur: *O mors, mors ero tua morsus tuus inferne?* Ergo Ioannes hoc non Oseæ c. 13. n. 14. ignorauit.

Et confirmatur, quia legati ad Christum missi non dicerent, *tu es qui venturus es*, sed tu es, qui iturus es ad inferos.

4. RESPONSIO. Patet hinc responsio ad Gregor. rationes Hieronymi, & Gregorij falsò applica- Hieronym. in catena S. Thom. tas, asserentes, quod Ioannes dixit, *tu es qui venturus es.* Ac si diceret: *manda mihi, quia ad inferna descensurus sum cito, vtrum se in infernis debeant nuntiare, an alium, ad hac Sacramenta missurus est.* Secundo patet hoc non adæquare 111. quia vt probatum est, Præcursor sciebat tanquam Propheta, & plusquam Propheta, quod descensurus erat Christus ad inferos.

Tertio, quia superuacua erat talis Ioannis *Ioannes non prædicauit in Limbo.* prædicatio in inferno, vbi non erat locus pœnitentiæ. Ex quo indubitanter sentio Hieronymum, & Gregorium intellexisse Ioannem ad in- *Auctoris mens.* feros dixisse descensurum, non vt prædicaret, & conuerteret ibi manentes, sed vt aduentum Christi annuntiaret, & gauderent tali nuntio. Vnde Glossa dicit: *non ideo Hieronymus & Gregorius dixerunt, quod Ioannes in infernum* Glossa in Matth. c. 11. *prænuntiaturus esset aduentum Christi, quia eius prædicatione aliqui non credentes conuerterentur ad fidem, sed vt iustis in expectatione Christi manentibus ex vicino aduentu consolationem afferret.*

5. RESPONSIO. Dicendum ergo cum Abu- Abulensis lensi, Hieronymo, & Hilario, *Quod Ioannes* q. 9. in Matth. c. 11. *quæsiuit, an Iesus esset Messias, non vt sua, sed vt* Hieronymus ibi. *Discipulorum ignorantiæ consuleret.* Et probatur primò; *quia hic erat modus loquendi Iudæorum,* Hilarius. *qui expectabant Messiam*, vt patet Ioann. cap. 7. Ioann. c. 7. n. 49. *hic est vere propheta qui venturus est in* n. 49. *mundum.*

112. 6. RESPONSIO; quia vt dicit Chrysosto- Chrysost. in homil. 2. mus & Tostatus. *Interrogatio & responsio debent* Tostat. q. 9. *conuenire. Interrogantes autem sicut cæteri Iudæi,* *Operibus creditur.* *putabant Messiam futurum excellentiorem potestate omnibus hominibus, & sic responsio Christi fuit facere miracula, quæ in potestate hominum non sunt, ideo dicit, dicite quod vidistis.*

113. 7. RESPONSIO, quia vt inquit Hierony- Hieronym. in Matth. mus, *non quasi ignorans, interrogat Ioannes. sed* Ioan. c. 11. *quomodo Saluator interrogauit, vbi Lazarus positus erat, vt qui locum indicabant, saltem sic ad fidem præpararentur, videntes mortuum & sepultū resurgentem.* Sic Ioannes mittit discipulos suos, vt hac occasione videntes prodigia, quæ Christus faciebat, crederent in eum, & non interrogantes sibi discerēt, id est, pro se ipsis addiscerent.

114. 8. RESPONSIO. Acutè colligit Abulensis, Abulens. q. 9. in Matth. 11. *Quod si Ioannes non haberet Discipulos, vel non dubitassent de eo, non misisset quemquam ad quærendum*

rendum hoc à Christo. Ex quo Hilarius citatus in Hilar.cit. Abulensi q.9. in cap. 11. Matth. dicit, *Ioannes, non suæ, sed discipulorum ignorantiæ consuluit, ut scirent non alium à se prædicatum ad opera eius intuenda Discipulos suos misit, ut auctoritatem dictis suis illius opera conferrent, ne Christus alius expectaretur quam cui testimonium opera præstitissent*, & hoc insinuat translatio Syriaca: *Tu es is qui venturus eras, an alios expectamus.* Ac si diceret, potest esse Propheta, qui maiora miracula faciat, ut expectemus eum.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Christus dixit nuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis.

QVæritur, quare non respondit Christus dicite Ioanni, *quod ego sum Messias, qui venturus est.*

Chrysost. citat. 1. RESPONSIO Chrysostomi qui in homiliario dicit: *Christus autem mentem noscens Ioannis non respondit, ego sum; quia per hoc rursus obsisteret hoc audientibus; excogitassent enim* Ioan.8.n.13. *(etiam si non dixissent) quod Iudæi ad ipsum dixerunt: Tu de te ipso testimonium perhibes, & propter hoc à miraculis fecit eos discere insuspicabilem doctrinam faciens & manifestiorem.* Ac si

115\. diceret, testimonium enim, quod est rebus & operibus credibilius est, testimonio quod est à verbis.

Abul.q.12. 2. RESPONSIO Abulensis: *Statim curavit cæcos, & claudos, & alios multos, non ut doceret scientem, sed illos qui dubitabant.* Quasi diceret, *Impij bonis exemplis reducuntur.* impij & infideles magis credunt operibus, quam locutionibus prædicatorum. Væ autem his temporibus illis, qui tantum laborant in verborum ornatu, cum Verbum Dei prædicant, sed hoc ad mores pertinet, & postea latius.

116\. Cyrill.cit.à Tost.q.12. 3. RESPONSIO Cyrilli, qui aliter explicat prædicta verba in hunc sensum: *Narrate Ioanni, quæ quidem audistis per Prophetas consummari vidistis à me.* Quasi diceret: ea complevit Christus, quæ dicta erant à Prophetis de illo. Et in eodem sensu dixit ad Nathanaël Philippus Ioan. Ioan. c.1. n.45. cap. 1. *Quem scripsit Moyses, & Prophetæ invenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.*

117\. Abul.q.12. in Matth. cap.11. 4. RESPONSIO Abulensis quæst. ea. *Alia tendit via, id est, dicite Ioanni quæ audistis, & vidistis.* Ac si diceret, quæ à turbis audistis de me, dicite quod vidistis propriis oculis. Ac si diceret, multa miracula differentia numero, & *Narrata à iustis credenda sunt.* specie narraverunt turbæ Discipulis Ioannis, quæ ipsi non viderunt, sed audierunt, & hoc est, dicite, quæ audistis; illa vero, quæ coram illis fecit prodigia, ut cæcos videre, & claudos ambulare, dicite quomodo vidistis, & omnia renunciate Ioanni audita, & visa.

DIFFICVLTAS IX.

Qui sunt Pauperes qui evangelizantur?

QVare inter cætera mirabilia, quæ fecit Christus coram Discipulis Ioannis dicitur: Pauperes evangelizantur?

1. RESPONSIO Caietani cum translatione Græca: *Quia Apostoli accipiunt bonum nuntium, id est, evangelizantur.* Unde Abulensis dicit: *Pauperes qui evangelizantur, dicuntur Apostoli, id est, viri inopes, & ignobiles, & rustici, & sine litteris.* Ac si diceret, quæ maior potest esse admiratio, quam videre homines idiotas, & sine litteris magnalia facere, & annuntiare Regnum cœlorum? Unde dicitur Actor 4. num. 13. *Quod Iudæi videntes constantiam Ioannis, & Petri, comperto quod essent homines sine litteris, & idiotæ, admirabantur.* Et ut notavit Caietanus *inter alia Iesu Christi admiranda opera connumeratur contrarius ordo ad ordinem mundanum circa annunciationem Regni cælorum* Et hoc significat etiam, quod soli pauperes spiritu, hoc est non affecti divitiis sint illi, qui verè accipiunt bonum nuntium, id est, evangelium. 118. Caietan.in Euang.ad c.11 Matth. Translat. Græca. Abul.q.16. in Matt.c.11 Act.c.4.n.13 Caietan.cit.

2. RESPONSIO Abulensis dicentis. *Quia scilicet, Apostoli fuerunt primi nuntij novi testamenti. Etsi iam evangelizabatur Regnum Dei, ergo Messias advenerat, secundum id quod Lucæ 16. Lex & Prophetæ usque ad Ioannem.* Unde Hieronymus, & Theophylactus colligunt prophetias de Messia adimpletas esse; nam Ierem. cap. 31. num. 34. dixit: *Omnes enim cognoscent me à minimo usque ad maximum.* Ergo si pauperes, & minores evangelizantur regnum Dei, iam venit Messias. Abul.q.16. Luc.16.n.16 Hieron. Theophyl. Ier.c.31.n.34

3. RESPONSIO Caietani dicentis: *Pauperes qui evangelizantur, sunt Apostoli, & in hoc manifestatur potentia Dei, quod ab humilibus & pauperibus primo prædicatur bonum nuntium: nam (væ pauperibus; si divites, & potentes evangelizarentur) & ab eis ad pauperes derivandum esset bonum nuntium*, ut in Aulicis accidit, quòd nuntia bona Regibus primo adveniunt, & inde derivantur ad pauperes, sed mutatur ordo in cœlestibus: nam pauperes primò evangelizantur, Deinde divites. 119. Caietan.cit. *Aulicorum nuntij attenti ad utilia.*

4. RESPONSIO ex qua potest evidenter colligi potentia verbi incarnati: *Nam incipit locupletando pauperes spiritu, quia Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublevat*, 1. Reg. 2. num. 6. *Hoc est, potentes, scribas, & sapientes Doctores legis humiliavit, ditando pauperes Apostolos, dando eis nuntium bonum Evangelij, & faciens ut ex illis tanquam ex fontibus derivetur ad Principes & sapientes terræ. Et hoc dixit postea idem Dominus agens Patri suo gratias, quia mysteria fidei abscondit à sapientibus, & prudentibus, & revelavit ea pauperibus spiritu, qui verè per humilitatem erant parvuli recognitis suis, quanto repleti spiritu sapientia & intellectus.* 120. *Authoris ment.* 1.Reg.2.n.6. *Pauperes locupletati illo Evangelio.* Matth.c.11. num.25.

Unde scriptum est de superbis sapientibus Exod. 15. num. 9. *Interficiet eos manus mea*, ubi legit translatio Hebræa *Aras*, quod significat pauperabit. Et sic Caietanus *Legit pauperes faciet manus mea.* Ex quo potentia Dei ostenditur, tam in pauperando Principes, & sapientes, relinquendo eos in sua stultitia, quam ditando pauperes spiritu, dando eis potestatem evangelizandi, & faciendi mirabilia, cæcos scilicet, & infirmos curando. Hoc sufficiens fuit responsum, ut discipuli Ioannis instruerentur, & ut moverentur eorum corda, ut Christum sequerentur sicut secuti sunt post decollationem Ioannis, ut Abulensis notat. Exod.c.15. Translat. Hebr. Caietan. 121. *Divites pauperando Deus ostendit potentiam.* Abul.cit.

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS X.

Qui sunt isti beati qui non fuerint scandalizati in Christo?

QVæritur quis est iste beatus qui in Christo non fuerit scandalizatus.

121. Hieron. in Matth. Ioan. 3. Chrysost. Hieron. cit.

1. Responsio Hieronymi, *Quod erant Discipuli Ioannis qui non rectè credebant, quæ de Christo dicebantur, imò potius inuidebant ei*, vt patet Ioann. 3. & addit idem Sanctus Hieronymus in Matth. 11. & Chrysostomus in homiliis *Internuntios percutit, quia scandalizabantur in ipso; Dubitationem eorum non diuulgans, & soli eorum conscientiæ derelinquens redargutionem eorum latenter induxit.* Ac si diceret, poterat Dominus palam dicere; propter vos dico hoc, sed tacuit ne erubescerent, & confusè dixit, Beatus, *Qui non fuerit scandalizatus in me.*

Prælati in secreto peccata reprehēdant.

Caietan. Hilarius in Cathena S.Thom.

2. Responsio Caietani in Matth. 11. ait: subiunxit hoc Christus, *Vt præberet occasionem Ioanni erudiendi, & præmuniendi discipulos suos, ne scandalizarentur in Christi abiectione & passione.* Et eodem sensu loquitur Hilarius in Cathena Sancti Thomæ; *quia metu eorum, scilicet, ne scandalizarentur: Discipulos suos Ioannes, vt Christum audirent, misit.* Ac si diceret, timebat Ioannes fragilitatem Discipulorum suorum, & vt robustiores fierent in fide misit illos ad Iesum, qui penetrauit corda eorum, & ipsi postea cognouerunt, quod Christus erat filius Dei: nam dicere potuerunt sicut Discipuli Iesu euntes in Castellum Emaüs: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquetur. Vnde apparet, quod discipuli Ioannis perfecti, & robustiores in fide reuersi sunt ad Magistrum suum; quia vt Ori*genes dixit, *scandalum paruulorum est; prudens autem non scandalizatur, quia diuidit, quæ diuidenda sunt, & separat, quæ sunt separanda.*

Fragiles timendi sunt.

Luc. 23. n. 32

Orig. sup. cit.

123. Cyrill. cit. à Tostato.

3. Responsio. Cyrillus citatus à Tostato q. 17. in Matth. &c. *Alia progreditur via, per prædicta verba voluit Christus ostendere Discipulis Ioannis, quod erat verè Messias: nam sicut cætera miracula ostendebant ipsum esse Messiam, eodem modo penetrare, & cognoscere corda eorum, & dubitationem, quam de ipso tenebant, manifestabat esse Messiam.* Volebat ostendere Dominus (ait Cyrillus) *quod quæcumque versabantur in cordibus eorum ab oculis eius effugere nequiuerant; ipsi enim erant, qui scandalizabantur de ipso.*

Cyrillus.

124. Gregor. in Cathena S.Thom.

4. Responsio Gregorij: *De generali scandalo totius mundi de morte Iesu intelligit prædicta verba. Quid est ergo dicere, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectionem mortis suæ humilitatémque significare.* Ac si patenter dicat: mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor. Ac si diceret, mens mea erit Iudæis scandalum, vt Apostolus 1. Cor. dixit, sed Beatus qui ablato scandalo infirmitatis humanitatis meæ diuinitatem in vno etiam supposito firmiter crediderit.

1. Cor. n. 23.

125. Ambros. in Lucam.

5. Responsio Ambrosius in Lucam: *Insinuat, quod isti duo Discipuli missi à Ioanne qui erant scandalizati de factis Iesu, significant duos populos*, Gentilicum, & Iudaïcum, *quorum vnus putabat scandalum passionem*, alter *stultitiam.* Vnde translatio Vatabli loquens cum omnibus populis, ait: *Et beatus quicumque non fuerit offensus in me, vel vt translatio Syriaca dicit, Felix ille qui non impegerit in me.*

Translat. Vatabl. Translat. Syriaca.

TRACTATVS SEXTVS, AD MORES.

Super illa verba; *Cum audisset Ioannes in vinculis.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare permisit Dominus quod Ioannes esset in vinculis?

QVÆRITVR, quare Ioannes inter natos mulierum maior, detinetur in vinculis.

126. Chrysolog. serm. 128.

1. Responsio. Chrysologus serm. 128. *Vt victa vena locum veniæ non relinquat.* Ac si dicat nullum maius supplicium neque flagellum potest Reipublicæ venire quam vinculis peccatorum ligare Prædicatores, qui nullam aliam mercedem requirunt quam veniam quærere peccatoribus. Meritò concludit Chrysologus videndo Præcursorem in vinculis mancipatum, *Meritò concussa sunt viscera mea, corda tremuerunt.* Vnde Regius vates promisit ruinam à perfectionis statu, cum vidisset sanctum, & iustum molestari; & in preces effusus exclamabat, *Saluum me fac Domine quoniam defecit sanctus.* Psalm. 11. num. 2. Quasi diceret: væ mihi Domine, quia cum respublica tua pullulat impios, & non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Quid factura est? nisi præcipitari in malum, oppugnata à malis, separata à bonis, quid superest? nisi vt miserabiliter ruat. Propter quod iterum rogo, vt geminata petitio declaret

Prædicatores exulare supplicium Reipublicæ.

Chrysolog.

127.

Ps. 11. n. 2.

pressuram

Psal. 11. pressuram necessitatis meæ. *Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus*; quasi dicat Inuinculatus est Ioannes, incarceratus Prædicator veritatis, quod est vltimum flagitium vnius Reipublicæ.

Amoris menti. Sed Præcursor in vinculis tecum loquor; *Vbi est illa Regalis amicitia? Vbi auditus ille gratus ad sermones, & petitiones tuas? Vbi concursus Aulicus, ad te properans tanquam ad priuatum Regis. Vt illis fauorem tuum impartiaris?* Res-

128.

Ps. 140. n. 4. pondere potest Ioannes *cum hominibus operantibus iniquitatem non consentiam, vel non communicabo cum electis eorum*, Psalm. 140. num. 4.

Translat. Hebr. Quasi diceret, melius est *modicum iusto super diuitias peccatorum multas.* Vnde legit Hebræus, *non vescor deliciis eorum*, quia neque communicare, neque manducare debent sancti, & immaculati prædicatores cum Principibus operantibus mala.

2. Responsio. Prædicatores veritatis in exilium missi, vel in custodiam positi, tot

Chrysolog. citat. præcones sunt sanctitatis illorum, quot accusatores impiorum. Hinc Chrysologus: *Herodes te causa petit, te arguunt vincula, te carcer accusat, te diuulgat producta in publicum Ioannis iniuria.*

129. 3. Responsio. Sed interrogare volo Ioannem: Præcursor optimè, *Quare eremum dereliquisti, & in curia Regia prædicare voluisti?* Sed respondet forsitan id quod in eodem Psal-

Psal. 140. mo dicitur, *Singulariter sum ego, donec transeam*, hoc est, in conceptione de matre sterili natus fui, & in eius vtero sanctificatus innocens

Sapientes sūt singulares. in eremo, separatus, & solitarius, & in vinculis constitutus, donec transeam. Ergo singularis ero prædicando, & propter veritatem caput offerendo Deo. Et singularis fuit Ioannes in popu-

Chrysost. in Psal. 140. lo; quia vt inquit Chrysostomus in Psalm. 140. *Solitudo non facit esse solum, sed mens quæ tenetur*

130. *studere sapientiæ.* Ita qui habitant in mediis vr-

Prædicatores vinculati corona aurea ornati. bibus poterunt esse singulares homines, dum corruptos cætus fugiant, & se iustorum conciliis adiungant. Ex quo cum Præcursor Magister fuisset omnis disciplinæ, & sanctitatis positus in vinculis, vincula accusant Tyrannum, & Ioannem

Chrysolog. serm. 128. ornant. Vnde Chrysologus serm. 128. *Causa custodiæ Herodes te requirit, inuenit in te, quod puniat; in Ioanne, quod doleat.*

DIFFICVLTAS XII.

Qui ausi sunt Ioanni in carcere mancipato consolationem talem portare?

131. Quæritur, *Quis adhuc amicorum Ioannis, & beneficiatorum ab ipso recordatus est eum?* Quis in aduersis non oblitus est munerum acceptorum?

Abulen. q. 6. in Matth. 1. Responsio citati Abulensis quæst. 6. *Quòd verè amici tantummodo inueniuntur Discipuli spirituales: nam omnia prætereunt præter*

Lucæ c. 7. *amare Deum*, Vnde vt Lucæ cap. 7. dicitur: *Annunciauerunt opera Christi Discipuli eius*, id est, ab eis consolationem accepit.

Bonauentu. in cap. 1. 2. Responsio Sancti Bonauenturæ nostri, qui interrogat, *Quare cum Ioannes esset recubans ventris obstruso cubili, quasi in obscuro carcere, mater eius Elisabeth audiuit, & exultauit ad vocem Virginis Mariæ.* Et respondet Seraphicus Doctor, *vocem audiuit, quia Mariam amabat.* Ac si diceret tunc veri amatores audiunt vocem amantis, cum clausi, & in vinculis mancipati restringuntur; multi enim erant in domo Zachariæ, sed vocem Mariæ sola Elizabeth audiuit, & infans exultauit, sicut hodie in vinculis mancipatus nimiam consolationem à Discipulis accepit, audiendo opera Christi. *Amatores dulciter audiunt rem amatam.*

3. Responsio Ambrosij lib. de Isaac & anima cap. 6. *Si præsentia Mariæ cum in vtero grauis esset, erudiuit Ioannem, vt exiliret, & exultaret, Domini præsentiam recognoscens, quomodo audiens in carcere mirabilia opera quæ faciebat consolationem non caperet.* Vnde Doctor Seraphicus in Luc. cap. 1. *Propositum sanctum nunquam potest latere, quin se manifestet, quia amor interior prorumpit in opus.* 132. Ambros. lib. de Isaac & anima c. 6. Bonau. cit.

4. Responsio Gregorij in homiliis, *Nunquam amor Dei est otiosus*, ac si sanctus diceret, amor Dei est inquietus, & si non potest loqui publicè, & prædicare; audiendo operatur, maximè cum amici spirituales loquuntur de rebus cœlestibus. Vnde sponsus in Cant. cap. 8. num. 13. ait, *Quæ habitas in hortis amici auscultant te, fac me audire vocem tuam.* Quasi diceret Ioannes Discipulis, vos qui soluti, & liberi estis, ambulantes in hortis libertatis, nunciate ea, quæ fama de Christo meo pronuntiat; quia amicus eius auscultat vos, & exultat audiendo in vinculis opera, & mirabilia, quæ facit. S. Gregor. in hom. Cant. cap. 8. num. 13. *Amor auscultat amātem.*

Sed interrogo te, vox penetrabilis clamans in deserto? *Vbi sunt Aulici, qui molestabant te, vt fauorem, & beneficia ab iniquo Rege impetrarent, cum te audiente, multa, & te intercedente faciebat Rex?* Sed potest Præcursor respondere, quod Seneca de ingratis beneficiatis ait: *Ingratis quoque pœna cum ipso munere recurrit.* Ac si diceret, iam grauis est culpa ingratis illata, quod pœna in æternum cum beneficio accepto durabit. 133. Marci c. 6. Senec. de beneficiis.

5. Responsio Oleaster interrogat, quomodo Aulici illi, id est, maiores Pincernarum, & Pistorum Pharaonis; nobiles equidem, quod nostro idiomate Hispano sonat, *Beedores de Palacio*; Germanico verò vocabulo *Iefes*, vel *contralores.* Quomodo *in carcere per annum integrum incarcerati fuerunt in custodiam*, Gen. 40. (Sic legit Pagninus.) Quis talia audiuit, *nonne isti Iefes aulicis munera multoties, dederunt? Nonne cibis delicatis, & vinis pretiosis saginauerunt eos?* Respondit Oleaster, *vt aduertas quàm facilè obliuioni tradantur palatini canes à suis conseruis, & à Principibus, vt quandiu Rex reliquerit istos in carcere; neque fuerit, qui preces Regi pro eis funderet.* Quasi diceret; sola vera, quæ diu perseuerat est amicitia spiritualis, vt patet in Discipulis Ioannis, qui audacter in carcerem intrauerunt, & consolabantur Magistrum suum, diuulgando opera Christi: nam cæteri homines solum in præsentia suorum amicorum memorantur. Neque hoc terret amicos Dei, & verè veritatis prædicatores, nam non quærunt sua, sed quæ Iesu Christi sunt. Vnde Chrysologus serm. 127. Loquens de consolatione quam Præcursor in vinculis habuit, ait: *Captiuis criminum, innocentia inimicis odiosa fit semper libertas;* 134. Oleaster in Gen. c. 40. 135. Translat. Pagn. Oleaster cit. *Veri amici non terrētur.* Philipp. 2. 21. Chrysolog. serm. 127.

libertas; virtus contraria vitiosis sacrilegis exosa sanctitas. Ac si diceret prædicatio veritatis semper fuit odiosa inimicis Dei, & tanquam rea multoties à Tyrannis in vinculis *detinetur; quia semper adulatio eliminat à palatiis veritatem vt* Chrysolog. *Chrysologus insinuat*, & in tenebroso carcere detinetur. Vbi à solis discipulis, & verè amicis spiritualibus visitatur, & consolatur audiendo magnalia Dei.

DIFFICVLTAS XIII. ad mores.

Quare fingit Ioannes se nescire, & mittit duos Discipulos suos?

Duplex difficultas. Lucæ. 1. QVæritur, quare Præcursor Baptista, qui ex vtero matris suæ, repletus Spiritu Sancto Lucæ 1. fingit se ignorare, quis esset Christus? Et quare cum sit legatus à latere Christi, intimus familiaris, & vt ita dicam, priuatus Regis cœlorum, quare permittit aliàs ad ipsum familiariter alloqui? Ad istud secundum sequenti respondebo difficultate.

137. *Auctoris mens.* 1. RESPONSIO, *Quod Ioannes finxit se nescire, quia modus ampliandæ gratiæ Dei, est humilitas, quod authoritate probatur*, interrogando, quomodo Angelus Gabriel dixit Danieli Prophetæ, Dan cap 8. n. 17. *Fili hominis intellige visionem hanc quomodo tam honorifico, & insolito titulo, & cum tanta reuerentia Angelus cum Daniele loquitur, cum titulum Cæsareæ maiestatis solis supremis Regibus dari permissum est, Et Dominum* 138. *Iesum Christum passim reperies hoc titulo magnifico filij hominis nominatum, & exaltatum*, vt Matth. cap. 16. Matt. c. 16. num 13. Luc. c. 21. *Quem dicunt homines esse filium hominis, & alibi videbitis filium hominis, venientem in nubibus.* Vnde ergo Danieli tantum nomen est assecutus? Respondetur, quod visio erat magna; & tunc reuelata illi erant secreta cœlestia, & nesciuit hoc gratulari Propheta aliter quam pauens, & corruens in faciem, quasi denotans vermem & cinerem se esse. *Humilitas exaltatur.* Vnde quasi Deus obligatus, aperuit cœlos, & ostendit ei arcana, quæ non licet homini loqui; 2. Cor. c. 12. n. 4. Hildebert. ep. 71. quia vt inquit Hildebertus: *Inclina te humilitatis ascensio est beatitudinis.* Ac si diceret, qui se existimat inscium, & ignorantem, iste subleuabitur, & exaltabitur, vt in Præcursore patet, de quo incepit dicere Iesus, & nunquam consummauit.

139. Ioan. c. 7. 2. RESPONSIO, *Quia ex vtero matris suæ Ioannes repletus fuit Spiritu Sancto, & in corde suo fuit fons salientis aquæ in vitam æternam, & quemadmodum quò scaturiens fons magis profundior est, eò magis salit & transilit:* S. Ioannes quo magis cœlestibus imbribus replebatur, & secreta cœlestia in Iordane visus fuerat, eo profundius humiliabatur, simulans se nescire, & ignorare qui repletus erat visionibus gloriæ Dei. Cæsareus Arelatens. hom 34. Vnde Sanctus Cæsarius Arelatensis homil. 4. *Ad istum verum fontem feliciter curris quicumque ad Deum per humilitatem venis.*

3. RESPONSIO. Interrogo, quando Christus Petro tam maximam & supremam, Pontificiámque auctoritatem dedit, dicendo Ioan. c. 21. *Pasce oues meas?* Et respondeo cum D. Basilio Seleuco orat. 38. D. Basil. Seleu. orat. 38. *Quod quando Petrus fuit abiectus, nudus, & proiectus in maris ripa, in qua stabant ipse, & omnes Discipuli, quando nemo discumbentium audebat Christum interrogare, tu quis es, tunc Petrus consequutus est tam maximam aucterisatem Pontificiam, cum omnes viluerunt eum, & tanquam audacem, & ignorantem æstimarunt proiectum in mari.; quia* *Magistri Discipulos diligunt vehementer.* *quanto quis factum comprimit, tanto gratiam attrahit; (inquit Seleucius) & modus amplificandæ gratiæ est humilitatis vis.* Basil. Seleu. orat. Quasi diceret, 140. Ioannes desiderabat suos magnificare Discipulos, & ditare illos in vltima suæ mortis hora, & tunc mittit illos ad Iesum simulans se ignorare, vt hac humilitatis actione, diuites & locupletes Discipuli remanerent dono gratiæ, & amicitiæ Dei per humilitatem, quam demonstrauit mittens duos discipulos ad Iesum, Matth. c. 11. vt interrogarent eum, Tu quis es?

DIFFICVLTAS XIV. ad mores.

Quare Aulicos Discipulos suos misit Ioannes ad Iesum?

QVæritur, quomodo intimus, & familiaris amicos Regis IESV CHRISTI Ioannes Præcursor permittit ire alios ad Iesum, & eos in suam familiaritatem amicitiámque introducere?

141. Rupert in Tren. Ierem. cap. 2. 1. RESPONSIO Ruperti in Thren. Ierem. cap. 2. *Quia Aulici Regis cœlorum in hoc differunt ab intimis, & priuatis Regum terrarum, quod primorum non est inuidus agonistibus suis, neque alterius palma alteri parat ignominiam: At vero misera hæc est in terra priuatorum conditio, quod furore se inardescunt, si cum Rege, neque ad nutum aliquis loquatur.* *Regum familiares & priuati inuidia & zelotipia lacerantur.*

Vnde Rupertus lamentatur de tam infælici statu Reipublicæ & ait illud Ieremiæ, Ier c. 2. n. 9. Threnos. *Defixæ sunt in terra portæ eius, perdidit, & contriuit vectes eius. Vnde Reges propriè portæ dicuntur, quia per illos intrat lux consolationum ad omnes subditos suos. Hinc Regina cœli, porta lucis fulgida nominatur. Vectes vero sunt familiares, & priuati Regis*: *Ecclesia elogium ad Mariam in hymno.* Sed væ Reipublicæ, cuius portæ fixæ sunt in terra, id est, infelix populus, cuius Rex ita innixus est voluptatibus terræ, quod sit fixum cor eius ad delicias, & ad tantam miseriam peruenit, quod vectes, id est, intimus, familiaris, priuatus, tantummodo adaperiat portas gubernationis Regni. *Vectes sunt Priuati Regum.* Et si quæras, ait Rupertus, *Quas portas in terra defixit, quos vectes perdidit, & contriuit?* Rupert. cit. Respondet, *Regem eius, & principes inuenies in gentibus.* Ac si dicat, calamitates Regnorum hucusque peruenire possunt, vt per priuatos, & amicos familiares, Rex & Regnum inimicis suis tradantur.

142. S. August. in Ioann. c. 10. 2. RESPONSIO. Sanctus Augustinus, *Quæritur quare Dominus Iesus adductus est*

Ioseph. *primum in die sacrosancta sua passionis ad Annam; nonne Caiphas, (vt ait Iosephus) in illo tempore erat solus, primusque Pontifex.* Quare ergo adduxerunt eum, vt inquit Ioannes cap. 18. num. 13. ad Annam primum. Cur itaque si causa ad Sacerdotem Caipham pertinebat, quia Filium Dei se fecit? (vt dicebant Ioann. 18.) Respondeo, *Quia Annas apud summum Sacerdotem gratia; & authoritate multum valebat, Et vt inquit Neothericus quidam, eo miseria in Republica deuentum est, vt apud homines, ille, qui intimus à Secretis est Regis astimetur pluris quam ipse Rex.* Vnde Augustinus quasi dolens ait: *Nec enim Euangelista tacet causam cur primum Dominus Iesus ductus est ad Annam, subdens: erat enim socer Caipha.* Quasi diceret, erat consanguineus, & intimus familiaris Sacerdotis summi, quod est duplex ioiquitas, & malum duplex Reipublicæ.

Ioan. c. 18. n. 13.

Sylueira in Euan. lib. 5. de Ioann. prædicat. S. August. in Ps. 18. Ioan. supp. citat.

145. 3. RESPONSIO, *Præcursor Domini, tam familiaris, amicus, & consanguineus Iesu; & tamen abscondit scientiam, & reuelationes infusas de Christo, & finxit se inscium, & ignorantem,* vt discipuli sui viderent, & audirent Regem gloriæ, & suæ amicitiæ, & familiaritatis fierent nimis consortes, ac participes.

Humilitatis gratena.

Neque mentitus est Ioannes dubitando, & mittendo legatos ad Iesum, vt interrogarent, *Tu es, qui venturus es; quia multoties expedit occultare veritatem ad maiorem gloriam Dei.*

Oleaster in Genef. c. 12. 4. RESPONSIO Oleastri, qui interrogat quare Abraham Genes. cap. 12. *Dixit Sara vxori sua cum intraret in terram Ægypti, dic, quaeso, vt soror mea es? Et respondet ad mores, quia docet Abraham occultare licere aliquando, non tamen mentiri.* Hinc Præcursor finxit occultauitque se nescire, quis esset Iesus, vt Discipulis suis sacramentum incarnationis diuini Verbi imprimeretur in intellectu per auditum fidei.

DIFFICVLTAS XV. ad mores.

Quare Præcursor Ioannes dixit discipulis suis vt interrogarent Dominum, tu es qui venturus es?

QVæritur, quare Præcursor Ioannes hac phrasi in sua legatione vsus est, *Tu es, qui venturus es?*

144. Abul. q. 9. in Matth. Ioan. c. 7. 1. RESPONSIO Abulensis q. 9. *Quod accommodauit se Præcursor cum modo loquendi Iudæorum, qui expectabant Messiam.* Vt patet Ioan. cap. 7. *Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Ac si diceret, quod gloriabatur Dominus audiendo nomen hoc Messiæ, qui in mundum venturus erat, & sicut seruis Regis accidit, quod semper ad memoriam eius attenunt, quod eis placet; sic Ioannes ad memoriam Iesu iussit Discipulos suos, vt adducerent: dicendo ei, *Tu es, qui venturus es?*

145. Oleaster in Gen 12. n. 16. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare Abimelech Rex ditauit Abraham,* vt Genes. cap. 12. num. 16. testatur? Et respondet eum translatione Pagnini, *Ipsi Abraham benefecit propter eam, id est, propter pulchritudinem Sara.* Ac si diceret, diligebat Rex vxorem Abrahæ, & eum passim ea ad memoriam Regis peruenisset, præsente Abrahamo, & ipse Abraham loquebatur de ea, benefaciebat ei, & ditauit illum. Vnde addit Oleaster, *Quam benè Principes opera soluunt illis, qui eis in suis cupiditatibus deseruiunt, melius quam iis, qui Respublica in bello, & sanguinem ex suis venis propter Regem effundunt.* Aliter Ioannes, quod caput suum dedit in vinculis propter honorem nominis Dei, ad quem vt delectarentur nominare iussit Messiam, qui venturus erat in mundum.

Quod amatur delectat auditum. Oleaster cit.

Causa dilectionis Maria amor Dei.

146. Luc. c. 10. Quare quæso Martha apud Lucam c. 10. *A Christo Domino redarguta est, eo quod esset sollicita erga plurima, & soror eius otiosa sedens ad pedes Domini laudatur, eo quod optimam sibi elegisset partem?* Respondet Oleaster in Genes. cap. 12. *Quia Martha seruiebat Domino in iis quibus ipse non delectabatur, nempe in cibo & potu; Maria vero in audiendis verbis illius, quod illi maxime cordi erat.* Vnde quia Christus Dominus semper delectabatur, audiendo se esse Messiam, qui venturus erat, vt mundum redimeret, ideo prothema sumitur in legatione Ioannis. Oleaster cit.

Oratio anteponitur exterioribus operibus.

147. 2. RESPONSIO, *Quod absens Ioannes misit legationem cum discipulis, quasi dubitans de præsentia Messia, vt maiorem reuerentiam in ministros infunderet; nam semper absentia admiramur; præsentia nō astimatur, vnde vt magis Discipuli Christum venerarentur legationem quasi de absente, pronuntiant non dicendo, tu es Messias qui venisti; Sed tu es, qui venturus es.* Vnde Tertullianus in Apologetico cap. 10. *Loquens de Saturno, qui cum homo esset venerationem quasi Deus acquisiuit; quia raro in terris visus est; ideo quasi Deus cælestis apud homines habebatur ex consuetudine humana,* (inquit Tertullianus) *qua ignota, vel ex inopinato apparentes de cælo superuenisse dicuntur. Proinde Saturnum repentino aduentu, vbi cælitem contigit acclamarunt.* Tertullian. in Apologetico c. 10.

Reuerentia superiorum vnde.

148. Isai. c. 45. n. 15. Ex qua ratione noster Præcursor semper in eremo subsistens, tanquam Messias putabatur à Pharisæis & Christus Dominus ab ipso Ioanne tanquam verus Deus absconditus adoratur hodie, & vt à Discipulis cognoscatur, & adoretur mittit illos quasi absentem & non venientem ad mundum, vt maiori eum reuerentia, & æstimatione audiatur, vt hinc discant superiores, & qui gubernationes habent non passim se se manifestare, & vagari per plateas, vt de vanitate glorientur, sed semper debent esse absconditi, & in cubilibus suis separati & inclusi vt venerentur.

Superiores nō vulgares.

DIFFICVLTAS XVI. moralis.

Quare Christus dixit: Dicite Ioanni quæ audistis & vidistis.

QVare Christus dixit *Postquam miracula fecerat: Dicite Ioanni, quæ audistis & vidistis?*

1. RESPONSIO est Abulensis in littera citati, *Quod turba copiosa Iudæorum dixerat Discipulis Ioannis alia miracula præter illa, quæ ipsi* Abul. cit.

ipsi viderunt. Et ideo dicitur, Dicite quæ vidistis, & audistis: nam vt inquit Chrysostomus Sanctus Thomas, & Theophylactus, & Sanctus Cyrillus lib. 2. de Ioanne cap. 76. explicans illa Verba Matth. 4. num. 14. *Quod Iesus plures Discipulos facit & baptizat quam Ioannes. Omnes isti Patres tenent, quod Discipuli Ioannis erant confœderati cum Pharisæis contra Christi Discipulos, & dicebant quod Christus baptizabat*, & erat rumor falsus, quia Iesus nunquam

Chrysost. S. Thom. Theophyl. Cyrillus. Matth. c.4. n.14.

149. baptizauit, vt notauit Augustinus tractat. 15. in Ioannem; hoc autem æmulando famam Christi dicebant, quæ nimis diuulgabatur, vt notauit Albertus Magnus. *Quo supposito, cum venirent Discipuli Ioannis dixit Iesus, non credatis famæ, & dictis, quæ per falsum rumorem, de me dicuntur circa baptismum; sed credite miraculis, quæ dicta sunt à tot gentibus, & quæ vt vidistis, feci: nam cæci vident, claudi ambulant, &c.*

Aug.tr.15.in Ioann. Albert.Mag. Matth.c.11.

2. Responsio Caietani in Euangelium Matth. cap. 4. num. 14. *Quia secta Pharisæorum offuscabatur ex noua baptizatorum proficientium schola, multoque maiorem inuidiam significat Euangelista ex maiori multitudine Discipulorum.* Et addit: Vnde ad mores nota, *Quod superiores non debent credere dictis subditorum, sicut Pharisæi crediderunt dictis discipulorum Ioannis; quia multoties rumor, & fama alicuius denigrata remanet per solam famam mendosam.*

Caietan.ad c.4.Matth. n.14.

150. *Subditis non credere cum famam alicuius denigrant.*

3. Responsio interrogat Oleaster, *Quare cum illa superba & suprema turris Babylonica ædificabatur*, dicitur Genes. 18. *Descendit Deus, vt videret an clamores opere complessent?* Sic legit Pagninus & respondet, *vt discant Domini, & Prælati non facilè credere, quæ de subditis audiunt nisi prius oculis suis viderint.* Ac si dicat: *O infelices superiores*, qui vt passiones, suas in subditos non affectos, vel malè affectos vindicent, quicumque falsus rumor in cubilibus ab inimicis susurratur, ipsi audiunt & credunt, quasi oculis vidissent.

Oleaster in Gen.c.18. Translat. Pagnin. *Fama proximi tuenda.*

De Villico iniquo dixit Lucas cap. 16. *Quod diffamatus est apud Dominum suum*, & admiratus Chrysologus serm. 125. ait: *Ergo Dominus famæ credidit, fama nuntiante cognouit.* Et respondet: *Absit, sed quia illa quæ nouerat, quæ pietate velabat, quærere tunc cœpit, quando accusabat terra.* Ac si diceret, minime superior credidit, neque credere debet nisi postquam oculis suis visa fuerint, quæ accusantur, & murmurantur de subditis, & cum iam diu velata, & in pectore superioris obseruata fuerint, cum terra ipsa clamauerit, & cœlum accusauerit, quia res accusata clarior luce est, tunc debet à Villicatione remouere infamatum, hoc est, à statu honorifico, quo fungitur priuare.

Luc.cap.16. 151. Chrysolog. serm.125. *Superiores nō se facile credant.*

152. Ideò Dominus in publicum protulit peccatū Abelis quando iam latere in terra non potuit: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra* dicitur Genes. cap. 4. *Quasi diceret, fama tunc loquatur, & credatur, quando cælum & terra clamat, & dolent iusti, & Angeli lachrymantur.* Pharisæi contra Christum æmulabantur, & falsum rumorem contra eius famam suscitabant; Discipuli Ioannis, quasi faciles, eis credebant, accedunt hodie ad Iesum, vident oculis prodigia ineffabilia; credunt Christo, & falsum rumorem à se expellunt, & alacres redeunt ad Magistrum, vt notauit Abulensis, dicentes *Quæ audierant, & quæ viderant de Christo.*

Genes.c.4. n.10. Abulens. sup.cit.

4. Responsio, Dicamus aliter, *Quod dixit Christus, dicite quæ audistis, & vidistis, quia fides non verbis solum, sed operibus declaranda est.* Vnde interrogat Sanctus Augustinus tract. 15. in Ioannem: *Quare Samaritana auditis verbis Iesu, ego sum Messias qui loquor tecum, reliquit hydriam, & facta est Apostola, prædicando magnalia Christi?* Respondet Sanctus, *Quia recepto in cor Samaritana Christo Domino, quid faceret, nisi euangelizare currens verbum Domini.* Ac si diceret, fidem ita declarauit mulier, vt non solum verbis suos prædicaret conciues, sed operibus; abiit in ciuitatem currens, & relinquens hydriam reuersa est, & alacriter festinabat huc, illucque discurrens, & quasi apis argumentosa deseruit Deo, credens firmiter, & prædicans fortiter conciues suos. Et vt D. Cyrillus dixit lib. 2. cap. 99. *Non tanquam seruus ille nequam obruit talentum suum neque thesaurum inuentum abscondit*, vt Cassianus notauit lib. 11. cap. 2. *Neque vt Discipuli Ioannis credidit Pharisæis, sedque fide vera retinuit, opere compleuit*; quia fides Præcursoris non solum verbis, sed factis & miraculis, quæ Christus fecit, comprobauit, vt stupefacti sui discipuli remanerent solidi, & stabiles, & adhærerent doctrinæ Iesu; sicuti de facto accidit, vt supra cum Abulensi notauimus.

153. *Authoris mens.* S Aug.tr.15. in Ioan. Ioan.c.15. 154. *Fides cum operibus tenenda.* D.Cyrill. lib.2.c.99. Cassian. lib.11.c.2. 155. Abul.cit.

DIFFICVLTAS XVII. ad mores.

Quare Christus dixit, & Beatus qui non fuerit scandalizatus in me?

QVæritur propter quos dixit Christus Discipulis Ioannis, Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me?

1. Responsio Chrysostomi, *Quod propter ipsos nuntios, & illos percutere voluit, quia scandalizabantur in illo? Et si iterum replices, quare non palam loquutus est Dominus dicendo propter vos dico hoc?* Respondet, *quia latenter dixit, ne erubescerent, & verecundia confunderentur.* Ac si diceret, aduertens superiores, & Prælatos quod subditos, adhuc in culpa deprehensos, non palam debent punire, nisi adsit scandalum sed latenter, & in occulto, præsertim (si Religiosi fuerint) ne hac irritatione in maiora crimina prorumpant.

Chrysost. in homil. 156. *Prælati non palam corrigere debent subditos.*

Et si quæras, *Quomodo Pater familias dixit palam villico iniquitatis, redde rationem villicationis tuæ*, Lucæ cap. 16. num. 1. *Cur tam piis tam seuera iniungis? Cur ante à villicatione submouet, quam rationem agnoscat.* Responsio est Chrysologi, cuius fuit interrogatio. *Rationem petit, non vt exigat sed vt relaxet.* Ac si diceret, non petit vt homo iudex, aut superior, vt iudex feriat, & puniat, sed vt Pater

Luc.cap.16. n.1. Chrysolog. serm.de Villico. *Honor subditorum seruandus nimis.*

vt corrigat, & emendet; & ſic eſt interna & latens admonitio non publica, vt honor ſubditorum, quaſi pupillæ oculorum cuſtodiatur.

157. 2. Ratio quæſiti. 2. Responsio ſit, quare Chriſtus non permiſit, vt Diſcipuli Ioannis palam erubeſcerent? Reſpondeo, quia non ex malitiâ, ſed ex pietate erga magiſtrum ſuum errauerant.

158. Chryſoſt., hom. 28. Vnde interrogat Chryſoſtomus, quare Chriſtus duobus hominibus deſiderantibus eum ſequi permiſit, vt vnus abiret, & alter remaneret? Reſpondet, *Quia primus erat ſcriba arrogans, qui acceſſit dicens, ſequar te quocumque ieris, & arrogantes non ſunt apti regno Dei.* (Matth. c. 8, n. 19.) Vnde Chryſoſtomus homil. 28. *Imprudenter acceſſit*, & Chryſologus *Præſtantius dixiſſet, quocumque volueris*: (Chryſolog. in eodem cap.) At verò ſecundus erat pius, & tantum volebat ſepelire patrem ſuum. Vnde Hilarius, ait: *In verbis ſcribæ apparebat quædam infidelitas, non in verbis diſcipuli.* (Hilar. cit. Ambroſ. in Luc. c. 9.) Et Ambroſius in Lucam cap. 9. *Ille cogitur, iſte remouetur, vt ſcias, quia deuotus admittitur, indeuotus excluditur.*

Sed ad noſtrum propoſitum: *Adoleſcens erat diſcipulus*, inquit Abulenſis, quæſt. 6. in cap. 23. Matth. (Abul. q. 6. in c. 22. Matth.) *Et diſcipulis ſuis magiſtri multum diſſimulare debent, præſertim cum ex bono, & pro animo errant, non ex malitia.* Vnde Sanctus Paſchaſius in Matth. lib. 5. ait: (S. Paſchaſ. in Matth. lib. 5.) *Hæc dicit, & fallitur adoleſcens, licet non de ſtudio, dum ad opus pietatis ire feſtinat.* Ac ſi diceret, qui ex bono animo errant, vt diſcipuli Ioannis, qui propter amorem ſui magiſtri ſcandalizabantur de Chriſto, latenter, & amicabiliter corrigendi ſunt, vt non erubeſcant. (*Errores ſine malitia ſunt venia digni.*)

159. Oleaſter. in Exod. c. 2. n. 12. 3. Responsio: Interrogat Oleaſter, quare Dominus elegit in Ducem, & Prælatum populi ſui virum Moyſem impatientem, & homicidam, qui percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo. Exod. cap. 2. num. 12. (Ibidem.) in quo facto peccauit, vt Auctor eſt Diuus Auguſtinus, & tam grauiter vt in epiſtola Iudæ tradit Oecumenius, (Auguſt. Oecumius in ep. Iudæ.) *Quod Diabolus cum Archangelo Michaele altercaretur, & impediebat, quod Moyſi daretur ſepultura, quia iniuſte occidit Ægyptium?* Reſpondet Oleaſter, *Quod non factum, ſed zelum maximum erga ſuos in Moyſe conſiderandum eſt.* (Oleaſter cit. in Exod. Exod. c. 2.) Et conſiderare debemus, quam cautè malum operatus eſt, *Cùm prius huc, atque illuc reſpexerit, quam opprimeret Ægyptium Etſi qui occiſus fuit exactor erat.* Quaſi diceret quod etiam actores malorum, ſi ex zelo pio & deuoto defecerint tolerabilius, reprehendendi ſunt, & non palam, ſed latenter.

Vnde Auguſtinus in confirmationem pietatis huius lib. 22. contra Fauſtum cap. 70. adducit Petrum percutientem ſeruum Pontificis, propugnantem pro Domino. 160. (Aug. lib. 22. contra Fauſtum c. 70.) *Vterque* dicit Auguſtinus, *non deteſtabili immanitate, ſed damnabili animoſitate iuſtitiæ regulam exceſſit: Vterque odio improbitatis alienæ, ſed ille fraterno, iſte Dominico, licet adhuc carnali, tamen amore peccauit.* 161. Ac ſi diceret inſeparabile, & irremediabile eſt vitium palliatum ſpiritualibus alimentis: nam ſunt animæ ſpirituales ita enixè, & ardenter Patribus ſuis ſpiritualibus confœderatæ, quod amor eorum excedit ineffabiliter carnali amori, & hoc indiſcreto Zelorypio æmulatur, & forſitan contradicunt mandatis diuinis, & ſtultè ſcandalizantur, ſi contra doctrinam ſui Magiſtri, aliquid audiunt. (*Patres ſpirituales nō ſint corrigendi.*) Vnde ait Auguſtinus loco citato, (Auguſt. cit.) *Reſecandum hoc vitium eſt, vel eradicandum, ſed tamen hoc magnum cor, tanquam terra frugibus, ita ferendis virtutibus excolendum.* 162. Ac ſi diceret, tanquam ager, qui fructum centuplum produceret, niſi ſpinis, & tribulis ſuffocaretur triticum. Ita ſpirituales animæ ab iſtis vitioſis virtutibus excolendæ ſunt latenter & charitatiue, vt non ſcandalizentur qui alias ineptè, & ſtultè ſcandalizati ſunt propter zelotypia Magiſtrorum. (*Zelotypia indiſcreta reſecanda.*)

TRACTATVS

TRACTATVS SEPTIMVS.

Litteralis in Caput 11. Matthæi.

TEXTVS.

7. ILLIS autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: quid existis in desertum videre, arundinem vento agitatam. 8. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt? 9 Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. 10. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, &c.

EXPOSITIO LITTERÆ.

Chrysost. in caten. S.Thom. ad c.11.Matth. CHysostomus in Cathena S.Thomæ dicit *Quantum ad discipulos Ioannis satis actum erat, certificati enim de Christo per signa, quæ viderant, recesserunt; sed oportebat turbas sanari;*
163. *quia ex interrogatione discipulorum Ioannis multa inconuenientia subintellexerint ignorantes mittentis consilium; poterant vtique dicere, qui tanta testatus de Christo, aliter persuasus est; nunc, &* S. Thom. in Cathen. *dubitat, vtrum sit ipse. Nunquid ergo alternans ad Iesum, hoc dicit; nunquid timidior à carcere factus, nunquid vane, & inaniter priora dixit:* Hilar.ibi. Respondet Hilarius: *Encomia Ioannis abeuntibus Discipulis dixit Iesus; ne referrent ea suo magistro, & darent illi occasionem se gloriandi.* Abul.q 19. Abulensis quæst. 19 *vt discipuli Ioannis audientes encomia tam singularia de suo Magistro, ne* Chrysost. citat. *existimarent esse Messiam.* Chrysostomus *ne videretur homini adulari*: S.Thom. S. Thomas, & Abul.cit. Abulensis, *vt turbas suauiter reprehenderet, quia existi-stimabant, quod Ioannes erat facilis, & quod mutasset sententiam quam de Christo asseuerabant aliàs; sed quia plebs ex ignorantia, cogitabat talia; ideo suauiter reprehendit illos; non aspere,* Matt 9.n.4. *sicut Iudæi, qui ex malitia peccabant, quos increpans Dominus dicebat, quid cogitatis in cordibus vestris.* Abul.cit. Abulensis aliter, *Vt cognoscerent, quod erat verus Deus, & Messias penetrans corda eorum, dixit eximias laudes de Ioanne, de quo tanquam de facili, & leui cogitabant, & arguit*
164. *cogitationes eorum, dicendo, Quid existis videre* Chrysost. Cyrill. Beda. Auctor imperfecti. *in deserto? arundinem, &c.* Ac si diceret inquit Chrysostomus, Cyrillus, & Beda, & Auctor imperfecti; non esse *Ioannem leuem hominem, qui facilè mutaret sententiam.*

165. Sed quid existis videre, quasi diceret, *Non vos pœniteat exiisse videre talem hominem, quia non solum est sanctitate insignis, sed pœnitentia admirabilis, cum vescitur locustis, habitat inter feras, zona, & cilicio vestitus est, non mollibus vestimentis, sicut illi qui sunt in domibus Regum.* Hucusque Abulensis. Abul.cit.

Sed quid existis videre Prophetam, plusquam Propheta est; quia Prophetæ de Christo prophetauerunt venturo, Ioannes digito demonmonstrauit dicens? *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Ioan.cap.1. n.29.

Hic est enim de quo scriptum est, *Ecce ego mitto Angelum meum: consequenter probatur, quod Ioannes sit plusquam Propheta; quia Angelum vocat eum* Malachias cap. 2. *non solum ratione officij, sicut ibi etiam Sacerdotes Angeli vocantur: sed quia Angeli dicuntur, qui sunt nuntij & legati Dei, & Ioannes fuit homo missus à Deo vt testimonium perhiberet de lumine.* Malachias c.2.n.10. Ioan.c.1. n.6. Et dicit Malachias, *quod precedet te*, id est, *Christum tanquam nobilis seruus, qui precedit Dominum eum honorando, & Ioannes ab vtero matris suæ, honorauit Iesum, & matrem eius exultans & flexis genibus in ventre matris suæ adorando Dominum suum, vt multi Auctores asserunt.* Idem Malachias cit.
166. Hæc summatim, sed ad expositiones litterales progrediamur paulatim. Abulens. & reliqui, quos cit.

TRANSLATIONES diuersæ?

Vulgata editio. 1. Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere de Ioanne, quid existis videre? Arundinem vento agitatam?

Translatio Vatabli. 2. Quid existis in desertum, vt videretis? num arundinem, quæ agitatur vento?

Translatio ex Syriaca. 3. Quum autem abiissent cœpit Ieschua verba facere ad turbas super Ioannem, quid existis in desertum visuri? arundinem vento agitatam?

Caietanus. 4. Illis autem absentibus cœpit Iesus laudare Ioannem dicens, quid relictis ciuitatibus itis ad videndum?

Hieronymus. 5. Nunquid ob hoc existis in desertum, vt videritis hominem calamo similem, qui omni vento circumfertur?

Gregorius. 6. Quid existis videre arundinem quæ mox vt aura contingit in partem flectitur?

Glossa ordinaria Lyra. 7. Quare non existis videre Ioannem in carcerem, sicut existis videre in desertum. Existimatis quod est arundo.

Abulensis q. 16. 8. Cœpit Iesus dicere de Ioanne, quia ab Herode in vinculis tenebatur.

DIFFICVLTAS I.

Quare Christus laudat summopere Ioannem?

167. QVæstio prima quare Christus laudat nunc Ioannem.

Abul. q. 18. 1. RESPONSIO Abulensis quæst. 18. *Ne opinio plebis contra illum deficeret; fuerat enim in maxima opinione in cordibus hominum, dum prædicaret, ita vt putaretur esse Messias*

Luc. c. 3. Lucæ cap. 3. *Tunc verò cum iam a diebus multis ab Herode viro scelerato in vinculis teneretur, & poterat infirmari opinio eius in cordibus plebeculæ rudis.* Quasi diceret. Vulgus est numerus

Vulgus virium insipiens & laudat quod ignorat. infinitus insipientium, & nunquam in eodem statu permanet, si bona de aliquo audit, eum facillimè extollit vsque ad sydera, & subitò si male dicantur, mutant & ad ima deprimit, quem antea laudauerat.

168. Hilar. in Cathen. S. Thom. 2. RESPONSIO Hilarij, qui ait, *Ne id quod immediatè præmiserat referri posset ad Ioannem tanquam scandalizatus esset in Christo. Subditur quod illis abeuntibus cœpit Iesus loqui ad turbas.* Quasi diceret, ne putarent turbæ, quod Christus de Ioanne loquebatur, quando dixit discipulis eius, *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me; ideò eum exclusit laudans Ioannem.*

169. Caietan. in Euang. c. 11. in Matth. 3 RESPONSIO Caietani in cap. 11. Matth. *Alter hactenus, quia oportuit, tacuit laudes Ioannis; modo autem quia periclitabatur in opinione turbarum cum constantia, tum testimonium redditum à Ioanne de Iesu, inchoat laudes Ioannis.* Quasi diceret, turbæ nesciebant rationem propter quam Ioannes misit Discipulos suos ad Iesum. Et poterant de constantia Ioannis dubitare, & de testimonio tam solemni, quod de Christo dixerat; quod erat agnus Dei, & quod non erat dignus Ioannes soluere corrigiam calceamenti illius, & laudans Ioannem

170. Glossa. multipliciter, tollit omnem ambiguitatem. Et eminendit Glossa, *Quare non istis in carcerem ad videndum Ioannem, sicut ad desertum existis, putatis quod est arundo facilis ad mouendum.*

4. RESPONSIO Chrysostomi in homil. qui interrogat, quare præsentibus Discipulis, non laudauit Christus Ioannem? Et respondet, *Ne videretur homini adulari. Vnde possumus addere, quod Redemptor noluit*, quod laudes Præcursoris peruenirent ad aures eius, ne molestè ferret audire eas; quia ideò incarceratus erat: nam adulationes in palatio Regis esitandas prædicauerat, secundum dictum *Chrysologi, serm. de Decollatione Ioannis, Eliminat à Palatio adulatio veritatem.* Chrys. in homil. *Iusti adulationē fugiūt.* Chrysolog. ser. de decol.

5. RESPONSIO Hieronymi, *Quòd prædicauit Iesus mirabilia de Ioanne incarcerato, cum præcesserint prodigia facta super cæcos, & claudos ne excusaretur crudelis Herodes, quod Ioannis dictis non credebat; quia miracula non faciebat, ex quo, inquit Hieronymus, prouenit, & est perspicuum prædicationem Christi Reges mundanos audire nouissimos. Vnde Ionæ Prædicatio totam vrbem impleuerat, cum ad Regis aures vltimo accessit.* Vnde addit Hieronymus, *Difficile potentes, & nobiles, & diuites, & multò his difficilius eloquentes credunt Deo; obcæcatur enim mens eorum diuitiis & opibus, atque luxuria & circumdati vitiis non possunt videre virtutes, simplicitatémque Scripturæ Sanctæ quia non ex maiestate sensuum, sed ex verborum iudicant vilitate.* Ac si diceret; quia Herodias impia; & Herodes in luxuriis, & voluptatibus obcæcati erant, vilipendebant verba Præcursoris; ideo operibus miraculosis, & encomiis celeberrimis laudat eum Christus, vt nullam haberent excusationem de suis sceleribus. 171. Hieron. in Prophetam Ionam. Ionæ c. 3. 4. *Loquaces verbum Dei non audiunt.* Hieron. cit. *Ratio quæsiti*

6. RESPONSIO Abulensis, qui aliam insinuat rationem laudis Baptistæ, scilicet, *Quia redundabat in maiestatem personæ Iesu: nam quo quis laudatur à sapientibus, prudentibus, & perfectis viris, eo qui laudatur excellentior est. Vnde mirabilia Christus de Ioanne prædicauit, vt eius doctrina, & excellentia appareret omnibus, & facilius crederetur. Vnde de iniquo Herode dicitur*, Matth. 14. num. 1. *Audiuit Herodes famam Iesu*, vbi Chrysostomus hom. 49. in Matth. *Non otiosè tempus Euangelista denotauit; non enim ab ipsis statim miraculosis exordiis famam Iesu, sed post multum tempus percepit.* Quasi diceret, parùm faciunt magnates audire verbum Dei a sapientibus, & prudentibus, ne comprehensi inueniantur in sententiam contra diuitem epulonem datam, iam sepultum in infernum, *Habent Prophetas, audiant illos.* Hinc Christus Caiphæ multa Iesu interroganti respondit Ioan. c. 18. n. 21. *Quid me interrogas, interroga eos, qui audierunt, quid loquutus sum ipsis.* Quasi diceret, taxat ignauiæ, quod publicam doctrinam non audisset is, cuius erat prospicere quid diceretur. Sed Herodes ita excæcatus erat cupiditatibus luxuriosis, quod sicut Pharao neque miracula, & prodigia, quæ Moyses faciebat attendebat: Sic neque Herodes encomia, quæ Christus de Præcursore in turbis dixit, vt eum æstimaret, & crederet; siquidem tam grandis vir, & persona erat sicut Christus testabatur. 172. Abulens. quæst. 18. in Matth. 11. Matth. c. 14. n. 1. Chrysost. homil. 49. in Matth. Luc. cap. 16. n. 24. 173. Ioan. c. 18. num. 21. Exod. c. 11.

7. RESPONSIO Abulensis quæst. 18. qui ait: *Laudauit Christus Ioannem; quia licet Ioannes bonus putaretur; crederetur à quibusdam, quod erat sicut alij viri famosi, & excellentes priores: & voluit laudare eius excellentiam esse super omnes, vnde dixit inter natos mulierum non surrexit* 174. Abul. q. 18. Matth. c. 11.

rexit maior Ioanne Baptista. Ac si diceret, cæteri Prophetæ, & Patriarchæ ceciderunt, & peccauerunt in Adamo, parente omnium, & mortui in tumulo ventris matris suæ, ceciderunt; sed de peccato originali non surrexit ex vtero matris suæ, sicut Ioannes, & ideò maior omnibus fuit, quia Prophetæ, & Sancti non fuerunt ita sanctificati in vtero matris suæ sicut
Ioannes sanctificatus in vtero cum aliqua differentia à cæteris. Auchoris mens. Ioannes. Et patet hoc, quia sufficiebat dicere nullus maior natus est de mulieribus Ioanne Baptista, sed addidit non surrexit. Vnde *de tumulo ad tumulum pete dictum est ab antiquis, hoc est de ventre matris ad tumulum sepulturæ*, sed de huc latius postea.
175. *Elogium Doctorum & Philosophorum.* 8. RESPONSIO ad quæsitum. Respondetur, quod encomia dixit Iesus abeuntibus discipulis Ioannis, vt non esset Ioanni occasio inanis gloriæ si coram turba dixisset eis; nemo illorum iturus erat ad Ioannem quia erat incarceratus, & erant impediti, vt eum visitarent.

DIFFICVLTAS II.

Quid intelligitur per arundinem vento agitatam?

QVæritur, quare Ioannem proprietatem arundinis, non habere dicat Christus?
Caietan. 1. RESPONSIO. Caietani in Matth.
cap. 11. *Quia prima Ioannis commendatio animi*
Hieronym. in catena S.Thom. *est constantia.* Vnde Hieronymus in Catena;
Nunquid ob hoc existis in desertum, vt videretis hominem calamo similem, qui omni vento circumfertur, & leuitate mentis de eo ambigeret, quem
176. *Prædicatores adulatores Principum damnantur.* *antea prædicaret*; Et addit Sanctus *an forsan stimulis inuidia contra me cogitur, & prædicatio eius vanam sectatur gloriam, vt ex ea quærat lucra?* Ac si diceret, non est Ioannes similis prædicatoribus, qui lucra ambitionis quærentes, adulationes Regibus, & Consulibus prædicant, & si se desperatos considerant; adulationes vertunt in rabiem, & multa contra superiores pronuntiant, & isti nunquam in eodem statu permanent,
Ps. 34. n. 5. quia inconstantes sunt, quorum imbecillitatem fugiens Psalmista dicebat, *Perfice gressus meos in semitis meis, vt non moueantur vestigia mea.* Ac si diceret; da mihi, obsecro Domine stabilitatem in bono; aliquando vero hanc
Ps. 72. n. 2. suam lubricitatem lamentabatur; *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.* Ac si diceret, misera est Domine, fragilitas humana, quæ nunquam habet in bono fortitudinem, & adhuc in viris perfectis est colluctatio cum elatione, ambitione, & desiderio imperandi, quia in nullo habent persistentiam, & nisi manu protectionis Dei tenerentur, laberentur
Rupert. Abb. Ps. 35. n. 12. sicut superbi, *Quorum lapsum*, (inquit Rupertus,) *ruinámque insuperabilem expauescens*, Propheta ait: Psalm. 35. num. 12. *Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi*
177. *Munera sanctos viros mouent.* *sunt, nec potuerunt stare.* Ac si diceret, tam vehemens & fortis est tentatio manus peccatoris dantis munera, & dignitates promittentis, quod columnæ sanctitatis timent moueri à sua constantia, & fortitudine. Sed non sic (inquit Dominus) est Præcursor, quia non mouetur sicut arundo à quocumque vento, *Quia pedes eius* Eccles. 26. n. 23.
sunt columnæ aureæ super bases argenteas, Ecclesiast. 26. num. 23. *quia ab argento habet niueum candorem; nam est speculum virginitatis*, vt Chry- Chrysolog. sermon. de Præcur.
sologus ait, *ab auro virtutum pretium*, quia inter natos mulierum nullus maior illo, à columnis robur, & firmitatem; quia non mouetur discipulorum suorum æmulatione, & fragilitate, imò fortius in radice Charitatis existit, nam sicut dixit Chrysostomus in homiliario: *Non* Chrysost. in homil.
potest aliquis dicere quod Ioannes erat constans, sed postea lasciuiæ seruiens factus est mobilis, propter quod dictum est à Domino, quid existis videre in desertum?
2. RESPONSIO. Abulensis quæst. 21. in 178. Abul. q. 21.
Matth. cap. 11. dixit: *Christus Dominus per dicta verba de mobilitate arundinis, vt significaret constantiam Ioannis.* Quasi diceret, homo qui est leuis opinionis, etiamsi interdum concipiat propositum vitæ excellentis, non potest in illo diu permanere; Ioannes autem habebat vitam *Inconstantes facile mouentur.*
austerissimam, scilicet, manens in deserto, vbi nullum bonum humanum erat, Indutus veste de pilis camelorum, & comedens solum locustas, *Ioannis encomia.*
& mel syluestre, in hac autem austeritate vitæ perseuerauit à pueritia vsque ad mortem; & nunquam pro tanta pœnitentia quæsiuit subsidium, potum aut cibos delicatos, sed præmium *Hypocrita quærunt cibos delicatos.*
laborum suorum fuit longa carceris oppressio. Quomodo ergo poterat esse leuis opinionis, & facilè moueri, sed mentis constantissimæ, & sic nunquam dubitauit de Christo, quod esset Messias.
3. RESPONSIO Bernardi, epistol. 341. 179. Bern. ep. 341.
Erubescat anima conuersa ad Dominum, tam fragili affectu sectari iustitiam. Quasi dicat, quod sunt multi qui nunquam permanent firmi, & stabiles in rebus spiritualibus, sed vna die fortes, *Fragiles & mobiles in spiritu viuiscendi.*
& statim mobiles sicut arundo, De quorum virtute dici potest, quod de hedera Ionæ, *Quæ* Ionæ c. 4. n. 10.
sub vna nocte nata est, & sub vna nocte periit. Sed hoc ad mores pertinet, & postea latius.

DIFFICVLTAS III.

Quomodo vsus vestium sit licitus.

QVæritur quomodo reprehendit Christus 190.
vsum vestium dicens, quod qui mollibus Matth. 11. n. 8.
vestiuntur in domibus Regum sunt.
1. RESPONSIO S. Gregorij in Homiliario, S. Gregor. in homil.
Nemo autem existimaret, in fluxu atque studio 1. Epist. Petri c. 3. n. 3.
pretiosarum vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset & nequaquam Petrus fœminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens, non in veste pretiosa, &c.
2. RESPONSIO Augustini lib. 4. de do- Aug. de doctrin. Christ. lib. 4.
ctrina Christiana, qui ait, *tunc in omnibus non vsus rerum sed libido vtentis in culpa est.* Quasi Abul. q. 22.
diceret, vt Abulensis explicat quæst. 22. in in Matth.
Matth. *Quod circa vestes, & totum ornatum exteriorem potest quis bene se habere in omnibus quæ in vsum nostrum veniunt; id est, si non sint per se bona; virtus & vitium possunt esse in quantum in eis esse superabundantia, & defectus, & bene, & malè à ratione dirigi, vt Aristot. dicit 7. Ethic.* Aristot. 7. Ethic c. 12.

 cap. 12.

Ad Cor. c. 11. Glossa. *cap. 12. Et si quaras*, quomodo potest excusari
consuetudo in vestibus, quia licita est, vt inquit
Apostolus ad Corinth. 11. Respondet Glossa,
*Quod ornatus mulierum, qua contemnebant Viros
suos, & vt alijs placerent, ornabant sepulchra:*
Cyprian. cit. à Tost. q. 22. in Matt. c. 11. *hoc semper est illicitum.* Vnde dicit Cyprianus,
*Quod tales perdunt ornatum mentis, qui volunt
placere viris incitando ad peccatum.*

3. Responsio Si quæras, *Vtrum liceat
nouas introducere vestes & vsus ad lasciuiam pro-
uocantes vt ostendere pectora, & dorsum (sicut
Abulens. cit. q. 23. his calamitosis temporibus est in vsu?)* Respondit
Abulensis quæst. 23. *Satis peccat, qui nouitatem
in vestibus introducat, alijs occasionem tribuit
sequendi eandem nouitatem, cum hoc sit causa
depauperationis.* Ac si diceret, quomodo non
erit graue peccatum introducere vsus ve-
Vsus vestimentorum destructio Regnorum. stium lasciuos? Quomodo non est grauis culpa
gubernatorum, senatorum & Regum, qui pro-
pter vanitates vestium, & superfluos sumptus,
& immoderatos, non solum dant occasionem
181. depauperationis Regni, sed & consummationis.
August. 3. Confess. Vnde Augustinus 3. Confession. *Qua contra
mores hominum sunt flagitia pro diuersitate pro-
ximorum vitanda sunt; turpis enim est pars, qua
suo non congruit vniuerso.* Ac si diceret Sanctus:
quæ turpitudo non est introducta in Republica;
quæ in vestibus prophanis differt ab vniuerso?
quæ namque natio tam barbara quæ videns
suam periclitari Rempublicam, remedium festi-
nantes non approximet? Fomites autem huius
Hieron cit. supra ab Abulens. calamitatis (inquit Hieronymus,) *In domibus
Regum sunt, vbi quotidie vsu prapostero vestium
Chrysost. in homil. prophanarum pullulat?* Vnde Chrysostom. in
homil. *Si Ioannes vellet mollibus vestibus vesti-
ri, non eremum habitasset, sed Regum palatium.*

Et si quæras, vtrum varietas vestimentorum
sit peccatum, quod est interrogare Hispanico
Hispanica locutio. sermone, *Si los trajes tan profanos que se vsan
oy, sea pecado el traerlos, y consentirlos?*

183. 4. Responsio sit cum S. Hieronymo
S. Hieron. in Sophoniam. c. 1. n. 8. explicans illa verba Sophoniæ: 1. num. 8. *Visi-
tabo super omnes qui induti sunt veste peregrina.
Et si quaras, qui sunt qui hac veste peregrina
vtuntur?* Respondeo; *nunc homines Hispani, &
Authoris mens, vxores eorum, qui patrios, & antiquos cultus fa-
stidientes peregrinis, & lasciuis vestibus ornan-
tur? Nonne prapostorus videtur mundus priscas,
& contrarius vestibus & honestis ornamentis Pa-
Aug. lib. 3. de doctrina Christ. trum nostrorum.* Legantur Augustinus, & Am-
brosius, quasi prophetizantes calamitates huius
temporis: *In vsu vestium,* (inquit Augustinus,)
Ambrosius lib. 1. offic. *oportet abesse libidinem.* Et Ambrosius: *Decor
Abul. q. 23. corporis non sit affectatus sed natura vel simplex,*
id est, vt Ambrosius quæst. 23. explicat, *Nihil
faciamus homines, vt ex vestibus acquiratur pul-
chritudo, vel fulgor quem non habemus.*

Sed proh Dolor! quia homines huius sæculi
effæminatos, & fulgoribus plenos videmus; pro-
pter quod abominabiles facti sumus Deo: nam
Deut. c. 22. n. 5. vt dicitur Deuter. 22. n. 5. *Non induetur mu-
lier veste virili, nec vir vtetur veste fæminea;
abominabilis enim est apud Deum, qui facit hac:*
quis non expauescit, & corde trepidat, hæc au-
diendo? Cum notum sit, quod vix inter Hispa-
nos fœmina nobilissima reperiatur; quæ non sit
intus vestibus virilibus ornata? Quid eis desit,
nisi vt arma accipiant; quia homines fœmineis
vestibus, & capillaturis vtuntur. Vnde transla-
tio Vatabli ait, *Mulier ne gerat arma virilia;* Translat. Vatabl.
*nec vir induatur vestimento muliebri; quoniam
abominandus est Domino, quisquis illa fecerit.*

Et quæro, quare quæratur inanè ab Hispanis 184.
causa, cur Deus illis sicut solebat patribus suis *Hispani antiquiores gigantes, quare.*
in prælijs non fauet, nullam aliam inueniant nisi
quia propter vsus vestium, effœminati, & abo-
minabiles facti sunt Deo, quia mutauerunt His-
pani gloriam, & vestes simplices, quibus vte-
bantur antiquitus. *Achab nonne mutato virili
habitu pralium ingressus, sagitta vulneratus in-
teriit.* 3. Reg. 22. num. 34. *Nonne vxor Iero-* 3. Reg. 22. n. 34.
*boam mutato habitu muliebri consulat Prophetam
Achiam & triste nuntium ab eo super mortem filij
sui intimatam audiuit* 3. Reg. 14. n. 12. *Nonne* 3. Reg. 14. num. 12.
*Saul mutato habitu consulat Pythonissam, &
præsagium mortis sua, & filiorum eius cito audi-
uit, & vidit?* 1. Reg. 28. num. 19. *Thamar pro* 1. Reg. 28. num. 19.
adimplenda libidine appetitus sui habitum non Gen 38. n. 15
*mutauit, & exposuit se periculo infamia, & nota
vt taceam prophanas fabulas, vbi mutatio ve-
stium innumerabiles transformationes inuenit,* 185.
*adulteria, incesta; & strupa, atque deliria inau-
dita.* Sufficiat, quod annotant Septuaginta in Septuag. in
cap. 22. num. 5. Deuteronomij: *Non erunt va-* c. 22. Deut.
sa viri super mulierem nec induitur vir stolam Translat.
muliebrem. Vel vt Chaldæa translatio, *non or-* Pagr. Translat.
nabitur vir ornamentis mulieris; quia abominabi- Chaldæa.
le est coram Deo, qui fecerit hac.

5. Responsio. Si quæras, quæ sunt
arma mulieris? quæ vasa? quæ ornamenta? Res-
pondetur cum Iusto Orgilitano, *Quod capilli* Iust. Orgil. in Cant. c. 4. n. 9.
sunt fortiora arma fæminina. Vnde in Cant. di-
citur cap. 4. num. 9. *Vulnerasti me Sponsa in
vno crine colli tui.* Vnde viri fœmineis vtuntur
hodie armis istis, quia maiorem comam capil-
lorum nutriunt, ornant, & fulgere intuntur
quam lasciuæ, & pulchræ mulieres. *Qua au-* 186.
tem vasa muliebria? nisi vbi vnguenta fucorum, *In fames homines conuertuntur vestibus fæminis induti*
*& colorum sunt, quibus effæminati viri, vt atto-
re resplendeant vtuntur. Qua enim sunt ornamen-
ta fæminarum? qua maiorem eis pulchritudinem
præstant. Nonne coma capitis.* Secundum dictum
Apostoli 1. Corinth cap. 11. num. 15. *Mulier* 1. Cor. c. 11. n. 15.
si comam nutriat, gloria est illi. Ergo viri qui
comam capillorum nutriunt illi sunt, de quibus
Sophonias, cap. 1. num. 8. loquitur, *Visitabo* Soph. 1. n. 8.
super illos, qui veste peregrina vtuntur; quia pe-
regrinum, & rarum est, quod videtur hodie;
nam homines mutauerunt vestes, & vsus inglo-
rios & prophanos: Ita quod coma, quæ gloria
est mulieri; viris infamia, & abominatio sit
apud Deum.

6. Responsio: ad quæsitum alterum 187.
respondetur quomodo & quando vsus vestium Matth. c. 11.
mollium, de quibus Christus loquitur, qui
mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt,
quando erit peccaminosus: dicit Abulensis Abul. q. 23.
quæst. 23. *Cum quis supra statum suum, &
facultatem ornetur, & fulgeat, tunc videtur esse
peccatum mortale; quia,* vt inquit Ambrosius Ambros. 1.
lib. 1. Officior. *Homo communis non debet or-* Offic.
nari vestibus pretiosis, & fulgentibus. Et Augu- August.
stinus loco citato; *quia abutitur talis consuetudi-* Abulens.
ne sui status. Et addit Abulensis quæst. 23. *quia
omnino est irrationabile pauperem velle pretiosis
vestibus vti, cum per hunc superfluum cultum co-
gatur deficere in necessarijs ad sustentationem.* Et
Gregorius in homil. *Sicut nonnulli qui cultum* Gregor. in homil.

subtilium,

subtilium, pretiosarúmque vestium non putant esse peccatum; quod si culpa non esset, nequaquam
Luc. cap. sup. cit. *sermo Domini tam vigilanter exprimeret, quod Diues, qui torquebatur apud inferos bysso &*
188. *purpura fuisset indutus.* Quasi dicat Sanctus,
Abusus vestimenti circa debitum seruorum soluendum. quod vestimenta excedentia proprium statum: & superflua in magnatibus, maximè si pauperibus & seruis suis non succurrunt, & soluunt, quod eis debetur, graue peccatum est.

Abul. cit. 7. RESPONSIO. Abulensis loco citato, qui ait, *Quod vestium profanitas adhuc in mulieribus, si excedit conditionem status sui peccatum est.* Vnde Apostolus 1. ad Timoth. cap. 2.
1. ad Timot. c. 2. n. 9. num. 9. *Mulieres in habitu, & ornatu cum verecundia, & sobrietate ornantes se; id est, sobrietas sit mensura, & qualitas cuiuscumque persona.*
Abul. cit. 1. Timoth. Et subdit Apostolus: *Non in tortis crinibus, auro, aut margaritis, aut veste pretiosa.* Quasi
Vestimentorum varietas perditio Regnorum. diceret ornari auro, & pretiosis vestibus, non licet communibus mulieribus, sed solum vestimentis auro, & bysso textis vtantur Reginæ & Principes. Non sicut meretrices, & scandalosæ mulieres; nam istæ & qui talia consentiunt,
189. peccant, quia vt ait Augustinus lib. 3. de do-
Aug. lib. 3. de doctrin. Christiana. ctrina Christiana. *Quisquis sic vtitur exterioribus rebus metas consuetudinis rationabilis excedit.*
Æqualitas pretiosa vestimentorum destructio Regnorum. Quasi diceret: omnia sic perduntur, & confunduntur in Republica, quia nobilis ab ignobili non distinguitur, neque seruus à Domino; & mendicus operarius ab equite nobilissimo.
Matth. 18. Et insuper depauperantur omnes, & scandalizantur nationes alienigenæ, vel potius in risum, & opprobrium illis eueniunt, quia talis vsus vestium pretiosarum in domibus Regum solum debent inueniri, vt Christus dixit, & in seruis suis qui semper sunt principaliores, & similiter in hominibus eius qualitatis. Vestimenta autem prophana designant malos mo-
Chrysost. in homil. res. Vnde Chrysostom. in homil. *A vestimentis, & moribus Ioannis deducit Christus esse Prophetam & plusquam Prophetam.*

DIFFICVLTAS IV.

Vt quid dicit Dominus, quòd Ioannes est Propheta, & plusquam Propheta?

QVæretur, qua ratione & occasione dixit Christus, quod Præcursor erat Propheta, & plusquam Propheta?

190. 1. RESPONSIO Gregorij in Catena San-
Gregor. in Catena S. Thom. cti Thomæ, *Quia Prophetæ prædicabant, & prædicebant ventura de Messia, sed non demonstrabant, Ioannes verò plusquam Propheta, quia eum quem præcurrendo prophetauerat, etiam ostendendo monstrauerat.* Ac si diceret, credite Ioanni
Ioannes quare plusquam Propheta. quia non solum de me prophetauit, adhuc ex vtero matris loquens per os matris suæ, sed & vobis prædixit me esse Messiam; & ideò misit vos ad me, non ignorans, sed prædicans, & docens, & in hoc plusquam Propheta, quia illi non
Ioan. c. 1. cognouerunt me, Ioannes vero venit in testimonium meum, vt illud perhiberet de veritate verbis & signis, & digno me ostendendo, & prædicando.

Hieronym. in catena 2. RESPONSIO Hieronymi in Catena, *In quo etiam ceteris Prophetis maior est; quia priuilegium prophetale etiam Baptismi accessit præmium, vt suum Dominum baptizaret.* Ac si diceret: *Prophetæ præmium suæ prophetiæ receperunt*
Coronauit manus Ioannis Christum. *sperando videre Verbum diuinum incarnatum:* At Ioannes, & vidit, & tanta mercede, & honore coronatus est, vt baptizaret Christum, & quasi manu sua coronam Redemptori imposuerit.

3. RESPONSIO, Abulensis quæst. 17. 191.
Ioannes est plusquam Propheta, quia habuit excel- Abul. q. 27. in Matt. 11.
lentiam quandam supra rem prophetatam, & super Luc. 10.
ceteros, quia vt Christus dixit; Lucæ 10 Multi Prophetæ voluerunt videre quod vos videtis, & non viderunt; hoc autem conuenit ad gradum Propheticum. Quia consistit Prophetia in cognitione; perfectius autem aliquid cognoscitur cum sensu percipitur, quam cum solo intellectu apprehen- *Subtilitas intellectus Ioannis.*
ditur; Ioannes autem intellecto cognouit in ventre matris, vox clamantis fuit in deserto, & in Iordane vidit, & audiuit, & tetigit, & in carcere Matth. c. 11.
prædicauit, & docuit Discipulos.

4. RESPONSIO. Chrysostomi, *Secundum* 192.
quid est maior Ioannes Prophetis? Secundum il- Chrysost. in homil.
lud quod est prope Christum. Et ideò dicitur Matth. 11. *Mitto ante faciem tuam, hoc est, prope* Matth. 11.
te. Ac si diceret, vt adnotauit Abulensis q. 27. Abul. q. 27.
Ioannes cucurrit cum Christo, ceteri Prophetæ de longe prænuntiauerunt; iste autem fuit immediatè ante eum, id est, primum gradum excellentiæ *Excellentia Ioannis.*
habuit post Christum, de quo in sequenti difficultate dicemus.

DIFFICVLTAS V.

Quare per Malachiam prænuntiatus fuit Ioannes, & vocatus Angelus?

QVæretur, quare Propheta Malachias cap. 3. 193.
num. 1. prophetauit de Præcursore. Malach. c. 3. n. 1.

1. RESPONSIO Hieronymi in Catena, Hieronym. in catena
Quia ceteris Prophetis maior est. Vel vt Chry- S. Thom.
sostom. in homil. *Vt monstraretur secundum* Chrys. in homil.
quid est maior, dicens; hic est enim, de quo scri- Malach. 3. n. 1.
ptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. Quasi diceret, ita excellentissima fuit vita Præcursoris, vt cum miraculum nullum fecerit, perpetuum fuit ipse miraculum *Ioannis eximia laus.*
miraculo Prophetatus, miraculo conceptus, miraculo clausus adhuc in vtero venientem Dominum sentiens, & matri suæ demonstrans, miraculo circumcisus, mutam Patris sui linguam exsoluens, miraculo inter feras vitam gerens.

2. RESPONSIO. Hieronymi, *Vt meri-* 194.
torum Ioannis argumentum faceret Dominus de Hieron. cit.
Malachia testimonium infert, in quo etiam Angelus prædicatur. Quasi diceret Angelum hic Ioannem non putemus naturæ societate, sed officij dignitate, id est, nuntium qui venturum Dominum nuntiauit. Et Auctor imperfecti ad- Auctor imperfecti.
didit, Ioannes non solum æquauit Angelos, sed superasse videtur; quia cum homo, & non Angelus esset, Angelicam, non humanam vitam egit. Ita vt multi ex Iudæis verè fuisse Angelum existimauerint, vt Auctor est Eusebius. Eufeb.

3. RESPONSIO

bant, & videbant opere exercere, quod prædicabat ore. Propter quod dixit Chrysologus. *Ioannes orbis notus, fama virtutis cognitus, celeberrimus sanctitate.*

Chrysolog. serm. 127.

Et si quæras, quare discipuli Ioannis ista narrauerunt Ioanni? sit

Beda in Matth. 14. Hieronym. in Matth.

3. Responsio Bedæ *non simplici corde, vt opinor, sed inuidia extimulante hoc dixerunt.* Et Hieronymus, *quod ex mordacitate, & æmulatione hoc dixerunt, quia antequam incarceratus esset Ioannes, iterum æmulati sunt eum dicentes*

96. *Ioanni: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce baptizat.* Et omnes veniunt ad eum Ioann. cap. 3. Et Præcursor increpauit Discipulos, & vt alter Moyses, quando dixit Iosue, inuidenti, *quis mihi det, vt omnis populus prophetet.* Numer. cap. 11. n. 29.

Ioan. c. 3. Numer. cap. 11. n. 29.

97. 4. Responsio. Sed mihi semper visa est rationabilis opinio, quam refert Abulensis q. 6. in Matth. 11. quod Discipuli nuntiauerunt Ioanni mirabilia Christi propter nouitatem rerum, & magnitudinem: nam quilibet homo scire desiderat valde, & videre, & audire nouitates, vt videre est in Herode, qui desiderabat videre Iesum propter magnalia, quæ de ipso loquebantur. Ita cum vt refert Matth. cap. 9. talia non apparuissent in Israël; Discipuli Ioannis narrauerunt illi, quæ dicebantur de Christo, vt audiendo gauderet, sicut valde grauisus est. Et Tertullianus tangit hoc *misit Discipulos sciscitari Christum.*

Abulensis q. 6. in Matth. c. 11. *Authoris mens.* Matth. c. 9. Translat. Tertul.

DIFFICVLTAS V.

Vtrum incarceratus Ioannes obligabatur ad arguendum Regem incorrigibilem?

98. QVæritur, vtrum cessare debuit Ioannes à correctione publica, maximè si Rex erat incorrigibilis?

Authoris mens.

1. Responsio. *Ratio dubitandi stat, quoniam poterat esse mortuus Philippus frater Herodis. Et lex* Deuteron. 25. *præcipiebat, quod mortuo fratre maiore, poterant minores accipere vxorem illius, si non dimiserat filios, vt suscitaret semen defuncti. Sed Herodias habebat filiam ex Philippo saltatricem, & sic erat per talem gradum affinitatis illicitus coitus,* vt patet Leuitici 18.

Deuter. 25. Leuit. 18.

2. Responsio Abulensis. Si quæratur, si erat repudiata à Philippo Herodias, si poterat cum Herode se nubere, sicut in casu repudij cum quolibet extraneo poterat nubere se? Respondetur quod *propter gradum affinitatis dictum, erat prohibitum in lege nubere se, nisi in casu speciali dicto, & negato in Herode.* Deuteron. 24. ideo rectè concludit Abulensis, *Quod Herodes duo crimina committebat, adulterium & incestum;*

99. *adulterium, quia alienam vxorem habebat; incestum, quia erat ei coniuncta gradu affinitatis prohibito.* Ex quo respondetur ad primum quæsitum, quod Ioannes tenebatur adhuc incarceratus ad argutionem, ideo semper insistebat prædicando & dicendo, *non licet tibi Rex habere vxorem fratris tui*; in quo vtrumque crimen tangitur; adulterium, cum dicitur, vxorem; incestus in quantum dicitur fratris tui.

Abulens. q. 17. in cap. 14. Matth. Deuter. 24. Marci c. 6. n. 19.

100. Vnde quamuis Rex esset incorrigibilis, tamen *eo audito multa faciebat, & libenter eum audiebat;* fructus enim æstimabiles erant, vt non cessare debuerit à prædicatione, etiam si verum sit, quod quando non est spes futuræ emendationis non obligat correctio; cum nemo teneatur ad inutilia, vt Theologi cum S. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 6. ad 1. & 2. tenent: sed quando peccatum in aliorum damnum & ruinam vergit propter scandalum, tenetur quis non cessare à correctione, etiam coram incorrigibilibus. Ita Scotus, Alexander, Lyra, & ex recentioribus. Toletus, Bañez, Reginaldus, & Bonacina. 101.

Idem. *Fructus prædicationis semper.* *Theologorum axioma.* S. Thom. 2. 2. q. 33. a. 6. ad 1. & 2. Scotus. Alexander. Lyranus.

3. Responsio. Ioannes etiam oppressus, & incarceratus, non tacebat, *ne daret ansam Iudæis, quod dolum in sua sanctissima persona ponerent, & ita minimè crederent, quod affirmabat de Christo Messia vero, & insistendo in tam prohibito facinore quod perpetrabat Rex etiam cum periculo mortis, magnum reuera testimonium fecit & stupidos, & admiratos reliquit Pharisæos videndo in obseruatione legis talem, ac tantum Prophetam, qui erat prædicator veritatis, & lucerna lucens, & ardens ardens sibi, lucens nobis docendo Christum verum esse filium Dei, qui peccata mundi veniebat tollenda.* Hæc Albertus Magnus. 102.

Toletus in cap. 3. Lucæ. Reginaldus lib. 4. c. 25. Bañez 2. 2. q. 33. art. 6. Bonac. tom. 2. d. prima de charitate q. 4. Sylueira tom. 2. c. 4. de Ioanne incarcerato. Albert. Magn.

4. Responsio Cyrilli Alexandrini lib. 2. Thesaurorum cap. 4. *Ioannes Herodem vt Principem arguebat, vt periculo suo positus in carcere ad beneuolentiam Christi Iudæos reuocaret, & credibilior apud eos fieret:* nam pro lege pati videbant Ioannem, & vt faciliores ad credendum ei fierent, & ita morte sua cæteris prodesse studebat.

Cyrill. Alex. lib. 2. Thesaurorum cap. 4. *Prædicatores scandala debent insistere vt tollantur etiam cum periculo vitæ.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare Ioannes misit duos Discipulos ad Christum?

QVæritur, quare miserit Ioannes discipulos ad Christum? 103.

1. Responsio Chrysostomi. *Quia detrusus Ioannes in carcere erat, & fortassis præuidens mortem suam; tunc indigebant magis auxilio Iesu,* quasi Sanctus diceret, quod magis ad Deum erigimur, cum incumbit necessitas. Sed ad mores de hoc postea latius.

Chrysost. in hom.

2. Responsio Hieronymi. *Ioannes interficiendus ab Herode Discipulos suos misit ad Christum, vt sic esset eis occasio adhærendi ei, visis prodigiis quæ faciebat, & non manerent in errore eo mortuo.* Ac si diceret semper Ioannes veram fidem prædicauit de Christo Discipulis suis, sed tempore mortis auidius.

S. Hieron. in Matth. *A prædicatione nunquam cessandum.*

3. Responsio Chrysostomi. *Ioannes suadebat eos continuo de Christo; quia autem erat obiturus, plus studium fecit; formidabat enim, ne relinqueret in Discipulis suis perniciosi dogmatis conditionem.* Quasi diceret, quod timuit Ioannes, ne solita doctrina de fide Christi, quam tanto labore in corde Discipulorum, introduxerat per nouas & inauditas opiniones intrusas per Magistros superbos, & honoris ambitiosos destrueretur. 104.

Chrysost. citat.

4. Responsio Abulensis. *Misit duos Discipulos Ioannes, quia isti testificatores erant, quid Dominus responderet, & tamen lex nunquam suscipit testimonium crevnius, sed in ore duorum, vel trium testium.* Deuteron. 19. n. 35. 105.

Abulens. q. 8. in c. 11. Matth. Deuter. 35.

5. Responsio

image
not
available

rendum hoc à Christo. Ex quo Hilarius citatus in Abulensi q.9. in cap.11. Matth. dicit, *Ioannes, non sue, sed discipulorum ignorantia consuluit, vt scirent non alium à se prædicatum ad opera eius intuenda Discipulos suos misit, vt auctoritatem dictis suis illius opera conferrent, ne Christus alius expectaretur quam cui testimonium opera præstitissent*, & hoc insinuat translatio Syriaca: *Tu es is qui venturus erat, an alios expectamus.* Ac si diceret, potest esse Propheta, qui maiora miracula faciat, vt expectemus eum.

Hilar. cit.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Christus dixit nuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis.

QVæritur, quare non respondit Christus dicite Ioanni, *quod ego sum Messias, qui venturus est.*

Chrysost. citat.

1. RESPONSIO Chrysostomi qui in homiliario dicit: *Christus autem mentem noscens Ioannis non respondit, ego sum; quia per hoc rursus obsisteret hoc audientibus; excogitassent enim (etiam si non dixissent) quod Iudæi ad ipsum dixerunt: Tu de te ipso testimonium perhibes, & propter hoc à miraculis fecit eos discere insuspicabilem doctrinam faciens & manifestiorem.* Ac si diceret, testimonium enim, quod est rebus & operibus credibilius est, testimonio quod est à verbis.

Ioan. 8. n. 13.

115.

Abul. q. 12.

Impij bonis exemplis reducuntur.

2. RESPONSIO Abulensis: *Statim curauit cæcos, & claudos, & alios multos, non vt doceret scientem, sed illos qui dubitabant.* Quasi diceret, impij & infideles magis credunt operibus, quàm locutionibus prædicatorum. Væ autem his temporibus illis, qui tantum laborant in verborum ornatu, cum Verbum Dei prædicant, sed hoc ad mores pertinet, & postea latius.

116. Cyrill. cit. à Tost. q. 12.

3. RESPONSIO Cyrilli, qui aliter explicat prædicta verba in hunc sensum: *Narrate Ioanni, quæ quidem audistis per Prophetas consummari vidistis à me.* Quasi diceret: ea compleuit Christus, quæ dicta erant à Prophetis de illo. Et in eodem sensu dixit ad Nathanaël Philippus Ioan. cap. 1. *Quem scripsit Moyses, & Prophetæ inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.*

Ioan. c. 1. n. 45.

117. Abul. q. 12. in Matth. cap. 11.

Narrata à iustis credenda sunt.

4. RESPONSIO Abulensis quæst. 12. *Alia tendit via, id est, dicite Ioanni quæ audistis, & vidistis.* Ac si diceret, quæ à turbis audistis de me, dicite quod vidistis propriis oculis. Ac si diceret, multa miracula differentia numero, & specie narrauerunt turbæ Discipulis Ioannis, quæ ipsi non viderunt, sed audierunt, & hoc est, dicite, quæ audistis; illa vero, quæ coram illis fecit prodigia, vt cæcos videre, & claudos ambulare, dicite quomodo vidistis, & omnia renunciate Ioanni audita, & visa.

DIFFICVLTAS IX.

Qui sunt Pauperes qui euangelizantur?

QVare inter cætera mirabilia, quæ fecit Christus coram Discipulis Ioannis dicitur: Pauperes euangelizantur?

118. Caietan. in Euang. ad c. 11. Matth. Translat. Græca. Abul. q. 16. in Matt. c. 11

1. RESPONSIO Caietani cum translatione Græca: *Quia Apostoli accipiunt bonum nuntium, id est, euangelizantur.* Vnde Abulensis dicit: *Pauperes qui euangelizantur, dicuntur Apostoli, id est, viri inopes, & ignobiles, & rusticani, & sine litteris.* Ac si diceret, quæ maior potest esse admiratio, quam videre homines idiotas, & sine litteris magnalia facere, & annuntiare Regnum cœlorum? Vnde dicitur Actor 4. num. 13. *Quod Iudæi videntes constantiam Ioannis, & Petri, comperto quod essent homines sine litteris, & idiotæ, admirabantur.* Et vt notauit Caietanus *inter alia Iesu Christi admiranda opera connumeratur contrarius ordo ad ordinem mundanum circa annunciationem Regni cœlorum* Et hoc significat etiam, quod soli pauperes spiritu, hoc est non affecti diuitiis sint illi, qui verè accipiunt bonum nuntium, id est, euangelium.

Act. c. 4. n. 13

Caietan. cit.

Abul. q. 16.

2. RESPONSIO Abulensis dicentis, *Quia scilicet, Apostoli fuerunt primi nuntij noui testamenti. Etsi iam euangelizabatur Regnum Dei, ergo Messias aduenerat, secundum id quod Lucæ 16. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem.* Vnde Hieronymus, & Theophylactus colligunt prophetias de Messia adimpletas esse: nam Ierem. cap. 31. num. 34. dixit: *Omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum.* Ergo si pauperes, & minores euangelizantur regnum Dei, iam venit Messias.

Luc. 16. n. 16 Hieron. Theophyl. Ier. c. 31. n. 34

119. Caietan. cit.

3. RESPONSIO Caietani dicentis: *Pauperes qui euangelizantur, sunt Apostoli, & in hoc manifestatur potentia Dei, quod ab humilibus & pauperibus primo prædicatur bonum nuntium: nam (væ pauperibus; si diuites, & potentes euangelizarentur) & ab eis ad pauperes deriuandum esset bonum nuntium*, vt in Aulicis accidit, quòd nuntia bona Regibus primo adueniunt, & inde deriuantur ad pauperes, sed mutatur ordo in cœlestibus: nam pauperes primò euangelizantur, Deinde diuites.

Aulicorum nuntij attenti ad vtilia.

120. Authoris ment.

4. RESPONSIO ex qua potest euidenter colligi potentia verbi incarnati: *Nam incipit locupletando pauperes spiritu, quia Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublenat,* 1. Reg. 2. num. 6. *Hoc est, potentes, scribas, & sapientes Doctores legis humiliauit, ditando pauperes Apostolos, dando eis nuntium bonum Euangelij, & faciens vt ex illis tanquam ex fontibus deriuetur ad Principes & sapientes terræ. Et hoc dixit postea idem Dominus agens Patri suo gratias, quia mysteria fidei abscondit à sapientibus, & prudentibus, & reuelauit ea pauperibus spiritu, qui verè per humilitatem erant paruuli recogniti sui, quanto repleti spiritu sapientiæ & intellectus.*

1. Reg. 2. n. 6.

Pauperes locupletati süt Euangelio.

Matth. c. 11. num. 25.

Vnde scriptum est de superbis sapientibus Exod. 15. num. 9. *Interficiet eos manus mea*, vbi legit translatio Hebræa *Aras*, quod significat pauperabit. Et sic Caietanus *Legit pauperes faciet manus mea.* Ex quo potentia Dei ostenditur, tam in pauperando Principes, & sapientes, relinquendo eos in sua stultitia, quam ditando pauperes spiritu, dando eis potestatem euangelizandi, & faciendi mirabilia, cæcos scilicet, & infirmos curando. Hoc sufficiens fuit responsum, vt discipuli Ioannis instruerentur, & vt mouerentur eorum corda, vt Christum sequerentur sicut secuti sunt post decollationem Ioannis, vt Abulensis notat.

Exod. c. 15. Translat. Hebr. Caietan.

121. Diuites pauperãdo Deus ostendit potentiam.

Abul. cit.

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS X.

Qui sunt isti beati qui non fuerint scandalizati in Christo?

QVæritur quis est iste beatus qui in Christo non fuerit scandalizatus.

122\. 1. Responsio Hieronymi, *Quod erant Discipuli Ioannis qui non rectè credebant, quæ de Christo dicebantur, imò potius inuidebant ei*, vt patet Ioann. 5. & addit idem Sanctus Hieronymus in Matth. 11. & Chrysostomus in homiliis *Internuntios percutit, quia scandalizabantur in ipso, Dubitationem eorum non diuulgans, & soli eorum conscientiæ derelinquens redargutionem eorum latenter induxit.* Ac si diceret, poterat Dominus palam dicere; propter vos dico hoc, sed tacuit ne erubescerent, & confusè dixit, Beatus, *Qui non fuerit scandalizatus in me.*

Hieron. in Matth. Ioan. 5. Chrysost. Hieron. cit.

Prælati in secreto peccata reprehẽdant.

2. Responsio Caietani in Matth. 11. ait: subiunxit hoc Christus, *Vt præberet occasionem Ioanni erudiendi, & præmuniendi discipulos suos, ne scandalizarentur in Christi abiectione & passione.* Et eodem sensu loquitur Hilarius in Cathena Sancti Thomæ; *quia metu eorum, scilicet, ne scandalizarentur: Discipulos suos Ioannes, vt Christum audirent, misit.* Ac si diceret, timebat Ioannes fragilitatem Discipulorum suorum, & vt robustiores fierent in fide misit illos ad Iesum, qui penetrauit corda eorum, & ipsi postea cognouerunt, quod Christus erat filius Dei: nam dicere potuerunt sicut Discipuli Iesu euntes in Castellum Emaüs: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquetur. Vnde apparet, quod discipuli Ioannis perfecti, & robustiores in fide reuersi sunt ad Magistrum suum; quia vt Origenes dixit, scandalum paruulorum est; prudens autem non scandalizatur, quia diuidit, quæ diuidenda sunt, & separat, quæ sunt separanda.*

Caietan. Hilarius in Cathena S.Thom.

Fragiles timendi sunt.

Luc.23.n.32

Orig. sup. cit.

3. Responsio. Cyrillus citatus à Tostato q.17. in Matth. &c. *Alia progreditur via, per prædicta verba voluit Christus ostendere Discipulis Ioannis, quod erat verè Messias: nam sicut cætera miracula ostendebant ipsum esse Messiam, eodem modo penetrare, & cognoscere corda eorum, & dubitationem, quam de ipso tenebant, manifestabat esse Messiam.* Volebat ostendere Dominus (ait Cyrillus) *quod quæcumque versabantur in cordibus eorum ab oculis eius effugere nequiuerant; ipsi enim erant, qui scandalizabantur de ipso.* 123.

Cyrill. cit. à Tostato. Cyrillus.

4. Responsio Gregorij: *De generali scandalo totius mundi de morte Iesu intelligit prædicta verba. Quid est ergo dicere, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectionem mortis suæ humilitatémque significare.* Ac si patenter dicat: mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor. Ac si diceret, mens mea erit Iudæis scandalum, vt Apostolus 1. Cor. dixit, sed Beatus qui ablato scandalo infirmitatis humanitatis meæ diuinitatem in vno etiam supposito similiter crediderit. 124.

Gregor. in Cathena S.Thom. 1.Cor.n.23.

5. Responsio Ambrosius in Lucam: *Insinuat, quod isti duo Discipuli missi à Ioanne qui erant scandalizati de factis Iesu, significant duos populos*, Gentilicum, & Iudaicum, *quorum vnus putabat scandalum passionem*, alter *stultitiam.* Vnde translatio Vatabli loquens cum omnibus populis, ait: *Et beatus quicumque non fuerit offensus in me, vel vt translatio Syriaca dicit, Felix ille qui non impegerit in me.* 125.

Ambrosʃ. in Lucam. Translat. Vatabl. Translat. Syriaca.

TRACTATVS SEXTVS, AD MORES.

Super illa verba; *Cum audisset Ioannes in vinculis.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare permisit Dominus quod Ioannes esset in vinculis?

QVÆRITVR, quare Ioannes inter natos mulierum maior, detinetur in vinculis.

126\. 1. Responsio. Chrysologus serm.128. *Vt victa venia locum veniæ non relinquat.* Ac si dicat nullum maius supplicium neque flagellum potest Reipublicæ venire quam vinculis peccatorum ligare Prædicatores, qui nullam aliam mercedem requirunt quam veniam quærere peccatoribus. Meritò concludit Chrysologus videndo Præcursorem in vinculis mancipatum, *Meritò concussa sunt viscera mea, corda tremuerunt.* Vnde Regius vates promisit ruinam à perfectionis statu, cum vidisset sanctum & iustum molestari; & in preces effusus exclamabat, *Saluum me fac Domine quoniam defecit sanctus.* Psalm. 11. num.2. Quasi diceret: væ mihi Domine, quia cum respublica tua pullulat impiis, & non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Quid factura est? nisi præcipitari in malum, oppugnata à malis, separata à bonis, quid superest? nisi vt miserabiliter ruat. Propter quod iterum rogo, vt geminata petitio declaret pressuram

Chrysolog. serm 128. *Prædicatores exulare supplicium Reipublicæ.*

Chrysolog. 127. Ps.11.n.2.

Psal. 11. pressuram necessitatis meæ. *Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus*; quasi dicat Inuinculatus est Ioannes, incarceratus Prædicator veritatis, quod est vltimum flagitium vnius Reipublicæ.

Sed Præcursor in vinculis tecum loquor; *Vbi est illa Regalis amicitia? Vbi auditus ille gratus ad sermones, & petitiones tuas? Vbi concursus Aulicus, ad te properans tanquam ad priuatum Regis. Vt illis fauorem tuum impartiaris?* Respondere potest Ioannes *cum hominibus operantibus iniquitatem non consentiam, vel non communicabo cum electu eorum*, Psalm. 140. num. 4. Quasi diceret, melius est *modicum iusto super diuitias peccatorum multas*. Vnde legit Hebræus, *non vescor deliciis eorum*, quia neque communicare, neque manducare debent sancti, & immaculati prædicatores cum Principibus operantibus mala.

128. Ps. 140. n. 4. Translat. Hebr.

2. Responsio. Prædicatores veritatis in exilium missi, vel in custodiam positi, tot præcones sunt sanctitatis illorum, quot accusatores impiorum. Hinc Chrysologus: *Herodes te causa petit, te arguunt vincula, te carcer accusat, te diuulgat producta in publicum Ioannis iniuria.*

Chrysolog. citat.

129. 3. Responsio. Sed interrogare volo Ioannem: Præcursor optimè, *Quare eremum dereliquisti, & in curia Regia prædicare voluisti?* Sed respondet forsitan id quod in eodem Psalmo dicitur, *Singulariter sum ego, donec transeam*, hoc est, in conceptione de matre sterili natus fui, & in eius vtero sanctificatus innocens in eremo, separatus, & solitarius, & in vinculis constitutus, donec transeam. Ergo singularis ero prædicando, & propter veritatem caput offerendo Deo. Et singularis fuit Ioannes in populo; quia vt inquit Chrysostomus in Psalm. 140. *Solitudo non facit esse solum, sed mens quæ tenetur studere sapientiæ.* Ita qui habitant in mediis vrbibus poterunt esse singulares homines, dum corruptos cætus fugiant, & se iustorum conciliis adiungant. Ex quo cum Præcursor Magister fuisset omnis disciplinæ, & sanctitatis positus in vinculis, vincula accusant Tyrannum, & Ioannem ornant. Vnde Chrysologus serm. 128. *Causa custodiæ Herodes te requiris, inuenit in te, quod puniat; in Ioanne, quod doleat.*

Psal. 140. *Sapientes sūt singulares.* Chrysost. in Psal. 140. 130. *Prædicatores vinculati corona aurea ornati.* Chrysolog. serm. 128.

DIFFICVLTAS XII.

Qui ausi sunt Ioanni in carcere mancipato consolationem talem portare?

131. Quæritur, *Quis adhuc amicorum Ioannis, & beneficiatorum ab ipso recordatus est eum?* Quis in aduersis non oblitus est munerum acceptorum?

1. Responsio citati Abulensis quæst. 6. *Quòd verè amici tantummodo inueniuntur Discipuli spirituales: nam omnia prætereunt præter amare Deum*, Vnde vt Lucæ cap. 7. dicitur: *Annunciauerunt opera Christi Discipuli eius*, id est, ab eis consolationem accepit.

Abulen. q. 6. in Matth. Lucæ c. 7.

2. Responsio Sancti Bonauenturæ nostri, qui interrogat, *Quare cum Ioannes esset recubans ventris obstruso cubili, quasi in obscuro carcere, mater eius Elisabeth audiuit, & exultauit ad vocem Virginis Mariæ* Et respondet Seraphicus Doctor, *vocem audiuit, quia Mariam amabat.* Ac si diceret tunc veri amatores audiunt vocem amantis, cum clausi, & in vinculis mancipati restringuntur; multi enim erant in domo Zachariæ, sed vocem Mariæ sola Elizabeth audiuit, & infans exultauit, sicut hodie in vinculis mancipatus nimiam consolationem à Discipulis accepit, audiendo opera Christi.

Bonauentu. in cap. 1. *Amatores duriter audiunt rem amatam.*

3. Responsio Ambrosij lib. de Isaac & anima cap. 6. *Si præsentia Mariæ cum in vtero grauis esset, erudiuit Ioannem, vt exsilires, & exultaret, Domini præsentiam recognoscens, quomodo audiens in carcere mirabilia opera quæ faciebat consolationem non caperet.* Vnde Doctor Seraphicus in Luc. cap. 1. *Propositum sanctum nunquam potest latere, quin se manifestet, quia amor interior prorumpit in opus.* 132.

Ambros. lib. de Isaac & anima c. 6. Bonau. cit.

4. Responsio Gregorij in homiliis, *Nunquam amor Dei est otiosus*, ac si sanctus diceret, amor Dei est inquietus, & si non potest loqui publicè, & prædicare; audiendo operatur, maximè cum amici spirituales loquuntur de rebus cœlestibus. Vnde sponsus in Cant. cap. 8. num. 13. ait, *Quæ habitas in hortis amici auscultant te, fac me audire vocem tuam.* Quasi diceret Ioannes Discipulis, vos qui soluti, & liberi estis, ambulantes in hortis libertatis, nunciate ea, quæ fama de Christo meo pronuntiat; quia amicus eius auscultat vos, & exultat audiendo in vinculis opera, & mirabilia, quæ facit.

S. Gregor. in hom. Cant. cap. 8. num. 13. *Amor auscultat amātem.*

Sed interrogo te, vox penetrabilis clamans in deserto? *Vbi sunt Aulici, qui molestabant te, vt fauorem, & beneficia ab iniquo Rege impetrarent, cum te audiente, multa, & te intercedente faciebat Rex?* Sed potest Præcursor respondere, quod Seneca de ingratis beneficiariis ait: *Ingratis quoque pœna cum ipso munere succurrit.* Ac si diceret, tam grauis est culpa ingratis illata, quod pœna in æternum cum beneficio accepto durabit. 133.

Matth. c. 6. Senec. de beneficiis.

5. Responsio Oleaster interrogat, quomodo Aulici illi, id est, maiores Pincernarum, & Pistorum Pharaonis; nobiles equidem, quod nostro idiomate Hispano sonat, *beedores de Palacio*; Germanico verò vocabulo *Ieses*, vel *contralores*. Quomodo *in carcere per annum integrum incarcerati fuerunt in custodiam*, Gen. 40. (Sic legit Pagninus.) Quis talia audiuit, *nonne isti Ieses aulicis munera multoties, dederunt? Nonne cibis delicatis, & vinis pretiosis saginauerunt eos?* Respondit Oleaster, *vt aduertas quàm facilè obliuioni tradantur palatini canes à suis conseruis, & à Principibus, vt quandiu Rex reliquerit istos in carcere; neque fuerit, qui preces Regi pro eis funderet.* Quasi diceret; sola vera, quæ diu perseuerat est amicitia spiritualis, vt patet in Discipulis Ioannis, qui audacter in carcerem intrauerunt, & consolabantur Magistrum suum, diuulgando opera Christi: nam cæteri homines solum in præsentia suorum amicorum memorantur. Neque hoc terret amicos Dei, & verè veritatis prædicatores, nam non quærunt sua, sed quæ Iesu Christi sunt. Vnde Chrysologus serm. 127. Loquens de consolatione quam Præcursor in vinculis habuit, ait: *Captiuis criminum, innocentia inimicis odiosa fit semper libertas;*

134. Oleaster. in Gen. c. 40. 135. Translat. Pagn. Oleaster cit. *Veri amici non terrētur.* Philipp. 2. 12. Chrysolog. serm. 127.

libertas; virtus contraria vitiosis sacrilegis exosa
sanctitas. Ac si diceret prædicatio veritatis sem-
per fuit odiosa inimicis Dei, & tanquam rea
multoties à Tyrannis in vinculis detinetur; *quia*
semper adulatio eliminat à palatiis veritatem vt
Chrysolog. *Chrysologus insinuat*, & in tenebroso carcere
detinetur. Vbi a suis discipulis, & verè ami-
cis spiritualibus visitatur, & consolatur audien-
do magnalia Dei.

DIFFICVLTAS XIII. ad mores.

Quare fingit Ioannes se nescire, & mittit duos Discipulos suos?

Duplex difficultas. QVæritur, quare Præcursor Baptista, qui
ex vtero matris suæ, repletus Spiritu San-
Lucæ 1. cto Lucæ 1. fingit se ignorare, quis esset Chri-
stus? Et quare cum sit legatus à latere Christi,
intimus familiaris, & vt ita dicam, priuatus
Regis cœlorum, quare permittit alias ad ipsum
familiariter alloqui? Ad istud secundum se-
quenti respondebo difficultate.

137. 1. RESPONSIO, *Quod Ioannes finxit*
Auctoris mens. *se nescire, quia modus ampliandæ gratiæ Dei, est*
humilitas, quod authoritate probatur, interro-
Dan cap 8. n. 17. gando, quomodo Angelus Gabriel dixit Da-
nieli Prophetæ, *Fili hominis intellige visionem*
hanc quomodo tam beatifico, & insolito titulo,
& cum tanta reuerentia Angelus cum Daniele
loquitur, cum titulum Cæsareæ maiestatis solis su-
138. *premis Regibus dari permissum est, Et Dominum*
Iesum Christum passim reperies hoc titulo magni-
fico filij hominis nominatum, & exaltatum, vt
Matt. c. 16. num 13. Luc. c. 21. Matth. cap. 16. *Quem dicunt homines esse fi-*
lium hominis, & alibi videbitis filium hominis,
venientem in nubibus. Vnde ergo Daniel tan-
tum nomen est assecutus? Respondetur, quod
visio erat magna; & tunc reuelata illi erant se-
Humilitas exaltatur. creta cœlestia, & nesciuit hoc gratulari Pro-
pheta aliter quam pauens, & corruens in fa-
ciem, quasi denotans vermem & cinerem se esse.
Vnde quasi Deus obligatus, aperuit cœlos, &
2. Cor. c. 12. n. 4. ostendit ei arcana, quæ non licet homini loqui;
Hildebert. ep. 71. quia vt inquit Hildebertus: *Inclinatio humilita-*
tis ascensio est beatitudinis. Ac si diceret, qui se
existimat inscium, & ignorantem, iste suble-
uabitur, & exaltabitur, vt in Præcursore patet,
de quo incepit dicere Iesus, & nunquam con-
summauit.

139. 2. RESPONSIO, *Quia ex vtero ma-*
Ioan. c. 7. *tris sua Ioannes repletus fuit Spiritu Sancto, &*
in corde suo fuit fons salientis aquæ in vitam
æternam, & quemadmodum quò scaturiens fons
magis profundior est, eò magis salit & transilit:
Sic Ioannes quo magis cœlestibus imbribus re-
plebatur, & secreta cœlestia in Iordane visos
fuerat, eo profundius humiliabatur, simulans se
nescire, & ignorare qui repletus erat visioni-
Cæsareus Arelatens. hom 34. bus gloriæ Dei. Vnde Sanctus Cæsarius Are-
latensis homil. 4. *Ad istum verum fontem fe-*
liciter curris quicumque ad Deum per humilita-
tem venis.

3. RESPONSIO. Interrogo, quando
Christus Petro tam maximam & supremam,

Pontificiámque auctoritatem dedit, dicendo Ioan. c. 21.
Pasce oues meas? Et respondeo cum D. Basilio D. Basil. Seleu. orat. 28.
Seleuco orat. 28. *Quod quando Petrus fuit abie-*
ctus, nudus, & proiectus in maris ripa, in qua
stabant ipse, & omnes Discipuli, quando ne-
mo discubentium audebat Christum interrogare,
tu quis es, tunc Petrus consequutus est tam ma- Magistri Discipulos diligunt vehementer.
ximam auctoritatem Pontificiam, cum omnes
viluerunt eum, & tanquam audacem, & igno-
rantem æstimarunt proiectum in mari.; quia
quanto quis factum comprimit, tanta gratiam Basil. Seleu. citat.
attrahit; (inquit Seleucius) *& modus amplifi-*
candæ gratiæ est humilitatis vis. Quasi diceret, 140.
Ioannes desiderabat suos magnificare Discipu-
los, & ditare illos in vltima suæ mortis ho-
ra, & tunc mittit illos ad Iesum simulans se
ignorare, vt hac humilitatis actione, diuites
& locupletes Discipuli remanerent dono gra-
tiæ, & amicitiæ Dei per humilitatem, quam
demonstrauit mittens duos discipulos ad Iesum, Matth. c. 11.
vt interrogarent eum, Tu quis es?

DIFFICVLTAS XIV. ad mores.

Quare Aulicos Discipulos suos misit Ioannes ad Iesum?

QVæritur, quomodo intimus, & familia-
ris amicos Regis IESV CHRISTI
Ioannes Præcursor permittit ire alios ad Iesum,
& eos in suam familiaritatem amicitiámque in-
troducere?

1. RESPONSIO Ruperti in Thren. Ie- 141. Rupert in Tren. Ierem. cap. 2.
rem. cap. 2. *Quia Aulici Regis cælorum in*
hoc differunt ab intimis, & priuatis Regum ter-
rarum, quod primorum non est inuidus ago-
nisthes suus, neque alterius palma alteri parat Regum familiares & priuati inuidia & zelotipia lacerantur.
ignominiam: At verò misera hæc est in terra
priuatorum conditio, quod furore se inarde-
scunt, si cum Rege, neque ad nutum aliquis
loquatur.

Vnde Rupertus lamentatur de tam infælici
statu Reipublicæ & ait illud Ieremiæ, *Defixæ* Ier c. 2. n. 9. Threnor.
sunt in terra portæ eius, perdidit, & contriuit
vectes eius. Vnde Reges propriè portæ dicuntur,
quia per illos intrat lux consolationum ad om-
nes subditos suos. Hinc Regina cæli, porta lu- Ecclesia elogium ad Mariam in hymno.
cis fulgida nominatur. Vectes vero sunt familiares,
& priuati Regis: Sed væ Reipublicæ, cuius
portæ fixæ sunt in terra, id est, infelix po-
pulus, cuius Rex ita innixus est voluptatibus
terræ, quod sit factum cor eius ad delicias, &
ad tantam miseriam peruenit, quod vectes, id
est, intimus, familiaris, priuatus, tantummo-
do adaperiat portas gubernationis Regni. Et si Vectes sunt Priuati Regum.
quæras, ait Rupertus, *Quas portas in terra*
defixit, quos vectes perdidit, & contriuit? Res- Rupert. cit.
pondet, *Regem eius, & principes inuenies in*
gentibus. Ac si dicat, calamitates Regnorum
hucusque peruenire possunt, vt per priuatos, &
amicos familiares, Rex & Regnum inimicis
suis tradantur.

2. RESPONSIO. Sanctus Augustinus, 142. S. August. in Ioann. c. 10.
Quæritur quare Dominus Iesus adductus est

primum in die sacrosancta sua passionis ad Annam; nonne Caiphas, (vt ait Iosephus) *in illo tempore erat solus, primúsque Pontifex.* Quare ergo adduxerunt eum, vt inquit Ioannes cap. 18. num. 13. ad Annam primum. Cur itaque si causa ad Sacerdotem Caïpham pertinebat, quia Filium Dei se fecit? (vt dicebant Ioann. 18.) Respondeo, *Quia Annas apud summum Sacerdotem gratia; & authoritate multum valebat, Et vt inquit Neothericus quidam, eo miseria in Republica deuentum est, vt apud homines, ille, qui intimus à Secretis est Regis æstimetur pluris quam ipse Rex.* Vnde Augustinus quasi dolens ait: *Nec enim Euangelista tacet causam cur primum Dominus Iesus ductus est ad Annam, subdens: erat enim socer Caiphæ.* Quasi diceret, erat consanguineus, & intimus familiaris Sacerdotis summi, quod est duplex iniquitas, & malum duplex Reipublicæ.

Ioseph.
Ioan. c. 18. n. 13.
Syluerra in Euan. lib. 3. de Ioann. prædicat.
S. August. in Ps. 18.
Ioan. supr. citat.

143. 3. RESPONSIO, *Præcursor Domini, tam familiaris, amicus, & consanguineus Iesu; & tamen abscondit scientiam, & reuelationes infusas de Christo, & finxit se inscium, & ignorantem*, vt discipuli sui viderent, & audirent Regem gloriæ, & suæ amicitiæ, & familiaritatis fierent nimis consortes, ac participes.

Humilitatis gratia.

Neque mentitus est Ioannes dubitando, & mittendo legatos ad Iesum, vt interrogarent, *Tu es, qui venturus es; quia multoties expedit occultare veritatem ad maiorem gloriam Dei.*

Oleaster in Genes. c. 12. 4. RESPONSIO Oleastri, qui interrogat quare Abraham Genes. cap. 12. *Dixit Sara vxori suæ cum intraret in terram Ægypti, dic, quæso, vt soror mea es? Et respondet ad mores, quia docet Abraham occultare licere aliquando, non tamen mentiri.* Hinc Præcursor finxit occultauitque se nescire, quis esset Iesus, vt Discipulis suis sacramentum incarnationis diuini Verbi imprimeretur in intellectu per auditum fidei.

DIFFICVLTAS XV. ad mores.

Quare Præcursor Ioannes dixit discipulis suis vt interrogarent Dominum, tu es qui venturus es?

QVæritur, quare Præcursor Ioannes hac phrasi in sua legatione vsus est, *Tu es, qui venturus es?*

144. Abul. q. 9. in Matth. Ioan. c. 7. 1. RESPONSIO Abulensis q. 9. *Quod accommodauit se Præcursor cum modo loquendi Iudæorum, qui expectabant Messiam.* Vt patet Ioan. cap. 7. *Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Ac si diceret, quod gloriabatur Dominus audiendo nomen hoc Messiæ, qui in mundum venturus erat, & sicut seruis Regis accidit, quod semper ad memoriam eius afferunt, quod eis placet; sic Ioannes ad memoriam Iesu iussit Discipulos suos, vt adducerent: dicendo ei, *Tu es, qui venturus es Messias?*

145. Oleaster in Gen. 12. n. 16. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare Abimelech Rex ditauit Abraham*, vt Genes. cap. 12. num. 16. testatur? Et respondet cum translatione Pagnini, *Ipsi Abraham benefecit propter eam, id est, propter pulchritudinem Saræ.* Ac si diceret, diligebat Rex vxorem Abrahæ, & cum passim ea ad memoriam Regis peruenisset, præsente Abrahamo, & ipse Abraham loquebatur de ea, benefecit ei, & ditauit illum. Vnde addit Oleaster, *Quam benè Principes opera soluunt illis, qui eis in suis cupiditatibus deseruiunt, melius quam iis, qui Republica in bello, & sanguinem ex suis venis propter Regem effundunt.* Aliter Ioannes, quod caput suum dedit in vinculis propter honorem nominis Dei, ad quem vt delectarentur nominare iussit Messiam, qui venturus erat in mundum.

Quod amantes delectat auditum.
Oleaster cit.
Causa dilectionis Mariæ amor Dei.

Quare quæso Martha apud Lucam c. 10. *A Christo Domino redarguta est, eo quod esset sollicita erga plurima, & soror eius otiosa sedens ad pedes Domini laudatur, eo quod optimam sibi elegisset partem?* Respondet Oleaster in Genes. cap. 12. *Quia Martha seruiebat Domino in iis quibus ipse non delectabatur, nempe in cibo & potu; Maria vero in audiendis verbis illius, quod illi maximè cordi erat.* Vnde quia Christus Dominus semper delectabatur, audiendo se esse Messiam, qui venturus erat, vt mundum redimeret, ideo prothema sumitur in legatione Ioannis. 146. Luc. c. 10.

Oleaster cit.
Oratio anteponitur exterioribus operibus.

2. RESPONSIO, *Quod absens Ioannes misit legationem cum discipulis, quasi dubitans de præsentia Messiæ, vt maiorem reuerentiam in ministros sufunderet; nam semper absentia admiramur; præsentia nō æstimatur, vnde vt magis Discipuli Christum venerarentur legationem quasi de absente, pronuntiant non dicendo, tu es Messias qui venisti; Sed tu es, qui venturus es.* Vnde Tertullianus in Apologetico cap. 10. *Loquens de Saturno, qui cum homo esset venerationem quasi Deus acquisiuit; quia raro in terris visus est; ideo quasi Deus cælestis apud homines habebatur ex consuetudine humana*, (inquit Tertullianus) *quia ignota, vel ex inopinato apparentes de cælo superuenisse dicuntur. Proinde Saturnum repentino aduentu, vbi cælitem contigit acclamarunt.* 147.

Tertullian. in Apologetico c. 10.
Reuerentia superiorum vnde.

Ex qua ratione noster Præcursor semper in eremo subsistens, tanquam Messias putabatur à Phariseis & Christus Dominus ab ipso Ioanne tanquam verus Deus absconditus adoratur hodie, & vt à Discipulis cognoscatur, & adoretur mittit illos quasi absentem & non venientem ad mundum, vt maiori cum reuerentia, & æstimatione audiatur, vt hinc discant superiores, & qui gubernationes habent non passim se se manifestare, & vagari per plateas, vt de vanitate glorientur, sed semper debent esse absconditi, & in cubilibus suis separati & inclusi vt reuereantur. 148. Isai. c. 45. n. 15.

Superiores nō vulgares.

DIFFICVLTAS XVI. moralis.

Quare Christus dixit: Dicite Ioanni quæ audistis & vidistis.

QVare Christus dixit *Postquam miracula fecerat: Dicite Ioanni, quæ audistis & vidistis?*

1. RESPONSIO est Abulensis in littera citati, *Quòd turba copiosa Iudæorum dixerat Discipulis Ioannis alia miracula præter illa, quæ* Abul. cit.

ipsi

ipsi viderunt. Et ideo dicitur, Dicite quæ vidistis, & audistis: nam vt inquit Chrysostomus Sanctus Thomas, & Theophylactus, & Sanctus Cyrillus lib. 2. de Ioanne cap. 76. explicans illa Verba Matth. 4. num. 14. *Quod Iesus plures Discipulos facit & baptizat quam Ioannes. Omnes isti Patres tenent, quod Discipuli Ioannis erant confœderati cum Pharisæis contra Christi Discipulos, & dicebant quod Christus baptizabat*, & erat rumor falsus, quia Iesus nunquam
149. baptizauit, vt notauit Augustinus tractat. 15. in Ioannem; hoc autem æmulando famam Christi dicebant, quæ nimis diuulgabatur, vt notauit Albertus Magnus. *Quo supposito, cum venirent Discipuli Ioannis dixit Iesus, non credatis famæ, & dictis, quæ per falsum rumorem, de me dicuntur circa baptismum; sed credite miraculis, quæ dicta sunt à tot gentibus, & quæ vt vidistis, feci: nam cæci vident, claudi ambulant, &c.*

Chrysost. S. Thom. Theophyl. Cyrillus. Matth. c. 4. n. 14. Aug. tr. 15. in Ioann. Albert. Mag. Matth. c. 11.

2. Responsio Caietani in Euangelium Matth. cap. 4. num. 14. *Quia secta Pharisæorum offuscabatur ex noua baptizatorum proficientium schola, multoque maiorem inuidiam significat Euangelista ex maiori multitudine Discipulorum.* Et addit: Vnde ad mores nota, *Quod superiores non debent credere dictu subditorum, sicut Pharisæi crediderunt dictis discipulorum Ioannis; quia multoties rumor, & fama alicuius denigrata remanet per solam famam mendosam.*

Caietan. ad c. 4. Matth. n. 14.

150. *Subditis non credere cum famam alicuius denigrant.*

3. Responsio Interrogat Oleaster, *Quare cum illa superba & suprema turris Babylonica ædificabatur*, dicitur Genes. 18. *Descendit Deus, vt videret an clamores opere compleßent?* Sic legit Pagninus & respondet, *vt discant Domini, & Prælati non facilè credere, quæ de subditis audiunt nisi prius oculis suis viderint.* Ac si dicat: *O infelices superiores*, qui vt passiones suas in subditos non affectos, vel malè affectos vindicent, quicumque falsus rumor in cubilibus ab inimicis susurratur, ipsi audiunt & credunt, quasi oculis vidissent.

Oleaster in Gen. c. 18. Translat. Pagnin. *Fama proximi tuenda.*

Luc. cap. 16. De Villico iniquo dixit Lucas cap. 16. *Quod*
151. *diffamatus est apud Dominum suum*, & admiratus Chrysologus serm. 125. ait: *Ergo Dominus famæ credidit, fama nuntiante cognouit.* Et respondet: *Absit, sed quia illa quæ nouerat, quæ pietate velabat, quærere tunc cœpit, quando accusabat terra.* Ac si diceret, minime superior credidit, neque credere debet nisi postquam oculis suis visa fuerint, quæ accusantur, & murmurantur de subditis, & cum iam diu velata, & in pectore superioris obseruata fuerint, cum terra ipsa clamauerit, & cœlum accusauerit, quia res accusata clarior luce est, tunc debet à Villicatione remouere infamatum, hoc est, à statu honorifico, quo fungitur priuare.

Chrysolog. serm. 125. *Superiores nō se facile credant.*

152. Ideò Dominus in publicum protulit peccatū Abelis quando iam latere in terra non potuit: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra* dictum Genes. cap. 4. *Quasi diceret, fama tunc loquatur, & credatur, quando cælum & terra clamat, & dolent iusti, & Angeli lachrymantur.* Pharisæi contra Christum æmulabantur, & falsum rumorem contra eius famam suscitabant; Discipuli Ioannis, quasi faciles, eis credebant, accedunt hodie ad Iesum, vident oculis prodigia ineffabilia; credunt Christo, & falsum rumorem à se expellunt, & alacres redeunt ad Magistrum, vt notauit Abulensis, dicentes *Quæ audierant, & quæ viderant de Christo.*

Genes. c. 4. n. 10. Abulens. sup. cit.

4. Responsio, Dicamus aliter, *Quod dixit Christus, dicite quæ audistis, & vidistis, quia fides non verbis solum, sed operibus declaranda est.* Vnde interrogat Sanctus Augustinus tract. 15. in Ioannem: *Quare Samaritana auditis verbis Iesu, ego sum Messias qui loquor tecum, reliquit hydriam, & facta est Apostola, prædicando magnalia Christi?* Respondet Sanctus, *Quia recepto in cor Samaritana Christo Domino, quid faceret, nisi euangelizare currens verbum Domini.* Ac si diceret, fidem ita declarauit mulier, vt non solum verbis suos prædicaret conciues, sed operibus; abiit in ciuitatem currens, & relinquens hydriam reuersa est, & alacriter festinabat huc, illucque discurrens, & quasi apis argumentosa deseruit Deo, credens firmiter, & prædicans fortiter conciues suos. Et vt D. Cyrillus dixit lib. 2. cap. 99. *Non tanquam seruus ille nequam obruit talentum suum neque thesaurum inuentum abscondit*, vt Cassianus notauit lib. 11. cap. 2. *Neque vt Discipuli Ioannis credidit Pharisæis, sedque fide vera retinuit, opere compleuit*; quia fides Præcursoris non solum verbis, sed factis & miraculis, quæ Christus fecit, comprobauit, vt stupefacti sui discipuli remanerent solidi, & stabiles, & adhærerent doctrinæ Iesu; sicuti de facto accidit, vt supra cum Abulensi notauimus. 155.

153. *Authoris mens.* S Aug. tr. 15. in Ioan. Ioan. c. 15. 154. *Fides cum operibus tenenda.* D. Cyrill. lib. 2. c. 99. Cassian. lib. 11. c. 2. Abul. cit.

DIFFICVLTAS XVII. ad mores.

Quare Christus dixit, & Beatus qui non fuerit scandalizatus in me?

QVæritur propter quos dixit Christus Discipulis Ioannis, Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me?

1. Responsio Chrysostomi, *Quod propter ipsos nuntios, & illos percutere voluit, quia scandalizabantur in illo? Et si iterum replices, quare non palam loquutus est Dominus dicendo propter vos dico hoc?* Respondet, *quia latenter dixit, ne erubescerent, & verecundia confunderentur.* Ac si diceret, aduertens superiores, & Prælatos quod subditos, adhuc in culpa deprehensos, non palam debent punire, nisi adsit scandalum sed latenter, & in occulto, præsertim (si Religiosi fuerint) ne hac irritatione in maiora crimina prorumpant.

Chrysost. in homil. 156. *Prælati non palam corrigere debent subditos.*

Et si quæras, *Quomodo Pater familias dixit palam villico iniquitatis, redde rationem villicationis tuæ*, Lucæ cap. 16. num. 1. *Cur tam piis tam seuera iniungit? Cur ante à villicatione submouet, quam rationem agnoscat.* Responsio est Chrysologi, cuius fuit interrogatio. *Rationem petit, non vt exigat sed vt relaxet.* Ac si diceret, non petit vt homo iudex, aut superior, vt iudex feriat, & puniat, sed vt Pater vt

Luc. cap. 16. n. 1. Chrysolog. serm. de Villico. *Honor subditorum seruandus nimis.*

vt corrigat, & emendet; & sic est interna & latens admonitio non publica, vt honor subditorum, quasi pupillæ oculorum custodiatur.

157. 2. Ratio quæsiti. 2. RESPONSIO sit, quare Christus non permisit, vt Discipuli Ioannis palam erubescerent? Respondeo, quia non ex malitiâ, sed ex pietate erga magistrum suum errauerant.

158. Chrysost. hom. 28. Matth. c. 8, n 19. Vnde interrogat Chrysostomus, quare Christus duobus hominibus desiderantibus eum sequi permisit, vt vnus abiret, & alter remaneret? Respondet, *Quia primus erat scriba arrogans, qui accessit dicens, sequar te quocumque ieris, & arrogantes non sunt apti regno Dei.* Chrysolog. in eodem cap. Vnde Chrysostomus homil. 28. *Imprudenter accessit*, & Chrysologus *Præstantius dixisset, quocumque volueris*: At verò secundus erat pius, & tantum volebat sepelire patrem suum. Hilar. cit. Ambros. in Luc. c. 9. Vnde Hilarius, ait: *In verbis scribæ apparebat quadam infidelitas, non in verbis discipuli.* Et Ambrosius in Lucam cap. 9. *Ille cogitur, iste remouetur, vt scias, quia deuotus admittitur, indeuotus excluditur.*

Abul. q. 6. in c. 23. Matth. Sed ad nostrum propositum: *Adolescens erat discipulus*, inquit Abulensis, quæst. 6. in cap. 23. Matth. *Et discipulis suis magistri multum dissimulare debent, præsertim cum ex bono, & pro animo errant, non ex malitia.* S. Paschas. in Matth. lib. 5. Vnde Sanctus Paschasius in Matth. lib. 5. ait: *Hæc dicit, & fallitur adolescens, licet non de studio, dum ad opus pietatis ire festinat.* Errores sine malitia sunt venia digni. Ac si diceret, qui ex bono animo errant, vt discipuli Ioannis, qui propter amorem sui magistri scandalizabantur de Christo, latenter, & amicabiliter corrigendi sunt, vt non erubescant.

159. Oleaster. in Exod. c. 2. n. 12. 3. RESPONSIO: Interrogat Oleaster, quare Dominus elegit in Ducem, & Prælatum populi sui virum Moysem impatientem, & homicidam, qui percussum Ægyptium abscondit sabulo. Ibidem. Exod. cap. 2. num. 12. in quo facto peccauit, vt Auctor est Diuus Augustinus, August. Oecumius in ep. Iudæ. & tam grauiter vt in epistola Iudæ tradit Oecumenius, *Quod Diabolus cum Archangelo Michaele altercaretur, & impediebat, quod Moysi daretur sepultura, quia iniuste occidit Ægyptium?* Respondet Oleaster, *Quod non factum, sed zelum maximum erga suos in Moyse considerandum est.* Oleaster cit. in Exod. Exod. c. 2. Et considerate debemus, quam cautè malum operatus est, *Cùm prius huc, atque illuc respexerit, quam opprimeret Ægyptium Etsi qui occisus fuit exactor erat.* Quasi diceret quod etiam actores malorum, si ex zelo pio & deuoto defecerint tolerabilius, reprehendendi sunt, & non palam, sed latenter.

Vnde Augustinus in confirmationem pietatis huius lib. 22. contra Faustum cap. 70. adducit Petrum percutientem seruum Pontificis, propugnantem pro Domino. 160. Aug. lib. 22. contra Faustum c. 70. *Vterque* dicit Augustinus, *non detestabili immanitate, sed damnabili animositate iustitiæ regulam excessit: Vterque odio improbitatis alienæ, sed ille fraterno, iste Dominico, licet adhuc carnali, tamen amore peccauit.* 161. Ac si diceret inseparabile, & irremediabile est vitium palliatum spiritualibus alimentis: Patres spirituales nõ sint terrigeni. nam sunt animæ spirituales ita enixè, & ardenter Patribus suis spiritualibus confœderatæ, quod amor eorum excedit ineffabiliter carnali amori, & hoc indiscreto Zelotypio æmulatur, & forsitan contradicunt mandatis diuinis, & stultè scandalizantur, si contra doctrinam sui Magistri, aliquid audiunt. August. cit. Vnde ait Augustinus loco citato, *Resecandum hoc vitium est, vel eradicandum, sed tamen hoc magnum cor, tanquam terra frugibus, ita ferendus virtutibus excolendum.* 162. Ac si diceret, tanquam ager, qui fructum centuplum produceret, nisi spinis, & tribulis suffocaretur triticum. Ita spirituales animæ ab istis vitiosis virtutibus excolendæ sunt latenter & charitatiue, vt non scandalizentur qui alias ineptè, & stultè scandalizati sunt propter zelotypia Magistrorum. Zelotypia indiscreta resecanda.

TRACTATVS

TRACTATVS SEPTIMVS.

Litteralis in Caput 11. *Matthæi.*

TEXTVS.

7. ILLIS autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne; quid existis in desertum videre, arundinem vento agitatam. 8. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt? 9 Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. 10. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, &c.

EXPOSITIO LITTERÆ.

Chrysost. in caten. S.Thom. ad c.11.Matth. CHysostomus in Cathena S.Thomæ dicit *Quantum ad discipulos Ioannis satis actum erat, certificati enim de Christo per signa, quæ viderant, recesserunt; sed oportebat turbas sanari;*
163. *quia ex interrogatione discipulorum Ioannis multa inconuenientia subintellexerint ignorantes mittentis consilium; poterant vtique dicere, qui tanta testatus de Christo, aliter persuasus est; nunc, &*
S. Thom. in Cathen. *dubitat, vtrum sit ipse. Nunquid ergo alternans ad Iesum, hoc dicit; nunquid timidior à carcere factus, nunquid vane, & inaniter priora dixit:*
Hilar.ibi. Respondet Hilarius: *Encomia Ioannis abeuntibus Discipulis dixit Iesus; ne referrent ea suo magistro, & darent illi occasionem se gloriandi.*
Abul.q 19. Abulensis quæst. 19 *vt discipuli Ioannis audientes encomia tam singularia de suo Magistro, ne*
Chrysost. citat. *existimarent esse Messiam.* Chrysostomus *ne videretur*
S.Thom. *homini adulari*: S. Thomas, & Abulen-
Abul.cit. sis, *vt turbas suauiter reprehenderet, quia existimabant, quod Ioannes erat facilis, & quod mutasset sententiam quam de Christo asseuerabant aliàs; sed quia plebs ex ignorantia, cogitabat talia; ideo suauiter reprehendit illos; non aspere,*
Matt 9.n.4. *sicut Iudæi, qui ex malitia peccabant, quos increpans Dominus dicebat, quid cogitatis in cordi-*
Abul.cit. *bus vestris.* Abulensis aliter, *Vt cognoscerent, quod erat verus Deus, & Messias penetrans corda eorum, dixit eximias laudes de Ioanne, de quo tanquam de facili, & leui cogitabant, & arguit*
164. *cogitationes eorum, dicendo, Quid existis videre*
Chrysost. *in deserto? arundinem, &c.* Ac si diceret inquit
Cyrill. Chrysostomus, Cyrillus, & Beda, & Auctor
Beda. Auctor imperfecti. imperfecti; non esse *Ioannem leuem hominem, qui facilè mutaret sententiam.*
165. Sed quid existis videre, quasi diceret, *Non vos pœniteat exiisse videre talem hominem, quia non solum est sanctitate insignis, sed pœnitentia admirabilis, cum vescitur locustis, habitat inter feras, zona, & cilicio vestitus est, non mollibus vestimentis, sicut illi qui sunt in domibus Regum.* Abul.cit.
Hucusque Abulensis.

Sed quid existis videre Prophetam, plusquam Propheta est; quia Prophetæ de Christo prophetauerunt venturo, Ioannes digito demonmonstrauit dicens? *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Ioan.cap.1. n.29.

Hic est enim de quo scriptum est, *Ecce ego mitto Angelum meum: consequenter probatur, quod Ioannes sit plusquam Propheta; quia Angelum* Malachias
vocat eum Malachias cap. 2. *non solum ratione* c.2.n.10.
officij, sicut ibi etiam Sacerdotes Angeli vocantur: Ioan.c.1. n.6.
sed quia Angeli dicuntur, qui sunt nuntij & legati Dei, & Ioannes fuit homo missus à Deo vt testimonium perhiberet de lumine. Et dicit Mala- Idem Malachias cit.
chias, *quod præcedet te*, id est, *Christum tan-*
quam nobilis seruus, qui præcedit Dominum eum 166.
honorando, & Ioannes ab vtero matris suæ, honorauit Iesum, & matrem eius exultans & flexis genibus in ventre matris suæ adorando Dominum suum, vt multi Auctores asserunt. Hæc summatim, sed ad expositiones litterales progrediamur paulatim. Abulens. & reliqui, quos cit.

TRANSLATIONES diuersæ?

Vulgata editio. 1. Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere de Ioanne, quid existis videre? Arundinem vento agitatam?

Translatio Vatabli. 2. Quid existis in desertum, vt videretis? num arundinem, quæ agitatur vento?

Translatio ex Syriaca. 3. Quum autem abiissent cœpit Ieschua verba facere ad turbas super Ioannem, quid existis in desertum visuri? arundinem vento agitatam?

Caietanus. 4. Illis autem absentibus cœpit Iesus laudare Ioannem dicens, quid relictis ciuitatibus ijs ad videndum?

Hieronymus. 5. Nunquid ob hoc existis in desertum, vt videritis hominem calamo similem, qui omni vento circumfertur?

Gregorius. 6. Quid existis videre arundinem quæ mox vt aura contingit in partem flectitur?

Glossa ordinaria Lyra. 7. Quare non existis videre Ioannem in carcerem, sicut existis videre in desertum. Existimatis quod est arundo.

Abulensis q. 16. 8. Cœpit Iesus dicere de Ioanne, quia ab Herode in vinculis tenebatur.

DIFFICVLTAS I.

Quare Christus laudat summopere Ioannem?

167. QVæstio prima quare Christus laudat nunc Ioannem.

Abul. q. 18. 1. RESPONSIO Abulensis quæst. 18. *Ne opinio plebis contra illum deficeret; fuerat enim in maxima opinione in cordibus hominum, dum prædicaret, ita vt putaretur esse Messias* Lucæ cap. 3. *Tunc verò cum iam à diebus multis ab Herode viro scelerato in vinculis teneretur, & poterat infirmari opinio eius in cordibus plebis rudis.* Quasi diceret. Vulgus est numerus infinitus insipientium, & nunquam in eodem statu permanet, si bona de aliquo audit, eum facillime extollit vsque ad sydera, & subitò si male dicantur, mutatur & ad ima deprimit, quem antea laudauerat.

Luc. c. 3.

Vulgus varius insipiens: & laudat quod ignorat.

168. Hilar. in Cathen. S. Thom. 2. RESPONSIO Hilarij, qui ait, *Ne id quod immediatè præmiserat referri posset ad Ioannem tanquam scandalizatus esset in Christo. Subditur quod illis abeuntibus cœpit Iesus loqui ad turbas.* Quasi diceret, ne putarent turbæ, quod Christus de Ioanne loquebatur, quando dixit discipulis eius, *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me; ideò eum exclusis laudans Ioannem.*

169. Caietan. in Euang. c. 11. in Matth. 3. RESPONSIO Caietani in cap. 11. Matth. *Aliter hactenus, quia oportuit, tacuit laudes Ioannis; modo autem quia periclitabatur in opinione turbarum tum constantia, tum testimonium redditum à Ioanne de Iesu, inchoat laudes Ioannis.* Quasi diceret, turbæ nesciebant rationem propter quam Ioannes misit Discipulos suos ad Iesum. Et poterant de constantia Ioannis dubitare, & de testimonio tam solemni, quod de Christo dixerat; quod erat agnus Dei, & quod non erat dignus Ioannes soluere corrigiam calceamenti illius, & laudans Ioannem

170. Glossa. multipliciter, tollit omnem ambiguitatem. Et coincidit Glossa, *Quare non istis in carcerem ad videndum Ioannem, sicut ad desertum existis, putatis quod est arundo facilis ad mouendum.*

4. RESPONSIO Chrysostomi in homil. qui interrogat, quare præsentibus Discipulis, non laudauit Christus Ioannem? Et respondet, *Ne videretur homini adulari. Vnde possumus addere, quod Redemptor noluit*, quod laudes Præcursoris peruenirent ad aures eius, ne molestè ferret audire eas; quia ideò incarceratus erat: nam adulationes in palatio Regis euitandas prædicauerat, secundum dictum *Chrysologi, serm. de Decollatione Ioannis, Eliminat à Palatio adulatio veritatem.* Chryf. in homil.

Iusti adulationē fugiūt.

Chrysolog. ser. de decol.

171. Hieron. in Prophetam Ionam. 5. RESPONSIO Hieronymi, *Quòd prædicauit Iesus mirabilia de Ioanne incarcerato, cum præcesserint prodigia facta super cæcos, & claudos ne excusaretur crudelis Herodes, quod Ioannis dictis non credebat; quia miracula non faciebat, ex quo, inquit Hieronymus, prouenit, & est perspicuum prædicationem Christi Reges mundanos audire nouissimos. Vnde Ionæ Prædicatio totam vrbem impleuerat, cum ad Regis aures vltimo accessit.* Vnde addit Hieronymus, *Difficile potentes, & nobiles, & diuites, & multò his difficilius eloquentes credunt Deo, obcæcatur enim mens eorum diuitiis & opibus, atque luxuria & circumdati vitiis non possunt videre virtutes, simplicitatémque Scriptura Sancta quia non ex maiestate sensuum, sed ex verborum iudicant vilitate.* Ac si diceret; quia Herodias impia; & Herodes in luxuriis, & voluptatibus obcæcati erant, vilipendebant verba Præcursoris; ideo operibus miraculosis, & encomiis celeberrimis laudat eum Christus, vt nullam haberent excusationem de suis sceleribus.

Ionæ c. 3. 6.

Loquaces verbum Dei non audiunt. Hieron. cit.

Ratio quæsiti

172. Abulens. quæst. 18. in Matth. 11. 6. RESPONSIO Abulensis, qui aliam insinuat rationem laudis Baptistæ, scilicet, *Quia redundabat in maiestatem personæ Iesu: nam quo quis laudatur à sapientibus, prudentibus, & perfectis viris, eo quis laudatur excellentior est. Vnde mirabilia Christus de Ioanne prædicauit, vt eius doctrina, & excellentia appareret omnibus, & facilius crederetur. Vnde de iniquo Herode dicitur*, Matth. 14. num. 1. *Audiuit Herodes famam Iesu*, vbi Chrysostomus hom. 49. in Matth. *Non otiosè tempus Euangelista denotauit; non enim ab ipsis statim miraculosis exordiis famam Iesu, sed post multum tempus percepit.* Quasi diceret, parui faciunt magnates audire verbum Dei à sapientibus, & prudentibus, ne comprehensi inueniantur in sententiam contra diuitem epulonem datam, iam sepultum in infernum, *Habent Prophetas, audiant illos.* Hinc Christus Caiphæ multa Iesu interroganti respondit Ioan. c. 18. n. 21. *Quid me interrogas, interroga eos, qui audierunt, quid loquutus sum ipsis.* Quasi diceret, taxat ignauiæ, quod publicam doctrinam non audisses, cuius erat prospicere quid diceretur. Sed Herodes ita excæcatus erat cupiditatibus luxuriosis, quod sicut Pharao neque miracula, & prodigia, quæ Moyses faciebat attendebat: Sic neque Herodes encomia, quæ Christus de Præcursore turbis dixit, vt eum æstimaret, & crederet; siquidem tam grandis vir, & persona erat sicut Christus testabatur.

Matth. c. 14. n. 1. Chrysost. homil. 49. in Matth.

Luc. cap. 16. n. 24.

173. Ioan. c. 18. num. 21.

Exod. c. 11.

174. Abul. q. 18. 7. RESPONSIO Abulensis quæst. 18. qui ait: *Laudauit Christus Ioannem; quia licet Ioannes bonus putaretur; crederetur à quibusdam, quod erat sicut alij viri famosi, & excellentes priores: & voluit laudare eius excellentiam esse super omnes, vnde dixit inter natos mulierum non surrexit*

Matth. c. 11.

rexit maior Ioanne Baptista. Ac si diceret, cæteri Prophetæ, & Patriarchæ ceciderunt, & peccauerunt in Adamo, parente omnium, & mortui in tumulo ventris matris suæ, ceciderunt; sed de peccato originali non surrexit ex vtero matris suæ, sicut Ioannes, & ideò maior omnibus fuit, quia Prophetæ, & Sancti non fuerunt ita sanctificati in vtero matris suæ sicut Ioannes. Et patet hoc, quia sufficiebat dicere nullus maior natus est de mulieribus Ioanne Baptista, sed addidit non surrexit. Vnde *de tumulo ad tumulum peto dictum est ab antiquis, hoc est de ventre matris ad tumulum sepulturæ*, sed de hoc latius postea.

Ioannes sanctificatus in vtero cum aliqua differentia à cæteris: Authoris mens.

175. *Elogium Doctorum & Philosophorum.*

8. Responsio ad quæsitum. Respondetur, quod encomia dixit Iesus abeuntibus discipulis Ioannis, vt non esset Ioanni occasio inanis gloriæ si coram turba dixisset eis; nemo illorum iturus erat ad Ioannem quia erat incarceratus, & erant impediti, vt eum visitarent.

DIFFICVLTAS II.

Quid intelligitur per arundinem vento agitatam?

QVæritur, quare Ioannem proprietatem arundinis, non habere dicat Christus?

Caietan.
1. Responsio. Caietani in Matth. cap. 11. *Quia prima Ioannis commendatio animi est constantia.* Vnde Hieronymus in Catena;
Hieronym. in catena S. Thom.
Nunquid ob hoc existis in desertum, vt videretis hominem calamo similem, qui omni vento circumfertur, & leuitate mentis de eo ambigeret, quem antea prædicaret; Et addit Sanctus *an forsan stimulus inuidiæ contra me cogitur, & prædicatio eius vanam sectatur gloriam, vt ex ea quærat lucra?* Ac si diceret, non est Ioannes similis prædicatoribus, qui lucra ambitionis quærentes, adulationes Regibus, & Consulibus prædicant, & si se desperatos considerant; adulationes vertunt in rabiem, & multa contra superiores pronuntiant, & isti nunquam in eodem statu permanent, quia inconstantes sunt, quorum imbecillitatem fugiens Psalmista dicebat, *Perfice gressus meos in semitis meis, vt non moueantur vestigia mea.* Ac si diceret; da mihi, obsecro Domine stabilitatem in bono; aliquando vero hanc suam lubricitatem lamentabatur; *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.* Ac si diceret, misera est Domine, fragilitas humana, quæ nunquam habet in bono fortitudinem, & adhuc in viris perfectis est colluctatio cum elatione, ambitione, & desiderio impetandi, quia in nullo habent persistentiam, & nisi manu protectionis Dei tenerentur, laberentur sicut superbi, *Quorum lapsum*, (inquit Rupertus) *ruinamque insuperabilem expauescens*, Propheta ait: Psalm. 35. num. 12. *Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.* Ac si diceret, tam vehemens & fortis est tentatio manus peccatoris dantis munera, & dignitates promittentis, quod columnæ sanctitatis timent moueri à sua constantia, & fortitudine. Sed non sic (inquit Dominus) est Præcursor, quia non mouetur sicut arundo à quocumque vento, *Quia pedes eius sunt columnæ aureæ super bases argenteas*, Ecclesiast. 26. num. 23. *quia ab argento habet niueum candorem; nam est speculum virginitatis*, vt Chrysologus ait, *ab auro virtutum pretium*, quia inter natos mulierum nullus maior illo, à columnis robur, & firmitatem; quia non mouetur discipulorum suorum æmulatione, & fragilitate, imò fortius in radice Charitatis existit, nam sicut dixit Chrysostomus in homiliario: *Non potest aliquis dicere quod Ioannes erat constans, sed postea lasciuiæ seruiens factus est mobilis, propter quod dictum est à Domino, quid existis videre in desertum?*

176. *Prædicatores adulatores Principum damnantur.*

Ps. 16. n. 5.

Ps. 72. n. 2.

Rupert. Abb. Ps. 35. n. 12.

177. *Munera sanctos viros mouent.*

Eccles. 26. n. 23.

Chrysolog. sermon. de Præcur.

Chrysost. in homil.

2. Responsio. Abulensis quæst. 21. in Matth. cap. 11. dixit: *Christus Dominus per dicta verba de mobilitate arundinis, vt significaret constantiam Ioannis*, Quasi diceret, homo qui est leuis opinionis, etiamsi interdum concipiat propositum vitæ excellentis, non potest in illo diu permanere; Ioannes autem habebat vitam austerissimam, scilicet, manens in deserto, vbi nullum bonum humanum erat, indutus veste de pilis camelorum, & comedens solum locustas, & mel syluestre, in hac autem austeritate vitæ perseuerauit à pueritia vsque ad mortem; & nunquam pro tanta pœnitentia quæsiuit subsidium, potum aut cibos delicatos, sed præmium laborum suorum fuit longa carceris oppressio. Quomodo ergo poterat esse leuis opinionis, & facilè moueri, sed mentis constantissimæ, & sic nunquam dubitauit de Christo, quod esset Messias.

178. Abul. q. 21.

Inconstantes facile mouentur.

Ioannis encomia.

Hypocritæ quærunt cibos delicatos.

3. Responsio Bernardi, epistol. 341. *Erubescat anima conuersa ad Dominum, tam fragili affectu sectari iustitiam.* Quasi dicat, quod sunt multi qui nunquam permanent firmi, & stabiles in rebus spiritualibus, sed vna die fortes, & statim mobiles sicut arundo, De quorum virtute dici potest, quod de hedera Ionæ, *Quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte periit.* Sed hoc ad mores pertinet, & postea latius.

179. Bern. ep. 341. *Fragiles & mobiles in spiritu reiiciendi.*

Ionæ c. 4. n. 10.

DIFFICVLTAS III.

Quomodo vsus vestium sit licitus.

QVæretur quomodo reprehendit Christus vsum vestium dicens, quod qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. 190.

Matth. 11. n. 3.

1. Responsio S. Gregorij in Homiliario, *Nemo autem existimaret, in fluxu atque studio pretiosarum vestium peccata deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset & nequaquam Petrus fœminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens, non in veste pretiosa, &c.*

S Gregor. in homil.
2. Epist. Petri c. 1. n. 1.

2. Reponsio Augustini lib. 4. de doctrina Christiana, qui ait, *tunc in omnibus non vsus rerum sed libido vtentis in culpa est.* Quasi diceret, vt Abulensis explicat quæst. 22. in Matth. *Quod circa vestes, & totum ornatum exteriorem potest quis bene se habere in omnibus quæ in vsum nostrum veniunt; id est, si non sint per se bona; virtus & vitium possunt esse in quantum in eis esse superabundantia, & defectus, & bene, & malè à ratione dirigi, vt Aristot. dicit 7. Ethic. cap. 12.*

Aug. de doctrin. Christ. lib. 4.
Abul. q. 22. in Matth.
Aristot. 7. Ethic c. 12.

subtilium, pretiosarúmque vestium non putant esse peccatum; quod si culpa non esset, nequaquam sermo Domini tam vigilanter exprimeret, quod Diues, qui torquebatur apud inferos bysso & purpura fuisset indutus. Quasi dicat Sanctus, quod vestimenta excedentia proprium statum: & superflua in magnatibus, maximè si pauperibus & seruis suis non succurrunt, & soluunt, quod eis debetur, graue peccatum est.

Luc. cap. sup. cit.

188. *Auctoris mens circa debitũ seruorum soluendum.* Abul. cit.

7. Responsio. Abulensis loco citato, qui ait, *Quod vestium profanitas adhuc in mulieribus, si excedit conditionem status sui peccatum est.* Vnde Apostolus 1. ad Timoth. cap. 2. num. 9. *Mulieres in habitu, & ornatu cum verecundia, & sobrietate ornantes se; id est, sobrietas sit mensura, & qualitas cuiuscumque personæ.* Et subdit Apostolus: *Non in tortis crinibus, auro, aut margaritis, aut veste pretiosa.* Quasi diceret ornari auro, & pretiosis vestibus, non licet communibus mulieribus, sed solum vestimentis auro, & bysso textis vtantur Reginæ & Principes. Non sicut meretrices, & scandalosæ mulieres; nam istæ & qui talia consentiunt, peccant, quia vt ait Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana. *Quisquis sic vtitur exterioribus rebus metas consuetudinis rationabilis excedit.* Quasi diceret: omnia sic perduntur, & confunduntur in Republica, quia nobilis ab ignobili non distinguitur, neque seruus à Domino; & mendicus operarius ab equite nobilissimo. Et insuper depauperantur omnes, & scandalizantur nationes alienigenæ, vel potius in risum, & opprobrium illis eueniunt, quia talis vsus vestium pretiosarum in domibus Regum solum debent inueniri, vt Christus dixit, & in seruis suis qui semper sunt principaliores, & similiter in hominibus eius qualitatis. Vestimenta autem prophana designant malos mores. Vnde Chrysostom. in homil. *A vestimentis, & moribus Ioannis deducit Christus esse Prophetam & plusquam Prophetam.*

1. ad Timot. c. 2. n. 9.

Abul. cit. 1. Timoth. *Vestimentorũ varietas perditio Regnorum.*

189. Aug. lib. 3. de doctrin. Christiana. *Æqualitas pretiosa vestimentorum destructio Regnorum.* Matth. 11.

Chrysost. in homil.

DIFFICVLTAS IV.

Vt quid dicit Dominus, quòd Ioannes est Propheta, & plusquam Propheta?

Quæretur, qua ratione & occasione dixit Christus, quod Præcursor erat Propheta, & plusquam Propheta?

190. 1. Responsio Gregorij in Catena Sancti Thomæ, *Quia Prophetæ prædicabant, & prædicebant ventura de Messia, sed non demonstrabant, Ioannes verò plusquam Propheta, quia eum quem præcurrendo prophetauerat, etiam ostendendo monstrauerat.* Ac si diceret, credite Ioanni quia non solum de me prophetauit, adhuc ex vtero matris loquens per os matris suæ, sed & vobis prædixit me esse Messiam; & ideò misit vos ad me, non ignorans, sed prædicans, & docens, & in hoc plusquam Propheta, quia illi non cognouerunt me, Ioannes vero venit in testimonium meum, vt illud perhiberet de veritate verbis & signis, & digito me ostendendo, & prædicando.

Gregor. in Catena S. Thom.

Ioannes quare plusquam Propheta.

Ioan. c. 1.

Hieronym. in catena

2. Responsio Hieronymi in Catena, *In quo etiam cæteris Prophetis maior est; quia priuilegium prophetale etiam Baptismi accessit premium, vt suum Dominum baptizares.* Ac si diceret: *Prophetæ præmium suæ prophetiæ receperunt sperando videre Verbum diuinum incarnatum:* At Ioannes, & vidit, & tanta mercede, & honore coronatus est, vt baptizaret Christum, & quasi manu sua coronam Redemptori imposuerit.

Coronauit manus Ioannis Christũ.

3. Responsio, Abulensis quæst. 27. *Ioannes est plusquam Propheta, quia habuit excellentiam quandam supra rem prophetatam, & super cæteros, quia vt Christus dixit; Lucæ 10 Multi Prophetæ voluerunt videre quod vos videtis, & non viderunt;* hoc autem conuenit ad gradum Propheticum. Quia consistit Prophetia in cognitione; perfectius autem aliquid cognoscitur eum sensu percipitur, quam eum solo intellectu apprehenditur; Ioannes autem intellectu cognouit in ventre matris, vox clamantis fuit in deserto, & in Iordane vidit, & audiuit, & tetigit, & in carcere prædicauit, & docuit Discipulos. 191.

Abul. q. 27. in Matt. 11. Luc. 10.

Subtilitas intellectus Ioannis. Matth. c. 11.

4. Responsio. Chrysostomi, *Secundum quid est maior Ioannes Prophetis? Secundum illud quod est prope Christum.* Et ideò dicitur Matth. 11. *Mitto ante faciem tuam, hoc est, prope te.* Ac si diceret, vt adnotauit Abulensis q. 27. *Ioannes cucurrit cum Christo, cæteri Prophetæ de longe prenuntiauerunt; iste autem fuit immediatè ante eum*, id est, primum gradum excellentiæ habuit post Christum, de quo in sequenti difficultate dicemus.

192. Chrysost. in homil.

Matth. 11. Abul. q. 27.

Excellentia Ioannis.

DIFFICVLTAS V.

Quare per Malachiam prænuntiatus fuit Ioannes, & vocatus Angelus?

Quæretur, quare Propheta Malachias cap. 3. num. 1. prophetauit de Præcursore. 193.

Malach. c. 3. n. 1.

1. Responsio Hieronymi in Catena, *Quia cæteris Prophetis maior est.* Vel vt Chrysostom. in homil. *Vt monstraretur secundum quid est maior, dicens; hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.* Quasi diceret, ita excellentissima fuit vita Præcursoris, vt cum miraculum nullum fecerit, perpetuum fuit ipse miraculum miraculo Prophetatus, miraculo conceptus, miraculo clausus adhuc in vtero venientem Dominum sentiens, & matri suæ demonstrans, miraculo circumcisus, mutam Patris sui linguam exoluens, miraculo inter feras vitam gerens.

Hieronym. in catena S. Thom. Chrys. in homil. Malach. 3. n. 1.

Ioannis eximia laus.

2. Responsio. Hieronymi, *Vt meritorum Ioannis argumentum faceret Dominus de Malachia testimonium infert, in quo etiam Angelus prædicatur.* Quasi diceret Angelum hic Ioannem non putemus naturæ societate, sed officij dignitate, id est, nuntium qui venturum Dominum nuntiauit. Et Auctor imperfecti addidit, Ioannes non solum æquauit Angelos, sed superasse videtur; quia cum homo, & non Angelus esset, Angelicam, non humanam vitam egit. Ita vt multi ex Iudæis verè fuisse Angelum existimauerint, vt Auctor est Eusebius. 194.

Hieron. cit.

Auctor imperfecti.

Euseb.

3. Responsio

Gregor. in Cathena Græca locutio. 3. RESPONSIO Gregorij citati in catena Sancti Thomæ, *Quod Græcè Angelus, idem est, quod Latinè nuncius. Rectè ergo qui nuntiare supernum nuntium venerat Angelus vocatur, vt dignitatem seruet in nomine quam explet in operatione.*

Chrysost. in homil. 4. RESPONSIO. Chrysostomi in homil. *Monstrat igitur Dominus secundum quid Ioannes est maior Propheta, secundum id scilicet, quod est prope Christum, & ideò dicit mitto ante faciem tuam, hoc est propè te, sicut qui iuxta currum Regis incedunt aliis sunt clariores: ita Ioannes prope Christi præsentiam.* Ac si diceret

195. Malach. cit. qui intra currum cum Rege intrant, sunt Principes, qui loquuntur cum Rege. Ita Ioannes Princeps est, qui exultauit vt gigas ad currendum viam hanc cum Christo; *Et si quæras, quomodo apud* Malachiam cap. 3. num. 1. *non legitur ante faciem tuam, sed ante meam?*

Ps. 18. n. 6. Malach. 3. n. 1.

196. Maldonat. 5. RESPONSIO Maldonati in cap. 11. Matth. quod sensus idem est: *Nam illic Christus de se loquitur, hic Pater de Filio.* Et hinc potest etiam probari diuinitas Christi: nam certum est apud Prophetam Deum esse qui loquitur; ex eodem autem loco manifestum est fuisse Christum.

Glossa in Malach. 6. RESPONSIO ad quæsitum Glossæ, quæ ait, *Alij Prophetæ missi sunt, vt aduentum Christi annuntiarent: Ioannes autem vt prepararet ipsius viam, sequitur, vt prepararet viam ante te.* Quasi diceret vt per viam redderet sibi

Hilarius corda auditorum pœnitentiam prædicando, & baptizando. *Vnde Hilarius initium & desertum est cor in quo habitatio nulla est Dei.* Sed hoc mysticè postea.

197. Hieron. Abulens. 7. RESPONSIO Hieronymi, & Abulensis quæst. 29. citati, aliam reddit rationem, propter quam Dominus Ioannes Angelus vocatur, *Quia in carne, præter carnem viuere non terrena vita est, sed cœlestis.* Alij dicunt, (dicit Abulensis) quæstione citata: *Quia Ioannes erat Sacerdos. nam filius Zachariæ Sacerdotis erat,* Lucæ cap. 1. *Sacerdotes autem Angeli dicuntur,* Malach. cap. 2. n. 7. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, quia Angelus Domini exercituum est,* & 1. Corinth. 11. num. 19. dicitur, *Quod mulieres in Ecclesia habeant capita velata propter Angelos, id est, propter Sacerdotes.* Sacerdotes Angeli dicuntur. Auctores varij. Lucæ. 1. Malach c. 2. n. 7. 1. Cor. c. 11. n. 19.

198. Abul. q. 28. 8. RESPONSIO Abulensis ex sua sententia quæst. 28. qui dicit, *Quod fuit conueniens, quod Ioannes fuisset prænuntiatus, non solum propter excellentiam Ioannis, quia fuit maior inter natos mulierum. Sed: quia futurus erat præcursor Domini, & quanto magis esset excellentior Ioannes, tanto maioris auctoritatis esset testimonium suum.* Vnde addit Abulensis quæst. 29. citata: *Ioannes vocatur,* à Malachia cap. 3. n. 1. *Angelus, quia fuit nuntius à Deo missus ad annuntiandum Iudæis de Messia.* Vnde vt Gregorius dicit: *omnes Angeli nuntij Dei dicuntur,* vt patet Esai 33. num. 7. *Angeli pacis amare flebunt. Quasi diceret: nuntij boni tristantur de infelicitatibus hominum. Sed nomen nuntij maximè ad Ioannem pertinet propter dignitatem rei annunciatæ.* Præterea quod ostendere Christum, & annuntiare Angelorum officium fuit Lucæ 1. vbi Angelus Mariæ annuntiauit de Christi conceptione, & ipsi Angeli annuntiauerunt Pastoribus ipsum natum, Lucæ cap. 2. Ioannes ergo qui idem faciebat, Angelus dicebatur eo modo quo insinuauit Hieronymus, & Gregorius iam citati: *Supra Angelum Ioannem dici non putemus naturæ societate, sed officij dignitate.* Ex quo patet responsio ad totum quæsitum. Ioánes Christi honorificentia. Abul. q. 29. Malach. 3. n. 1. Greg. cit. Es. 33. n. 7. Luc. 1. Luc. 2. 199. Hieron. Gregor.

TRACTATVS OCTAVVS,

EXPOSITIONES AD MORES

Super illa verba: *Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere de Ioanne,* &c.

DIFFICVLTAS VI. ad mores.

200. QVÆRITVR, cur tot, tantáque encomia ad populum dixit Iesus de Ioanne? Et cur illius discipulis abeuntibus? Ad hoc secundum in sequenti difficultate respondebo. Et ad primum

Abul. q. 18. 1. RESPONSIO. Abulensis quæst. 18. citata in littera: *Ne opinio plebis contra illum deficeret; fuerat enim in maxima opinione in cordibus hominum.* Ac si diceret, quod magna cautela semper agendum est, ac maximè consulendum honori illius cuius fama periclitatur. Admirabilis est nota Chrysologi serm. de Thelonario, *Cur Dominus cum ad se vocaret Matthæum, nullum ei præmium promiserat, sed tantum dixit absolutè: Sequere me. Et augetur difficultas, quia vocando Diuum Petrum, & Andream magnum eis præmium repromisit,* dicens Matth. 4. Chrysolog. serm. de Thelonario. Matth. c. 8. n. 19.

Matth. 4. n. 19. *Fama sustorum præcisa est apud Deũ.* Idem. Matth. 4. num. 19. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Quasi diceret, faciam vos Doctores Ecclesiæ, & Prædicatores animarum, vt eas ad viam salutis dirigatis. Et ampliatur difficultas, quia non est dedignatus ire ad domum Thelonarij Matthæi ad conuiuium grande celebrandum pro tam celebri conuersione peccatoris, & ad domum Andrææ, & Petri pro tunc non iuit, sed venire eos iussit cum illo. (Matth. 8. num. 20.) *Venite, inquit post me. Matth. 4.* Respondet Chrysologus, & Paschasius, (Chrysolog. Paschas.) *Quod non proponitur Matthæo vllum præmium propter famam illius, ne audientes circunstantes putarent; quod Domino adhærebat ob lucrum, vel aliquam mercedis spectationem, sed tantum propter nimium amoris sui affectum:* Nam semper Dominus famam suorum amicorum æstimat, & pluris fecit.

201. *Fama pluris æstimanda.*

Vnde notauit Sanctus Gregorius furorem diuinum quo Dominus contra amicum Iob Eliphaz Themanitem accensus, ait: (S. Greg. lib. moral. Iob c. 42. n. 7.) *Iratus est furor meus in te & in duos amicos tuos.* Et si quæramus rationem tantæ indignationis nullam aliam reperies, nisi famam & honorem ipsius Iob periclitantem: nam ipsi amici Iob pessimam de illo opinionem acceperant, & dicebant, (Iob 4. n. 7.) *Quis vnquam innocens periit*, Iob 4. num. 7. *Quid ergo fecit Dominus, vt honor amici sui conseruaretur illæsus? nil aliud nisi cepit dicere de Iob mirabilia & reprehendere ignorantiam, & stultitiam illorum quoniam non estis loquuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob cap. 42. num. 7.* (Iob 42. n. 8.) Et post multa & magnalia de illo ponderata, quasi iam placatus propter amicum Dei Iob addidit: *Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam* Iob 42. Quasi diceret, si vos serui mei essetis, sicut seruus meus Iob famam, & honorem illius obseruaretis. At ille verè est meus amicus & seruus, qui non dedit malum pro malo, neque malè sensit, de quibus male de eo loquebantur, sed reddidit bonum pro malo, & orabit pro vobis. Et ego tantum eum æstimo, & diligo, quod propter eum, & propter eius honorem, & famam parcam vobis, & respiciam faciem eius; & propter eum vos.

203. *Amicus Dei dilectus qui de omnibus benè loquitur.*

Vnde Gregorius lib. 33. moral. cap. 3. (Greg. lib. 33. moral. c. 3.) *O Domine iudicij tui sententia indicat quantum à luce tuæ rectitudinis cæcitas nostra discordat.* Ac si diceret: O Deus meus quam incomprehensibilia sunt iudicia tua, & quam diuersa ab hominum cogitationibus, quantum nos cæcitas nostrarum passionum multoties fefellit, & facit vt viros bonos quasi malos reputemus, doctos, quasi ignaros, nobiles quasi ignobiles; Quia vt inquit Rupertus in Exod. (Rupert. Abb. in Exod. cit. supra.) *Hæc est amaritudo rixantium, vt semper è vicinor apiant quod noxium est ad augendum contemptum.* Et sanè Gregorius addidit: (Gregor. vbi supra.) *Ecce te iudice, Deus meus, beatum Iob victorem esse cognouimus, quem in te peccasse loquendo credebamus.* Ac si diceret, pluris facit Deus famam & honorem amicorum suorum, quod cùm periclitatur apud inscios & ignaros, cœpit, & nunquam finit dicere de eis, vt patet in Ioanne Matt. 11. (Matth. 11.) *De quo cœpit Iesus dicere, vt turba; non deficeres in eius opinione.*

2. Responsio. Admirabilis est nota Vatabli in scholiis, (Vatabl. in schol.) *Quare Nabuchodonosor videns tres pueros in camino ignis dixit, & species quarti similis est Filio Dei? Daniel cap. 3. num. 92.* (Daniel c. 3. n. 92.) Et respondet Vatablus: *Apparuit Nabuchodonosor Filius Dei, ne putaret hoc fieri in maleficio.* Quasi diceret, seruiebant pueri in domo Regis, & ne Chaldæi, & Assyrij putarent, quod Rex habebat in suo seruitio maleficos, & hoc modo Rex, & pueri sine honore remanerent; quia non permittit Deus quod deficiat opinio seruorum suorum, & opinio Regis, & Regni pro seruis maleficiis traditis exhonoratur, & in opprobium venit. *Malefici serui Principes exhonorant.*

3. Responsio sit, *Quod capit Iesus dicere de Ioanne, vt virtus Ioannis laudata cresceret, & confortaretur eius animus ad difficiliora, & præclariora; & positus in carcere ad palmam martyrij excitaretur honoribus & encomiis à Christo exaltatus.* 204.

Interrogat Sanctus Chrysostomus; (D. Chrysost. homil. 28. in Matth.) *Quare Christus ad curandam socrum Petri dignatus est ire cum esset paupercula domus iuxta mare posita?* Et respondet, *Quod ad diuersorium Discipulorum diuertit se Christus, & (vt supra dicebamus) ad domum Matthæi Thelonarij, quando eum vocauit, quod faciebat,* vt inquit Chrysostomus homil. 28. in Matth. *vt hoc affecti Discipuli honore, diligentiores ad omnia fierent.* Vnde Abulensis quæst. 42. in Matth. ait, (Abul. q. 42.) *Quod Dominus honorat suos Discipulos, & Præcursorem plus, vt tali honore animosiores reddantur in sufferendis laboribus, & obseruandis præceptis: nam dignitas, & honor maximè confortant ad quæcumque difficilia vincenda;* vt patet in Ioanne incarcerato, quod animatus & confortatus honoribus & encomiis sui Magistri, caput & vitam dedit pro sui amore. 205. *Honores confortant homines ad laborem.*

4. Responsio, sit ratio, cur cœpit Iesus dicere de Ioanne, (*Authoris mens.*) *Quasi admiratus Iesus, & obligatus, videns Præcursorem quærentem, non quæ sua erant, sed quæ Dei.* (1 Cor. 13. n. 5.) Et sic eius, consolatio positi in vinculis fuit legatio, quam misit ad Christum vt aulicis, & familiaribus, ac priuatis Regum documentum præstaret de non abhorrendo consortes in Principis amicitiam. 206. Interrogat Oleaster, (Oleaster in Exod. c. 3. n. 11.) *Quare Moyses se excusauerat in legatione ad Pharaonem, vel insinuando suam humilitatem dicendo, quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem.* Exod. cap. 2. (Exod. c. 3. num. 12.) *Neque credendo Deo dicenti, ego ero in ore tuo; neque ad prodigia virgæ in colubrum versæ, postea in virgam; neque tamen considerando quàm largus est Deus in seruos suos, vt eos Deos faciat dicendo, tu eris ei pro Deo.* (*Aulici in Palatio inuidi.*) (id est Pharaoni) sic legit Pagninus: (Pagn.) *Neque volebat, nec audebat talibus subsidiis munitus adire Pharaonem, sed semper suam incapacitatem ostendens dicebat, impeditioris, & tardioris linguæ ego sum.* Exod. cap. 4. (Exod. c. 4. num 15.) Cum autem Dominus dixit illi? *Aaron frater tuus scio, quod eloquens sit?* (Ibid.) Ac si diceret: *Non te excuses, quia socium dabo tibi, qui eloquentissimè loquens videatur loquendo.* Sic legit Pagninus: (Translat. Pagnin.) *Quo audito ita mutatus est Moyses, ac hilari vultu responsum dedit Domino dicens: vadam, & iuit æquo, & alacri corde.* Vnde Oleaster: (Oleaster in Exod cit.) *Attendant Aulici, & qui Principibus ministrant, & societatem abhorrent nolentes consortem habere, & si detur ægrè ferunt; non enim acquieuit Sanctus Vir Deo, quousque ei socium in legatione daret, & quasi pro præmio laboris, & itineris sui habuit socium in missione sua.*

Et in hoc sensu Martha conqueritur de Maria sorore sua dicens: *Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare.* Lucæ

Lucæ c. 10. Oleaster in Exod. c. 4. *Singulares volunt esse Aulici.*

Lucæ cap. 10. Vnde serui Principum inquit Oleaster in Exod cap. 4. *Quia non tam bonum Principis ministerium, quam propriam vtilitatem quærunt, nolunt consortium; serui vero Dei, quia non quod suum est, sed quod Dei cupiunt, socios ad ministerium desiderant, petunt, & mittunt, sicut Præcursor qui pro consolatione laborum suorum in vinculis, & in hora* iam appropinquante mortis legatos mittit ad Iesum, & de hoc tam gratulabundus & obligatus se ostendit Dominus, quod cœpit, & non finiuit dicere de

Matth. c. 11.

208. Ioanne, hoc est, principium laudationum Ioannis, epilogus est omnium virtutum, quia cum ipse missus fuit à Deo quasi legatus quod Græcè idem est, ac nuntius, vt testimonium hominibus perhiberet de Christo, ipse tanta fuit humilitate suffultus, vt nuntios, & legatos misisset ad Iesum, vt discipuli eius & eodem officio fungerentur, & toto orbe terrarum nuntij, & legati fuissent, & testimonium perhiberent de verbo vitæ.

Ioan. c. 1 n. 1. Matth. c. 11.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare Discipulis abeuntibus cœpit Iesus dicere de Ioanne?

209. QVæritur, cur non præsentibus, sed absentibus Discipulis Præcursoris cœpit Iesus dicere de Ioanne?

Abulens. qu. citata.

1. RESPONSIO Abulensis quæst. citata in littera, *Ne discipuli erubescerent si de sua dubitatione palam arguerentur, quia spirituales sunt magis sensibiles, & quia ex ignorantia dubitauerant; ideo vt prudens medicus latenter, & illis absentibus medicinam exhibere voluit, Respondentes, dicite Ioanni quæ vidistis.* Quasi diceret, vester Magister docebit vos veritatem de verbo incarnato.

Spirituales magis sensibiles. Matth. c. 11.

2. RESPONSIO Sancti Chrysostomi, *Qui interrogat quare cum Angelus apparuit Iosepho Sponso Deiparæ vt consolaretur eum de cogitatu impudico, nullam de suspicione fecit mentionem, sed dixit; quod enim in ea est, de Spiritu sancto est? Respondit quia nulli doloris sui causam detexit* (& addit) *cum enim, quod nulli fuerat ipse confessus, sed inclusum tantummodo mente voluebat;*

Chrysost. homil. 4. in Matth. c. 1. n. 20.

210. *id etiam loquente Angelo recognouit.* Quasi diceret, Sanctus prudens Ioseph, tam caute, & suauiter defectus vanè conceptus reprehendit, quod nemini dixit, neque sponsæ dilectæ; imo quod verum est de sua imaginatione ad seorsus suos aliquid reuelauit, quia neque oculus vidit, nec lingua loquebatur, neque auditus ad suspicionem aperuit, neque tactus; quia non tractauit negotium cum aliquo; nec os eius loquutum est, neque affectus aliquis mœstitiæ in eo visus est, sed tantum imaginatio fuit in intellectu à phantasmate propositum ad imaginationem. Ideo Angelus totum hoc recognoscens in terminis loquitur Iosepho, & sic suauiter innocentiæ sponsæ suæ pepercit & ab Angelo Iosephi mitissime reprehenditur, quia ignoranter suspicionem conciperet. Vnde eadem 4. homilia ait Chrysostomus, *Angelus inuolucro verborum tegens de maligna suspicione tacuit.* Ac si diceret, noluit Angelus palam reprehendere suspicionem Iosephi, ne tantus vir erubesceret, & confusus rubore affligeretur. 211.

Iustus delinquens suauiter est corrigendus. *Temeraria suspicio fugienda.* Chrysost. homil. 4. *Secreta seruare donum celeste.*

Interrogat Oleaster in Genes. 45. n. 7. *quare cum fratres Ioseph territi erant cum fratre suo iam manifestato, alta voce dixit; Pro salute, vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum?* vbi translatio Pagnini legit, *ne dolore afficiamini.* Et addidit vulgata n. 7. *non vestro consilio huc missus sum?* Respondet, *vt non erubescerent, & verecundia confunderentur, non vindicans peccatum, neque saltem exprobrat, sed ex peccato opus bonum efficere nititur, imo opus Dei.* Et addit Oleaster: *Sicut enim impij ex operibus iustitiæ peccata faciunt, ita iusti opera iustitiæ, & Dei.* Quasi diceret, ex æmulatione, qua Discipuli erant, & veniebant induti contra famam, & opinionem Christi reuersi sunt laudando iustitiam, & magnalia Dei, quæ viderunt per Christum operata.

Oleaster in Genes 45. n. 7. Genes. 47. Transl. Pag. vulgata. Oleaster citat.

Vnde Ambrosius laudans mitissimam correctionem Ioseph ad fratres suos sceleratos ait lib. de Ioseph Patriarcha cap. 12. *O quam pia fraternitas, quam dulcis germanitas, vt etiam parricidale excusetur admissum dicens, diuinæ illud prouidentiæ fuisse, non impietatis humanæ; quandoquidem non ab hominibus oblatus ad mortem, sed a Domino missus sit ad vitam.* Quasi diceret, tam suauis, & mitis est conditio seruorum Dei, quod opera adhuc manifestè mala in bonam partem emittant. Vnde Oleaster loco citato; nullum enim est opus tam iustum, aut Sanctum, in quo iniquus non inueniat circunstantiam aliquam, qua illud damnet. Quasi diceret, didicerunt à 213.

212. Ambros. lib de Isaac cap. 12. *Impij de omni opere murmurant.* Oleaster cit.

Diabolo patre qui cum in nobis damnare non possit opus, damnat intentionem. Commendauerat enim Dominus opera Sancti Iob, ipse vero eius mentem apud Deum damnare satagebat, dicens: *Nunquid frustra Iob timet Deum? Boni vero vice versa cum opus malum aliter excusare non possunt, saltem intentionem, quam non norunt, excusant, & bonam quo ad possunt, faciunt.*

Iob c. 1. n. 9. *Auctoris mens.*

3. RESPONSIO. In multis sacræ scripturæ locis passim hoc inuenies. 1. Reg. cap. 8. dicitur *quod populus furore commotus contra Saul, varia deliria dixit.* Et audiuit *(inquit textus) Samuel omnia verba populi.* Et explicans Paraphrasis Chaldæa verba, *vel deliria ista, ait: ordinauit ante Dominum Moyses.* Quasi diceret iustus Patriarcha, non attendens ad verba furiosa populi, solum intentionem occultam iudicauit bene ordinatam. Et ita dicendum: narrauit quia sancti mitissimè iudicant de culpis alienis.

1 Reg. c. 8. n. 21. Paraphrasis Chaldæa. *Iusti componere conantur, & excusare peruersos.*

Interrogat Caietanus, *Cum quo ludebat filius Agar, Ismael, cum Sara conquesta est coram Abrahamo marito suo dicens; vidit Sara filium Ægyptiæ ludentem.* Sic legit Pagninus? Respondet Oleaster in Genes. 21. n. 9. *Addendo aliam interrogationem, nempe quis ludus fuerit iste, de quo Sara conqueritur.* Et dicit, *quod licet Sanctus Hieronymus in quæstionibus Hebraicis dicat, quod ludus erat idolorum cultus; tamen Hebraicè idem est ludus quod Schac, quod significat illudere, vel irridere.* Hoc supposito inquit Oleaster: *ideo vxor Putiphar conquesta est de casto Ioseph dicens* Genes. 39. *introduxisti seruum (id est, Ioseph) vt illuderet mihi. Ac si diceret, irrisus est me,* vt & Caietanus citatus ait, *Ismahel fecit alios pueros, quod simul cum illo illuderent Isaac.* Quæ omnia ad nostrum propositum exaltant sanctam

214. Caietan. in Gen. cap. 39. Transl. Pag. Oleaster in Genes. 21. n. 9. S. Hieron. in quæst. Hebraicis. 215. Oleast. in Gen. 39. Caietan. cit.

Saram

Genes.39. n.17. Saram, quæ non indicauit omnia ista opera mala Patri Abrahæ, sed tantum dixit, non erit hæres filius ancillæ cum filio meo, tacendo ludum, vel idololatriæ, vel contemptus, & irrisionis, quæ omnia prouocarent ad iram Abraham.

216. Oleaster in Gen.21.n.10. *Discordia cauenda.* 4. Responsio ad mores, Oleaster in Genes.21.n.10. *Cauenda sunt discordiæ domesticæ, & potius de substantia aliquid perdendum est, quàm discordias permittere.* Idem Christus Dominus noluit præsentibus Discipulis, sed abeuntibus dicere de Ioanne mirabilia, quia remanerent confusi & conclusi de sua leuitate, & incredulitate, & forsitan conquererentur de suo magistro, *Auctoris mens.* quod cautelosè illos misisset ad Christum, & sic pepercit illis, quia nesciebant quid faciebant, & cum hoc quasi dissimulando euitauit discordias.

217. Caietan. in Matth.11. 5. Responsio sit Caietani, *Quare illis absentibus cœpit Iesus dicere de Ioanne: ne coram discipulis Ioannis laudans Ioannem videretur humano respectu laudare.* Ac si diceret, tantum eliminat à conditione Dei adulatio humana, quod pepercit æmulationi Discipulorum Ioannis, & coram illis noluit laudes eius dicere, ne vt adulator in minimo æstimaretur.

Lyran. noster. Interrogat Lyranus noster, *qui sunt populi illi Æthiopum, quibus dedit Dominus exercitum Pharaonis, vt deuorarent eum quasi escam, sicut* Ps.73.n.14. *David*, narrat Ps.73. n.14. *dedisti escam populis Æthiopum?* Quasi diceret vates cælestis, ostendisti Domine tuam omnipotentiam dando populis Æthiopum vt quasi escam exercitum Pharaonis deuorarent? Et sic respondet ad quæsitum: *Corui dicuntur Æthiopes.* *Corui ibi vocantur populi Æthiopum propter nigredinem, & cum istis corpora mortuorum sunt cibi & esca; ideo dicitur quod dedit illis vt escam* 218. *exercitum Pharaonis submersum in mari, & ad littus cadauera reuertentia.* Et si quæras, quare dedit Ægyptiis escam sicut coruis? Respondetur, *Adulatores placent impiis.* *quia Pharao adulatores magos pluris faciebat, quam miracula Moysis. Et sic qui apes* (id est Prophetas Domini) *salubriter abegit, in coruos laniantes incurrit.* Mendoza lib.1. Reg.cap.2. *Et vt inquit Adagium Grecum; præstat incidere in voracem, quam in colacem, hoc est,* *Adagium Græcum.* *in voracem coruum, quam in fallacem adulatorem; quia adulatio detestabilis est apud Deũ, & Sanctos.*

219. Theodoret. in Dan.c.6. n.28. Interrogat Theodoretus in Danielem c.6.n.28. quare Daniel vir tam perfectus & sanctus quãdo loquebatur cum Rege dixit, *Rex in æternum viue;* Dan.c.1.n.4. c.1.n.4. *sed quid magis incertum, cum dies hominis pauci sint?* Respondet, *quod ita innata est adulatio apud Reges & Principes, quod semper additur quid diuinum vt gratulemur eis.* Cassiodor. 10.var.c.19. Vnde Cassiod. 10.var. c.19.ait, *Vobis gloriosissimi Principes, cum sitis absolute mirabiles; aliquid tamen additur; cum vos* *Regibus non adulandum.* *omnia regna venerãtur.* Ac si diceret, proprium est adulatorum Regibus aliquid addere, vt petentes impetrata consequantur. Et hæc est proxima ratio, quare in Palatiis Regum veritas non reperiatur; Chrysolog. citat. quia vt Chrysologus dixit, *Eliminat à Palatiis adulatio veritatem*; Christus autem ne in apicem pestis huius laberentur, Discipulis abeuntibus cœpit dicere de Ioanne, ne coram illis humano more laudare videretur.

220. *Auctoris mens.* 6. Responsio, quare illis abeuntibus cœpit dicere Christus? *Sit, quia discipuli Ioannis, in suis malis curandis circa dubitationem Messiæ remediũ non excluserunt, dum beneuolis auribus Christum audierunt:* nam sunt nonnulli peccatores, qui non August.in Ps.132. solum male agunt, sed omne remedium suis malis curandis excludunt. Interrogat S.Aug. in Ps.132.

Quando debuit Stephanus plus irasci quando lapidabatur, an quando non audiebatur? Et respondit, *Prædicatores non audiri sentiunt.* *Ecce mitis factus est cum lapidaretur sæuiebatque cũ non audiretur.* Quasi diceret lapidatus Stephanus orabat Deum pro lapidantibus, quid mitius? 221. Act.7.n.51. Et male auditus homines dura ceruice, & incircumcisis cordibus, & auribus nuncupabat, quid sæuius? Ac si duriora illa Pharisæorũ corda, quàm lapidantiũ saxa viderentur. Vnde quasi obligatũ se ostẽdit Christus cũ Præcursoris discipulis dum *Sermones audire obligat Deum.* beneuolis auribus eum audierunt, & oculis piis miracula viderunt, & eorum corda suauia & mitia remanserunt, & alacres Magistro annuntiauerũt, Matth.11. quod viderunt, & audierunt de miraculis Christi.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare dixit Dominus, quid existis videre in desertum? arundinem vento agitatam?

QVæretur, quare reprehendit Christus turbas Iudæorum, quia exierunt videre Ioannem in desertum? 222.

1. Responsio Caietani in Matth. 11. Caietan. in Matth.11. *Quia talis ac tantus concursus ad Ioannem testatur de ipso.* Ac si diceret, vere scriptum est, *quod numerus stultorum*, (qui est vulgus) *est infinitus*, Ecclesiast. c.1.n.13. quia vos exhalati multoties existis in desertum ad videndũ Ioannem, ergo eius calificatio ex ore vestro potest iudicari; nunc autem quia vidistis nuntios ex parte sua missos ad me interrogantes vtrum ego sim Messias? Putatis quod mutabit sententiam, & quod moueatur quasi arundo à vento, & quasi stultus, qui vt luna mutatur, quia est in Ecclesiast. c.27.n.12. vinculis positus, vel quia vt absens mutabit sententiã, sed vtrũque fecit illũ famosum, & insignẽ.

2. Responsio, quod sancti in laboribus 223. inde proficiunt ad vitam æternam, vt patet in Beato Iob vlceribus & vermibus scatens, qui Iob c.3. n.20. dicebat, *quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt?* Quasi diceret, quod famosi Christiani in laboribus & vinculis mancipati, si requisitum consolationis accipiant, *Laboribus recreantur iusti.* conqueruntur, quia tãquam militibus recentioribus, & non veteratis in amore Dei illis subsidium Deus præstat. Sic Greg. lib. moral. *Timent iusti, ne muneribus illos Deus cumulans ab intimis repellat.* Gregor. lib. moral.

Hinc interrogat D.Thomas, quare Dauid de Domino conquerẽs ait Ps.9.n.22. *Vt quid Domine* Ps.9 n.22. *recessisti lõge, despicis in opportunitatibus & in tribulationibus.* Quasi diceret, *quare Deus, dum amici tui clamant ad te dissimulare, & non audire fingis? Numquid amor in propria animosus, in amici pericula tuta non timet?* Saluian. Quare nimis afflictos seruos 224. non exaudis? Respondet S.Thomas, *In hoc videris* S Thom. cit. *non despicere, dum in tẽpore in quo deberes auxiliũ ferre, videaris dissimulare.* Opportunè hoc facis, quia sancti inde proficiũt ad meritũ vitæ æternæ.

3. Responsio, *Sanctitatis, & amoris Dei in Ioanne fuit, quia absens non sententiam mutauit,* *Auctoris mens.* *sed consolidauit, & confirmauit affectũ suum circa dilectum Iesum.* Vnde Richardus interrogat, quare Richard. in Cant.c.3. sponsa de supremis spiritibus conqueritur dicens Cant.3.n.3. *Num quẽ diligit anima mea vidistis* Ac si diceret, *Vos felices, & beati non consideratis dolorem animæ vnius absentis à suo sponso?* Et Cant.3.n.3. respondet, *miratur sponsa quod expertes tantæ*

visionis spiritus non dedignentur consolationem
224. *animæ absentis præstare.* Quasi diceret, dolores
absentiæ in amatoribus indicibiles sunt, & infir-
mitatem mortalem quam in cordibus operatur,
Cant. c. 2. n. 5. iuxta illud Cant. 2. n. 5. *Nuntiate dilecto, quia*
amore langueo, sed talis est amoris absentis con-
ditio, quod non frangitur, imo plus constringi-
tur, quo separatus plus fuerit, quia scriptum est
Oseæ c. 11. n. 4. *In funiculis Adam traham eos, & declinaui ab eis*
Transl. Vatab. in Scholiis: *Separaui à me populum pedetentim.* *vt vescerentur, id est, absentia, & vehementi desi-*
derio amoris mei probabo dilectos meos, vt patet
in Ioanne, in vinculis positus non absentia
Christi mutatus, sed firmior, & solidior amator
existens; & quia *mutuus amor soluitur amore*;
Amoris vis absentia probatur. ideo absens Christus de Ioanne dixit, *putatis*
quod sit arundo vento agitata.

Cassian. lib. 2. cap. 4. Interrogat Cassianus lib. 2. cap. 4. *Quare Virgo*
Maria, dum puer remansit in Ierusalem per tres
dies perditus, iam inuentus vocauit Mater sua
illum filium, dicens: Fili quid fecisti nobis sic.
Luc. 2. n. 48. Lucæ 2. n. 48. Et respondet, *vt sit spes nostra soli-*
dior, quod veluti piam matrem impossibile sit à pio
filio derelinqui. Quasi diceret, vt homines intel-
Absentia amor solidatur. ligant, quod verus amor absentia non minuitur,
sed solidatur, & vt discat anima sancta, quod
quamuis aliquando sponsus Deus videatur abesse,
225. est, vt exerceatur ærumnis, & vt absentiâ augea-
tur amor, non minuatur. Et hoc insinuat Christus
de Ioanne dicens: non est amor Ioannis, quasi
arundo facilis moueri, sed positus in vinculis
firmiter vsque ad mortem solidatur, & quasi au-
rum in camino ignis absentia probatur.

Caietan. in Matth. 4. RESPONSIO Caietani, *Quod prædictis*
verbis & comparatione de calamo ostenditur, quod
prima Ioannis commendatio est in vinculis animi
Gregor. in hom. *constantia.* Vnde Gregorius legit, *Quid existis*
videre? Arundinem, quæ mox vt aura contingit, in
partem flectitur.

Bernard. epist. 341. Interrogat Bernardus epist. 341. *Quomodo*
Ps. 16. n. 5. *Psaltes diuinus.* Ps. 16. n. 5. *desiderans constantiam,*
& perseuerantiam in bono, dixit: Perfice gressus
meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.
Abacuc 3. n. 19. Cum dicatur Abacuc 3. n. 19. *Ponet pedes meos*
quasi ceruorum. Et respondet, *quia Dauid stabili-*
tatem, & firmitatem petebat, vt permaneret in bono,
226. *& immobilis perseueraret, & Abacuc ad effugien-*
dum malum impetrat velocitatem quasi ceruorum.
Ps. 16. n. 5. Et ideo addidit, *& super excelsa mea deducet me*
victor canentem in Psalmis. Quasi diceret, sunt
multi peccatores tam fragiles, leues, & mutabiles
quasi arundo, quæ omni vento agitatur, & vna
die boni sunt, & altera mutantur instabiles in
bono, constantes in malo. De quibus Sanctus
S. Bernard. citat. Bernardus loco citato lamentatur. *Pudeat talis*
Instabiles in bono impij. *anima conuersa ad Dominum negligentius nunc in*
vitam, quam prius in mortem ire, & minori studio
salutis acquirere quam perditionis augmentum.
Quasi diceret, discant peccatores à Ioanne, cuius
vestigia non mouentur, sed firma, & stabilita
sunt, & virtutes eius quasi columnæ aureæ super
Ecclesi. 26. n. 23. bases argenteas fuerunt. Ecclesi. 26. n. 23. *Cuius*
sonitus in omnem terram exiuit exaltatus, quia
Translat. Vatabli. *non est eius constantia*, vt translatio Vatabli asserit:
quasi arundo à vento agitata.
227. 5. RESPONSIO, aliam circa laudationem
Auctoris mens. Ioannis insinuat, quasi diceret turbis; *Putatis,*
quod laudem miraculorum, & prodigiorum, quæ
operatus sum coram Legatis Præcursoris, cum ad
aures eius peruenirent, in dolorem cordis eius pro-
rumpant? nullo quidem modo. Interrogat Timo-
thæus Presbyter tom. 4. Bibliothecæ magnæ. *Cur* Timoth. Presbyter tom. 4. Biblioth. magnæ.
lamentata est Virgo Maria, quando inuenit pue-
rum Iesum in templo disputantem in medio Docto-
rum, cum admirabantur omnes super sapientiam
pueri; & tunc Mater dixit: quid fecisti Fili mi? Lucæ 2.
Quasi diceret, cur inter sapientes te intromittis?
Cur tam litteratos puer doces? Non ignoras,
quod sapientia tua producet inuidiam? Nonne *Scriptores sapientes æmulos incitant.*
scis, quod scientia inter inuidos pullulat? & ger-
minat odium? Et quod in cordibus suis tuam
præparabunt ruinam? *Cur pro sapiente Doctore* 228.
te geris (prosequitur Pater citatus) *cur inuidiam*
aduersus te concitas, ecce ardentibus oculis te vndi-
que aspiciunt, iam dentibus suis strident, tanquam
feræ bestiæ, quæ aduersus agnum tenerum mouentur?
Et respondet, *quia inter feras bestias inuenit illum.*
Quasi dicat, recordare præcepti illius, quod An-
gelus Ezechieli mandauit; *Comede volumen istud.*
Ezech. 3. n. 1. Et additur ibi, *Et aperui os meum, &* Ezech. c. 3. n. 1. n. 2.
cibauit me volumine illo. n. 2. Septuaginta, *Et ven-*
ter meus implebitur capitulo isto. Et aduerte, quod Septuaginta.
dicatur in eodem Propheta: *Ecce cum scorpioni-*
bus habitas. Quasi diceret, ex hora, & die quo
viscera tua repleta fuerint volumine diuinæ scri-
pturæ, omnes ad quos loqueris & conuersaberis
contra te, quasi scorpiones conuertentur liuore,
& inuidia. Vnde in regula Euangelica, quam Pa-
triarcha pauperum Pater meus Franciscus dedit 229.
fratribus suis ardentissimam, & mutuam charita-
tem commendat; *ita vt vnus alteri, vt verè ger-* In Regula fratrum Minorum c. 9.
mani manifestet suam necessitatem. Quia si mater
diligit (inquit Seraphicus Pater) *nutrit & diligit*
filios suos carnales, quanto diligentius debet quis
nutrire & diligere fratres suos spirituales. Et finito
hoc præcepto, dicit *& non curent nescientes litte-*
ras, litteras discere. Quasi prophetico spiritu ad- 230.
uertens; quod studia litterarum inter fratres
inuidos, & elatos sint fomes peccati, liuoris
fundamentum, & occasio, vt idiotæ, & illiterati
ardentibus oculis vndique doctos aspiciant, &
tanquam feræ bestiæ contra innocentem studio-
sum moueantur, propter quod dixit Petrus Ble- Petrus Bles. epist. 97.
sensis epist. 97. *Inuidiæ proprium est laudem alte-*
rius suam reputare iniuriam.

Interrogat noster Lyranus, *Quare satrapæ &* Lyranus noster in lib. Daniel.
sapientes Babylonis dederunt consilium Regi vt
Danielem in laqueum leonum mitteret? Dan. c. 2. Dan. c. 2. n. 13.
n. 13. *nonne propter Danielem isti sapientes libe-*
rati sunt à promulgata sententia, vt omnes perirent.
Egressa est (inquit scriptura) sententia à facie
Regis, vt omnes perirent, quia somnium, & inter-
pretationem eius non indicabant. Nonne Balthasar
cum videret vmbram digitorum manus scribentis
turbatus est? Dan. 5. n. 25. *Et vultu immutato præ-* Dan. 5. n. 25.
cepit, vt sapientes legerent verba Mane Thechel
phares. Et cum nullus sciret legere præter Da-
nielem, qui interpretatus est litteras, dicens: *cras* *Paruulos occidit inuidia.*
morieris, omnes sapientes & satrapæ liberati sunt.
Quomodo ergo omnes isti contra Prophetam
congregati sunt, & accusarunt eum *coram Rege*
vt mitteretur in lacum leonum? Respondet Lyran. citat.
Lyranus cum textu Dan. c. 5. n. 12. *Quia Daniel* Dan. c. 5. n. 2.
superabat eos. Ac si diceret, tanta, & tam crudelis
est vis liuoris hominum sapientum, & satrapa- 231.
rum contra innocentem litteratum, qui eos su-
perat litteris & fama, quod obliuiscantur operum
bonorum, & beneficij recepti, & quod magis *Contra ingeniosos ignorantes congregantur.*
dignum admiratione est, absque timore proprij
periculi vitæ, & animæ contra virum innocen-
tem quærunt occasionem, propter quam memo-
ria

S. Bern. tract. de interiori domo c. 13. ria eius extinguatur. Vnde contritus, & lachrymosus Sanctus Bernardus dicebat tract. de interiori domo cap. 13. *Per inuidiam namque sanctè viuentium mea feci inuidendo peccata: nam bona quæ ab eis fieri, vel dici audiebam, vera omnino non credebam; ipsas res bene gestas in malum male interpretando conuertebam.* Quasi diceret:

232. cor inuidi simile est arundini vento agitatæ; quia quoties audit de viro bona, recta, & lucida quæ eum applausu recitantur, facilius mouetur in contrarium, & non credit; & si mala aliqua falsè mentiantur, quasi propriis oculis videret, credit, & diuulgat contra famam, & opinionem eximij viri laudibus, & encomiis dignissimi. Et hoc insinuat Abulensis citat. *Quid existis videre in Ioanne, arundinem vanam inuidioso similem, qui audiendo laudes meas mutare potest sententiam?* Quasi diceret, opere exercet Ioannes propter honorem meum, quod sermone incepit dicere, & audiendo mirabilia, quæ operatus sum coram vobis, caput carnifici alacriter præstabit propter gloriam nominis mei.

Translatio Abulens. in Matth. 11.

Iustus audiens bona proximi delectatur.

DIFFICVLTAS IX.
ad mores.

Quare Christus dixit, qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt.

233. QVæritur, qua ratione dixit Dominus, quod qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt?

Caietan. in Matth. 1. RESPONSIO Caietani, *Quia corporalis vitæ austeritas in Ioanne à vestibus commendatur.* Vnde Gregorius citatus in littera dixit:

Gregor. cit. *Nemo autem existimet in luxu, atque studio pretiosarum vestium peccata deesse; quia si hoc culpa non esset, nullo modo Dominus de austeritate vestimenti laudasset Ioannem.* Quasi diceret, sicut fontes vanitatis circa vestimenta de palatiis Regum scaturiunt, sic de vestibus Ioannis asperitas & norma pœnitentiæ transiliit?

234. Interrogat Oleaster, quare furore indignatus

Oleaster in Exod. 31. n. 3. Dominus contra populum suum dixit: *Non enim ascendam tecum.* Exod. 31. n. 3. vel vt Pagni-

Transl. Pag. nus legit, *Non ascendam in medio tui, quo audito cœpit populus tædere, & pauere, & lugere in lugubribus.* Sic legunt Septuaginta; *Et audiens populus*

Transl. 70. *verbum malum hoc, luxit in lugubribus?* Et respondet, *quia non libenter Deus videt peccatores festiuis vestibus indutos.* Vnde Septuaginta clarè

Exod. 33. n. 5. eodem cap. 33. Exod. *Causam furoris Domini declarauerunt: vos populus duræ ceruicis videto, ne plagam aliam inducam super vos, & deleam vos; nunc igitur depone tibi stolam gloriarum tuarum.* Quasi diceret, populus qui tam graui corde fuerit, vt diligendo vanitates quotidie vestibus prophanis, & scandalosis abutitur, quo modo non

Vestimenta & vanitates apud Deum odiosa. vocabitur duræ ceruicis? Quid admiraris, si plagas nouas per singulos dies immittit Dominus super eum? Quare igitur non deponunt

Transl. Chald. Hispani vani stolam gloriarum suarum? Quare sicut Chaldæa paraphrasis dicit, *Non deponunt, sicut filij Israel ornatum cultus sui, & placabitur*

Transl. 70. *Deus:* iuxta translationem Septuaginta dixit

ipse, *antecedam te, & requiem dabo tibi* Ac si omnes dicerent, fastidium diuinæ maiestatis ostenditur his calamitosis temporibus propter vanitates vestimentorum impudicorum, quæ magis ad iram & odium homines rationabiles prouocant, quam ad dilectionem & affectum amicitiæ. 235.

Eccl. 3. n. 19. Transl. Pag. Vnde dicitur Ecclesiastici 3. n. 19. *Fili in mansuetudine opera tua perfice, vel vt alia translatio in honestate vestem tuam adorna, & super omnem gloriam diligeris.* Quasi diceret bonitas, & cordis simplicitas in compositione honesta vestimentorum cognoscitur, non in fastu superbo, inhonesto, & scandaloso, quod fastidium, & odium magis quam dilectionem operatur. Vnde Ambrosius lib. 2. officiorum cap. 7. *Bonitas si modestia morum adiungitur, incredibile est quantum procedit ad cumulum dilectionis.* Quasi diceret, laudabilis populus, cuius mores in ornatu composito, & in grauitate vestimentorum cognoscibilem facit suam bonitatem & internum animi ornatum. 236.

Ambros. l. 2. officior. c. 7.

2. RESPONSIO ad mores Oleastri in cap. 23. Exod. *Nescio, inquit, vnde hæc pessima consuetudo in Ecclesia inoleuit, vt fœmina Christiana ad exomologesim suorum peccatorum faciendam ad Ecclesiam euntes ornant se inhonestis, & pretiosis indumentis, ac si ad nuptias irent.* Et addidit, *considerate peccatricem, quæ non ornata, sed solutis crinibus venit ad Dominum verecunda, & non fuit ausa faciem Christo ostendere, sed eam capillis suis operuit.* Ac si diceret: Tu ergo ad Ecclesiam vadis, vt Domino veniam peccatorum tuorum petas crinibus ornatis splendidis, & tersis, vt funiculis amoris tui peccatores liges, & ad infernum vterque demersi descendatis. 237.

Oleaster in c. 23. Exod.

Lucæ c. 7.

Ornamenta prophana causa peccatorum.

3. RESPONSIO Abulensis q. 23. citata in littera, *Propter excessum status, non excusat talis vsus à peccato.* Et citat D. Augustinum, & Ambrosium supra citatos, qui aiunt: *Genus commune non debet vti ornamentis pretiosis, sed solum Reges & Principes, qui in domibus eorum habitant, & mollibus vestiuntur.* 238.

Abul. q. 23. Augustin. Ambros.

DIFFICVLTAS X.
ad mores.

Quomodo Ioannes sit Propheta, & plusquam Propheta?

QVæritur, quare Christus de Ioanne in vinculis incarcerato dicit, quod est plusquam Propheta? 239.

D. Hieron. in cathena cit. S. Thom. 1. RESPONSIO Diui Hieronymi in cathena citati, *Quod tanta est virtus humilitatis Ioannis quod adhuc abiectum, & in carcere mancipatum voluit Christus in præmium tantæ humilitatis tali honore, & encomio super Prophetas eum prædicando præmiare.* Vnde Hieronym. citatus ait:

Hieron. cit. *Cæteris Prophetis maior est Ioannes quia ad priuilegiũ Propheticale etiam Baptismi accessit præmium.*

Perpende, *Baptismi accessit præmium* nam quod maius præmium imaginari potest quam baptizare Christum? Quis talia audiuit quod seruus Dominum haberet subter se flexis genibus? & quod magis est ponere manus suas super caput Redemptoris? Meritò propter hoc 240.

Præmium excedit meritum.

D 2 Rupertus

[Rupert. & Chrysost. in Matth. 11. n. 11.] Rupertus & Chrysostomus dixerunt videntes hoc; quod illa verba Matth. 11. n. 11. *Qua Christus pronuntiauit; qui autem minor est in Regno cælorum, maior est illo, intelligenda sunt sic Ego (scilicet Christus) quamuis in Ecclesia,* [Gregor. & alij Patres.] (quæ vocatur Regnum cælorum, vt cum Gregorio prædicti Patres tenent) *minor videar, maior sum illo,* (idest Ioanne.) Ac si dicerent, tantæ humilitatis est actio prædicta in Christo, quod fuit necessarium, quod declararet Christus, quod esset ille maior Ioanne.

241. [Translat. Vatabli in Scholiis.] 2. RESPONSIO Vatabli in Scholiis explicantis iuramentum illud, quod Abraham accepit à seruo suo, *Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cæli, & terræ.* [Genes. 24. n. 3.] Genes. 24. n. 3. dicit sic: *Solebant serui agnoscere obedientiam, & hic mos obseruatur apud Iudæos, ponentes super caput manum, & statim subter femur.* Quasi diceret, *tu es mihi subditus, tu es seruus meus.* Ne igitur videretur Ioannes ponens manus super caput Christi quod esset seruus eius, dixit, [Matth. 11.] *qui minor est in Regno cælorum, maior est illo*, id est, licet ego minor videar, maior sum.

[Hieronym. citat. Matth. 3. n. 16.] Vnde Hieronymus citatus; *Meritò in Iordane sedit columba super caput Iesu.* Matth. 3. n. 16. *Ne quis putaret vocem Patris ad Ioannem factam, non ad Dominum.* Quasi diceret, etsi Christus dicat, quod Ioannes est plusquam Propheta, minor autem illo. Et addit Chrysostom. hom. 12. [Chrysost. homil. 12. in Matth.] in Matth. *Tanta opinionis erat Ioannes in mundo, quod videns manum eius super caput Christi, necesse fuit, quod Spiritus sanctus quodam modo vice digiti extenti filium Dei demonstraret dicens voce Patris, hic est filius meus dilectus.* [Matth. 3.] Matth. 3.

242. [Anselmus.] 3. RESPONSIO Anselmi. *Sic Christus tam humilis apparens in Iordane subter manus Ioannis, tam sublimiter a voce Patris exaltatur, & digito Spiritus sancti filius Dei demonstratur; quia quanto humilior apparuit, tanto excellentior prædicatur.* Eodem modo, quia Spiritus sanctus in humili specie columbæ apparere dignatus est, in eminentiori loco, Christi collocatur: Vnde vertit [Translat. Syriaca Matth. 3.] Translatio Syriaca Matth. 3. *Inspexit Spiritum sanctum super se, quod ad locum eminentiorem pertinet.* Quasi diceret, etiam si Filius, & Spiritus sanctus æquales sint in essentia; tamen quod Christus veniens in mundum naturam humanam assumpsit, & Spiritus sanctus in specie naturæ humilioris visus est, nempe super columbam, necesse fuit ad exaltationem tantæ humili-
243. tatis, quod Spiritus sanctus in eminentiori loco videretur, nempe super caput Iesu, ostendens veluti quandam excellentiam propter humillimam naturam columbæ quæ respectu humanæ minima est, *Spiritus sanctus aliter descendisse dicitur,* [Anselm.] ait Anselmus, *quia se humiliauit; cum per tam humilem speciem præsentiam suam manifestauit.*

244. 4. RESPONSIO, *licet humilitas Ioannis tanta sit, & tantis encomiis a Christo exaltata, quod super omnes Prophetas eum acclamauerit,* [Matth. 11.] *dicendo; est plusquam Propheta: necesse fuit propter maximam eius opinionem, quod tam Filius, quam Spiritus sanctus ostenderent excellentiores* [Ps. 138. n. 17.] *esse Ioanne in humilitate & natura,* vt hinc discas, quomodo præmia humilibus promissa à Domino adimpleantur, & quomodo nimis honorati sunt amici Dei, sicut Ioannes de quo Christus [Idem Matth. 11.] dicit, quod sit Propheta & plusquam Propheta.

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Ob quid Dominus vocauit Præcursorem Angelum?

245. [Malach. c. 3.] QVare Christus Dominus Ioannem teste Malachia cap. 3. vocauit Angelum?

[Auctor imperf.] 1. RESPONSIO Auctoris imperfecti citati in littera, *Quia cum homo esset, Angelicam vitam superauit*, & ad mores loquendo solet enim Deus ex comparatione cum bonis malos acrius stimulare, & aduertere, quod sicut prædestinati semper orationibus, ieiuniis, laboribus, & ærumnis sataguot, vt per bona opera [2. Petr. 1. n. 10.] certam faciant vocationem suam: Sic sunt impij peccatores qui nunquam sceleribus satiantur, sed auidiores in dies ad maiora peccata rapiuntur, de quibus potest dici, quod de filio prodigo, Lucæ 15. 16. [Lucæ 15. 16.] *Quod cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant & nemo illi dabat,* & reddens rationem huius caninæ famis peccatorum. D. Chrysologus, serm. 2. [Chrysolog. serm. 2.] *Fily Prodigi,* ait: *Nam Diabolus non sinit peccatores ex ipso porcorum cibo, pastuque saturari, vt esurientes vitia plus delinquant.* Quasi diceret, [Gloriantur impij peruersissimi in malitia sua.] quod sint homines ita impij quod glorientur de iniquitatibus suis, in quibus potentia peccandi deficit, non voluntas, quia scriptum est, *in circuitu* 246. *impij ambulant.* Ps. 11. n. 9. [Ps. 11. n. 9.] Ac si diceret, sicut qui in orbem versantur, & corpore, & capite laborant; neque tamen in itinere proficiunt, sed eodem modo semper redeunt. Ita impij in suis negotiis [Rotæ similes impij sunt.] obeundis defatigationem quidem corporis vertiginemque incurrunt; neque tamen nihilum quidem in via spirituali progrediuntur.

247. De quibus rectè, & acutè dicit Nazianzenus. [Greg. Naz. citat.] *Quod sunt similes trochis puerorum, quos videmus flagello percussos rotare velociter, & in circuitu infatigabiliter ambulare, sed nunquam nouum locum adquirunt, quousque fatigati cursum consummant.* Quibus idem, quod trochis accidit inquit Nazianzenus, *Quos in orbem volui, atque immotè, vt ita loquar scurrice vi pulsos rotare videmus.* Sic Vatabli inquit translatio: [Translat. Vatabli.] *Circumquaque aberrant impij. quia nunquam peccandi satiantur, neque sistunt in male operando contra se, sed in circuitu ambulant, quærendo occasiones, vt alios perdant.* Vnde in Scholiis addit Vatablus; [Vatablus in Scholiis.] *Quærentes scilicet occasionem perdendi probos.* Ac [Malach. 3.] si diceret, quod sicut Præcursor vocatur à Malachia Angelus in vita, & austeritate, cum qua bonos impulsat ad quærendam viam veritatis, sic sunt reprobi, qui suis malis operibus acriter prouocant alios ad peccandum.

248. [Idem.] 2. RESPONSIO, cur vocetur à Malachia 3. Ioannes Angelus? *Est quia venerat nuntiare supremum nuntium, & fuit conueniens, quod dignitatem seruaret in nomine, quam opere adimplendus erat,* vt dixit Gregorius citatus. [Gregor. cit.] Quasi diceret, quod sunt paucissimi in dignitate positi, qui operibus adimpleant, quod ore loquuntur. Et dignitas officij requirit; quia omnes sunt temporarij. Interrogat Vatablus in Scholiis, quid [Vatablus in Scholiis.] petit Psaltes diuinus, Ps. 16. n. 14. quando dicit, [Ps. 16. n. 14.]

Domine

Chaldæus. *Domino à paucis de terra diuido eos.* Chaldæus legit, *ab afflictu, & respondit quasi diceret, separa*
Matth. 22. n. 14. *homines peruersos auferendo illos ex hac vita à paucis, à iustis quia pauci sunt electi, & in hac vita tractando, & conuersando cum hominibus, qui solum sapiunt mundum, affliguntur,* quorum omne desiderium est solum in hoc mundo de bonis temporariis, & voluptatibus agere & hoc
Pagninus. Vatabl. in Scholiis. *afflictio est iustorum & mortificatio;* vt Pagninus legit; sed admirabilis est translatio Vatabli in hæc verba ad propositum, *qui sunt de mundo, quia sunt de tempore, id est, temporarij.* Quasi di-
249. ceret: electi qui sunt pauci & iusti nihil est in hoc mundo, quod illos magis torqueat, affligat, & mortificet, quam conuersari, & facere cum
Temporales Prælati impij. hominibus temporariis, qui dignitates consequuntur, eo quod quasi arundines à vento prospero agitatæ mouentur, & isti sunt de mundo,
250. Ioan. c. 1. de quibus dicitur Ioann. cap. 1. *Et mundus eum non cognouit,* quia temporarij Stadistæ vel poli-
Stadistæ fallaces & mendaces. ticam mundanam obseruantes, dignitates seruant in nomine, non in operatione sicut Ioannes, qui Angelus ideo dicitur, quia nuntius fuit missus à Deo, vt prædicaret, & exclamaret veritatem, & pœnitentiam contra temporarios huius sæculi.

Vatablus in Scholiis ad Ps. 16. n. 14. Vnde translatio huius Ps. 16. n. 14. quam Vatablus asserit, dicit: *Domine separa tuos ab hominibus qui tibi sunt vice manus; id est, quorum opera tu in castigandis aliis veteris.* Ac si diceret, eripe Domine animam meam ab hominibus istis temporariis, quos in mundo sustines, vt eorum fallaciis, & verbis fictis mundum flagelles, & eius peccata castiges.

251. 3. Responsio. *Cur Ioannes vocatur Angelus, quia nuntius rigidus fuit contra istos Aulicos temporarios in domo Regis Herodis habitantes. Vocatus fuit Angelus, quia amarè flebat peccata eorum, fallacias, luxurias, adulationes aulicas* quæ
Chrysolog. serm. de Præcursore. vt Chrysologus citatos testatur à *palatiis eliminant omnem veritatem.*

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quomodo Ioannes ante faciem Domini venit?

Malach 3. QVæritur, quomodo Malach 3. dicatur de Ioanne, quod ibit ante faciem Domini?

252. Chrysost. citatus. 1. Responsio Chrysostomi citati in littera. *Quia Ioannes venit prope Christum, & sicut qui prope currus incedunt, vel intra currus aliis sunt clariores: ita Ioannes prope Christi præsentiam erat.* Ac si diceret, Aulicus, qui priuatus Regis dicitur, nunquam abest à familiaritate sua: ita quo quis ad præsentiam Dei plus assistit, eò eius gratia & amicitia fruitur: nam quemadmodum mala nobis occurrunt ex absentia Dei ita bona ex eius præsentia eueniunt.

Origenes. Interrogat Origenes, quare Spiritus sanctus in Iordane apparuit, non in forma turturis, sed columbæ, cum in canticis dicatur, *Vox turturis*
Cant. 2. n. 12. *audita est in terra nostra.* Cant. 2. n. 12. Et respondet, *Quia venit Christus quærere societatem humanam, & delicias habere cum filiis hominum, ideo non in forma turturis Spiritus sanctus venit, quia turtur est auis solitaria, & tristis; columba vero mitis auis, & familiaris cum hominibus* Et Chry- Chrysost. in homil.
sostomus ait, *Columba animal est mite, & nostra familiaritate gaudens.* Ergo si Filius & Spiritus sanctus gaudent familiaritate humana: Tu homo humanus, si præsentia Dei frueris; quibus gaudiis non delectaberis? quibus bonis non eris particeps? Et à contrario væ illis, qui recedunt à præsentia & familiaritate Dei; quia vndique circundabunt eos mala; vt Machabæi dixerunt, 1. Machab. c. 1. n. 12.
Ex quo recessimus à te inuenerunt nos multa, & innumerabilia mala. 1. Machab. 2. n. 12.

Interrogat Oleaster in Genes. cap 26. quare 253.
dixit Dominus *Abrahæ profecturo, vt ærumnas &* Oleaster in Gen. c. 26. n. 3.
labores in itinere pateretur; Ego ero tecum, & benedicam tibi? Gen. 26. n. 3. Et respondet, *ad mores,* Pagnini in c. 26. Genes.
vt homini pateat, vnde sit copia & rerum abundantia, & in laboribus consolatio ex præsentia scilicet Dei. Quasi diceret, si hæc defuerit, omnia mala inuenient homines miseros. Vnde in Deu- Deuteron. 31. n. 17.
teronomio 31. n. 17. habes. *Irascetur furor meus contra eum in die ipsa, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in consumptionem, & inuenient eum multa mala, & dicent in illa die, nonne, quia non est Deus meus in medio mei, inuenerunt me mala hæc?* Quasi diceret, quod quemadmodum absentia Dei omnia mala inueniunt nos, sic eius præsentia venerunt nobis pariter omnia bona, cum illa, Sapientiæ cap. 7. n. 11. Sap. 7. n. 11.
Vnde Augustinus tract 6. in Ioannem ait; *Quod* Aug tract. 6. in Ioann.
amor cognoscitur ab effectibus. Et sic cum res amata abest tristatur; cum vero præsens est, delectatur.
Vnde Nazianzenus: *Viget amor cum abest; cum* Nazianz. in Cant c. 2. n 5.
præsens est delectatur, vt sponsa de absentia sponsi conquerens ait, nuntiate dilecto, quia amore langueo. Cant. c. 2. n. 5. Propter hoc Paulus insinuans dilectionem quam Spiritus sanctus habet circa homines dicit, *Quod gemitibus inenarrabilibus* Ad Rom. 8. n. 2.
postulat pro nobis. Ad Roman. 8. n. 2.

Et si quæras, quid postulat pro nobis? Respõdet, 254.
Quod nostram societatem, & quod per absentiam, & peregrinationem, & separationem a sua præsentia, non pereamus: quia sine societate humana suspirat & gemit, & desiderat quod perueniamus ante faciem eius, vt deliciis sempiternis fruamur.
Insinuat nobis (inquit Sanctus Augustinus) *quia* August. cit.
peregrinamur, & docet nos in patriam suspirare, & quod sui desiderio gemamus. Quasi diceret,
si verum est, quod mutuus amor amore soluitur. *Amor absentia torquetur.*
Si nobis absentibus tristatur, & gemit diuinus amor; Deo nostro absente debemus nos gemere & tristari, & si nostra præsentia inenarrabiliter tota Curia cælestis gaudet, quia gaudium est in cælo super vno peccatore, &c. Luc. c. 15. n. 10. *Quo gau-* Lucæ c. 15. n. 10.
dio Deo præsente sponsa sua fruetur? neque in cor hominis ascendit, neque auris audiuit, neque oculus vidit, quæ præparauit Deus diligentibus se? Ex 1. Cor. 2. n. 9.
quo patet lætitia inenarrabilis, qua fruebatur Ioannes, quia præibat ante faciem Christi ex vtero matris suæ, tanquam familiaris & priuatus singularis Regis Regum, de quo Malachias dicit, Malach 3.
Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.

2. Responsio, quod Ioannes est Angelus 255.
qui præcedit ante faciem Domini; *Quia quemadmodum supremi spiritus Angelorum stant coram facie Dei, audi, & attenti, vt præceptis diuinis, & legationibus obediant, & propter istā assistentiam, & attentam vigilantiam, sunt qui ad mysteria reuelanda Dei mittuntur, vt patet in Gabriele,*

qui venit ad summum mysterium nuntiandum, vt Gregorius adnotauit. Sic Ioannes ante faciem Christi obediens exstitit ex vtero matris suæ, vt mereretur ore proprio primus omnium hominum prædicare mysterium Verbi incarnati. Et sicut in cœlo supremi spiritus sunt priuati sanctissimæ Trinitatis, qui facientes verbum illius stant audi, *& attenti ad audienda verba sermonum eius*, vt Psalmo 102. dicitur. Sic Præcursor testatur, quod sit vox diuini verbi incarnati: vox vero tam coniuncta est cum clamante; quod ex ore eius procedit, & Ioannes ita auidus, & anxius fuit ad audienda, & facienda verba sermonum Christi quod vere dicatur priuatus, & familiaris Regis, & coniunctus ad illum, sicut vox coniuncta est ad clamantem, propter quod sanctus Bernardus exclamat sermone de priuilegiis Ioannis: *adest Ioannes totius medius Trinitatis*. Quasi dicat, quemadmodum priuatus singularis Regis est medius, & conditio sine qua nulla gratia à Rege consequitur; ita Ioannes medius est, vt omnia præmia, & priuilegia cœlestia à tota Trinitate consequantur homines, quia ipse est Angelus, qui præcedit ante faciem Christi, ita vt eum semper respiciat, quando mercedes, & fauores ab ipso impetrantur, & quibus Ioannes fauet, Dominus auxiliatur, & propter faciem Ioannis fauores beneuolos Deuotis suis impartitur Deus vt passim per miracula, & prodigia monstrauit Deus cum his, qui nomen Præcursoris inuocant, quia adhuc in cœlis est quasi Angelus, qui ante faciem Dei ponitur, vt mira pro suis affectis, & deuotis impartiatur.

Gregor. in homil. Luc. c. 1.
256. Ps. 102. n. 20.
S. Bernard. serm. de Priuilegiis Ioann.
Malach. 3.
Cancellarius cœli Ioannes Baptista.

257. Admiratur Oleaster legens verba 25. Genes. n. 17. *Vbi dicitur mortuus est Abraham & benedixit Dominus Isaac, sic legit* Pagninus, *admirabilis est Dei bonitas circa amicos suos* (inquit Oleaster) *vt non solum illorum, dum viuunt, curam gerere sed filiorum, & nepotum, & faciens misericordias in millibus his, qui diligunt Deum.* Quasi diceret, quod tantum æstimat Deus eos, qui coram facie sua ambulauerunt in sanctitate, & iustitia, quod illis, & suis amicis, & deuotis in millibus auxilietur ipse, vt patet in Ioanne.

Oleaster in Gen. 25. n. 17. Transl. Pag.

258. 3. Responsio, quod vocatur Ioannes Angelus *ante faciem Christi, quia non solum verbis antecellit præcepta Dei, sed opere, & exemplo, propter quod dixit Dominus ipsi Ioanni: Sine modo, sic decet nos adimplere omnem Iustitiam.* Matth. 3. n. 15. Vnde translatio Vatabli, *sine nunc: sic enim decet nos complere omnem iustitiam.* Et in Scholiis addit *sicut præcepit Pater.* Vnde Cyprianus serm. de Baptismo, *decet nos implere omnem iustitiam, per quam exemplum præcedit doctrinam.* Ac si diceret, Ioannes præcessit Dominum sermone prædicans pœnitentiam & opere moriendo propter gloriam, & honorem Dei: sic ego prius prædicabo, postea moriar pro genere humano, & sic adimplebimus omnem iustitiam.

Matth. 3. n. 15. Translat. Vatab. in Scholiis. Cyprian. serm. de Baptismo.

259. Vnde Auctor Imperfecti ait. *Sine modo, vt non solum verbis, sed factis adimpleam iustitiam* Vnde aduertit bene Syriacus dicens, *sine modo adimplere omnem rectitudinem, id est, omnem actionem virtuosam, siue ritum, siue ceremoniam sanctam*; quia Christus solus de iustitia adimpleuit sanguine suo pretioso redemptionem humani generis; Ioannes autem cæremonias & Baptismum; quia quamuis non erat præceptum legis, vt adnotarunt Iustinus Martyr q. 36. ad orthodoxos Nazianzen. orat. 36. D. Thomas 3. p. q. 38. art. 1. & 2. tamen erat in magna veneratione, & Christus etiam illud voluit adimplere cum Ioanne, & quæ pertinent ad honestatem, & sanctitatem, vt D. Isidorus Pelusiota lib. 1. adnotauit, epist. 66. & D. Hieronymus, & alij Patres. Ac si dicerent omnes quod Christus & Ioannes, vnus vt Redemptor, Ioannes vt seruus adimpleuerunt omnem iustitiam & rectitudinem verbis *& operibus, non vt multi Prælati*, inquit Chrysostomus, *qui neque vnum præceptum adimplent, & subditis imponunt onera innumerabilia, & importabilia, & sicut filij terrigenæ Adam vnum non adimplent, & multa præcipiunt, quia vetus Adam*, inquit Chrysostomus, *vnum non adimpleuit præceptum, ego nouus Adam omnia pro ipso adimplebo.* Vnde Augustinus; *quid est adimplere nos omnem iustitiam, nisi omnem humilitatem. Ac si diceret, Ioannes fuit Angelus, non natura, sed moribus, tam humilis, quod præcedit ante faciem Iesu ore prædicando, & opere mortem pro eo sufferendo.* Vnde Bonauentura ait, *quod triplex gradus humilitatis fuit in Christo. Primus, quia humiliauit se maiori, id est, Patri æterno. Secundus, æquali, id est, Spiritui sancto, qui super caput eius visus est in Iordane. Tertius, minori, quando se Ioanni, vt baptizaret eum, se humiliauit.*

Auctor imperfect. Translat. Syriac. *Cæremonia obseruanda valde.* Iustin. Mart. quæst. 36.
Nazianzen. orat. 36. S. Thom. 3. p. q. 38. art. 1. & 2. D. Isid. Pelus. Hieronym.
Chrysost. homil. 10. in Matth.
260. *Prælati vnū non faciunt multa præcipiunt.*
Augustin. tract. 4. in Ioannem.
Bonauent. in c. 3. Lucæ.

4. Responsio Glossæ, *ideo vocatur Ioannes Angelus, qui præcedit ante faciem Dei vt per viam redderet corda auditorum ad veram pœnitentiam, quam incepit per humilitatem perfectam, & cognitionem sui, & hoc non solum verbis, sed opere, sicut demonstrauit Ioannes moriendo antequam Christus pateretur, in quo præiuit ante eum.* 261.

Glossa in Matth. 3. *Cognitio sui vera pœnitentia.*

DIFFICVLTAS XIII. ad mores.

Quomodo Ioannes præparauit viam Domini ante se?

QVæritur, quo sensu Malach. 3. dixit, qui præparabit viam tuam ante te? 262.

Malach. 3.

1. Responsio Gregorij citati in littera, *vt per viam redderet corda auditorum pœnitentiam prædicando.* Vnde Hilarius, *inuium, & desertum est cor, in quo habitatio nulla est Dei.* Quasi diceret, *eodem quo Ioannes, Christus vsus est themate, quia vterque oues errantes & inuias ambulantes, ad viam salutis reducere conabantur.* Neque humilitas Christi hoc dedignata est, quia vna paupercula vetula, sed fœmina à Deo illustrata agens Domino gratias (Annam dico matrem Samuelis) dixit; *suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem.* Et post illam Regius vates Ps. 112. n. 17. dixit: *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.* Eodemque modo, Ioannes. Matth. 4. dixit: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.* Et postea Christus. Matth. cap. 4. n. 17. ait: *Pœnitentiam agite; appropinquauit enim regnum cælorum.* Ergo per eandem viam ambulauerunt vterque viam salutis & pœnitentiæ, per quam prædicabant peccatores ambulare, vt cum Propheta dicere possint; viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Ps. 118. n. 32.

Gregor. cit. Hilarius cit. 1. Reg. c. 2. n. 8. Ps. 112. n. 17. Matth. 37. Matth. 4. n. 13. *Pœnitentia via iustorū.* Ps. 118. n. 32.

2. Responsio

263. 2. RESPONSIO, & interrogat Lyranus
Lyranus in Gen.4.n.4. noster: *Per quam viam Cain ambulanit, cum
profugus, & vagus Abelo occiso fuit super ter-
ram? Genes. 4. num. 4. *Et respondet per deser-*
Translat.70. *ta inaquosa gemens, & tremens*, vt translatio
Septuaginta vertit; quasi dicat: cum peccator
viam iniquitatis ingreditur, aberrat semper vo-
ciferator inquietus, & clamans intra se dicens;
Psal 118. n.176. *Errani, sicut ouis qua periit, quare seruum tuum.*
Ac si diceret, quod Sanctus Lucas ait Actor.20.
Actor.20. n.28. num. 28. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in*
quo Spiritus Sanctus posuit vos regere Ecclesiam
Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Vnde Gre-
Nazianz. cit. gorius Nazianzenus, *Pastoribus, & Pralatis*
hac verba dicuntur: nam si aliquando viderint
furem in auertendis pecoribus pabulum spargere
Impij sunt Pralati remissi. *debent ea ad gregem reuocare.* Quasi dicat, at-
tendant, qui aliis præsunt, quod debent auidè
vigilare, & si viderint oues aberrare à via, &
in pabulis voluptuosis delectari, quod debent
sibito, vocibus, lapidibus, & baculo proiecto
ouem ad gregem Dei, reuocare, & hoc est præ-
264. parare viam Domini, sicut Præcursor ante Chri-
stum fecit, qui antea prædicauit pœnitentiam
quam Dominus. *Maria soror Moysis propter*
Numer.c.12. n.10.& 12. *lepram qua orta est ei*, Numeror. cap. 12. n. 10.
& 12. *Separata est septem diebus, tristis, & af-*
flicta, quasi ouis debilis, tenuis, & infirma, cla-
Theodor. in Glossa. *mauit ad Dominum, & ait textus, & populus*
non est reuersus, donec Maria reuocata est, vbi
Theodoretus: *magna est vis clamoris ouis infir-*
ma, & clamantis, quod vniuersus populus specta-
uit vsquequo veniret, & per viam salutis incede-
ret. Christus Dominus prætereiens vidit homi- 265.
nem cæcum sedentem in via, & clamantem, & Ioan c.14. n.1.
eodem modo respexit ad Zachæum in arborem
sycomorum ascendentem, vt videret eum, quia
per viam erat transiturus Lucæ cap. 19. num. 4. Luc.cap.19. n.4.
Vnde Ambrosius in Lucam lib. 8. ait: *Zachaus* Ambros. in Luc.c.8.
in sycomoro; cacus in via, quorum alterum man-
sionis sua claritate nobilitat, alterum sanaturus
expectat; apud alterum se non inuitatus inuitat.
Ac si diceret; tanta, & tam fortis est vis cla- Orationes Deum mouent.
mantium ouium infirmarum in via, vt Pastor
earum detentus ad vnam, & attentus ad alte-
ram vallatus vocum penetratione, & cæcum illu-
minauit, & Principem publicanorum vocauit,
conuertit, & totam eius domum nobilitauit.

3. RESPONSIO Chrysostomi in Psal.9. 266.
num. 7. *Meritò Dominus in via cacum claman-* Chrysost. in Ps.9.n.7.
tem audiuit, & sanauit, & quasi ouem perditam Officia Pralatorum, & Pradicatorũ.
humeris suis supportauit, vt quasi passer clamo-
tans omnes peccatores per viam salutis incedant,
& ad Pastorem suum reducantur, vt aliorum ca-
lamitatibus curatis, alij reddantur meliores (in-
quit Chrysostomus,) & Nazianzenus orat. 1. Naz.orat 1. contra Iul.
contra Iulianum, *Post ruinam subleuatam cla-*
riores, quam ante impietatem reddantur. Et hoc
officium fuit Ioannis, præparare inquam, vt
per viam pœnitentiæ, oues perditæ redirent ad Orationes purificant.
Deum, & corda auditorum prædicando reuo-
caret ad gregem.

TRACTATVS IX.
AD LITTERAM,
In Caput I. Ioannis.

T E X T V S. *Joannis.*

19. ET hoc est testimonium, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas vt interrogarent eum, tu quis es? 20. Et confessus est, & non negauit, quia ego non sum Christus. 21. Et interrogauerunt eum. Quid ergo, Elias es tu? Et dixit non sum. Propheta es tu? Et respondit non. Dixerunt ergo ei. 22. Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de te ipso? 23. Ait, ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias Propheta.

EXPOSITIO DIFFICVLTATIS.

ET hoc est testimonium, &c. magna contro-
uersia est inter Doctores super intelligen-
Theophyl. in Euang. tiam huius testimonij. Theophylactus dicit,
Quod fuit prolatum testimonium à Ioanne, qui
Cyrillus. *post me venit, ante me factus est.* Cyrillus testi-
Maldonatus in c.1.Ioan. *monium de diuinitate intelligit*, Maldonatus,
Testimonium quo Euangelista confirmat, quod
paulo antè ipse dixerat: filium nobis, qui solum
Deum vidisset hominibus enarrasse. Sylueira te- Sylueira tom.1. in Euang.
stimonium ipsius Ioannis asserit esse, quia erat
tanta auctoritatis apud Iudaos, vt de seipso qua-
rebant testimonium. Et addit, *Quod hoc fuit*
motiuum legationis, & vt predicta in littera tra-
ctarentur. Ego autem cum Caietano existimo, Caietan.in Euang. ad c.1. Ioan.
quod prædictum testimonium fuit de Deitate
Christi, & ideò dicitur. *Et hoc est testimonium,*

 quando

quando miserunt Iudæi, &c. Quasi dicerent, inter omnia testimonia, quæ de Christo dedit Ioannes, testimonium sequens quod dedit tribus confirmatur encomiis de diuinitate. Et addit Caietanus, *Fuisse istud testimonium vltimum inter omnia testimonia in hoc capitulo scripta; quæ tribus diebus continuis perhibita sunt à Ioanne Baptista.*

268. Origen. Vnde Origenes ait, *Miserunt vt prædictam in littera confessionem declararet. Primò quia miserunt Iudæi. Ecce opportunitas temporis in testificando*, vt Abulensis ait (Abulens. in Matth.): *Nam optimus testis debet respondere interrogatus, & quæsitus ad hoc; non tamen ipse se debet offerre. Et miserunt ab Hierosolymis*, quod teste Lyrano (Lyranus), idem est, *Quod miserunt Assistentes, & consiliarij in San-Hedrim*, quod idem est, ac Senatores, vel Hispanica frasi *el Consejo Real.* Ab Hierosolymis, id est, Doctores, & prudentia præditos, vt interrogarent, tu quis es? Iam intentum legationis patet (Caietan. cit.), licet verbis submissis, & honestis, vt Caietanus aduertit, *Tamen vt litterati, Aulici & Senatores, licentiati, qui cautelosè, & dulciter interrogant, quod desiderant scire clare*: Elias es tu? (Ioan. c. 1.) *non sum. Non ignorabant quod Elias mortuus erat, neque transmigrationem animarum credebant, sed imitatorem, & Discipulum Prophetæ quærebant, & interrogabant, si esset.*

269. Non sum, respondet; quia, vt notauit Gregorius (Gregor. in Euang.; *Cautelas malis fingunt.*), *In persona non erat, sed in vita austeritate & zelo honoris Dei. Quis es tu? Vt responsum demus his qui miserunt nos. Confusionem suam iam declarant; quia à Præcursore cautelosa verba benè intelligebantur. Non sum Christus*; Verba multoties non sunt attenda, sed intentio penetranda; ideò ad corda respondens dixit, *Non sum* (Ioann 1.) *id quod desideratis, & cogitatis dicam.* Quid dicis de te ipso? Superbo & elato mira interrogatio, sed humili, & iusto aperta tentatio. *Ego vox clamantis in deserto, vbi cassa est vox illic inanis est labor*, Dixit Chrysologus serm. de Diuite epulone (Chrysolog. serm. de diuite.): sic in vnum laborat vox Ioannis cum Pharisæorum intentione: *Dirigite viam Domini, sicut dicit Esaias Propheta*; qui dirigit vias, & itinera; aspera & lapidibus cooperta inuenit,

270. Isai. tortuosa, & inuia & arida: & Pharisæorum corda, & Iudæorum diamantina, & duriora silicibus erant in fide Christi. Hæc fuit tacita, & occulta responsio Ioannis ad deprauatum intentum legationis, cum quo ad quæsitum respondetur, vt in quæstionibus patebit.

TRANSLATIONES *variæ circa textum.*

Vulgata editio.	1.	Et hoc est testimonium quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes.
Translatio Syriaca.	2.	Hoc est testimonium ipsius Ioannis.
Ruperti Abbat. in Ioan. cap. 1.	3.	Hoc testimonium Ioannis Euangelistæ est; idcirco ait plenus est gratiæ, & veritatis quia in principio erat verbum, & Deus erat verbum.
Caietanus.	4.	Hoc testimonium fuit de Deitate quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis.
Origenes.	5.	Hoc testimonium à Ioanne Baptista prolatum de Christo incipiente sic, hic est de quo dixi, & desinente ibi: ipse enarrauit.
Chrysostomus in Catena,	6.	Testimonium hoc erat; vt ei crederent de se dicenti.
2. Rupertus in Ioan. cap. 1.	7.	Hoc testimonium est Ioannis Baptistæ, gratia & veritas per Christum facta est, quia prior me erat, vel in sinu Patris est.
Interlinearis.	8.	Per manifestationem suæ incarnationis Deum inuisibilem demonstrauit.
Nicolai de Lyra in sua glossa.	9.	Testimonium vnum declaratum de plenitudine Christi per visum, alterum per auditum à Ioanne.

DIFFICVLTAS I.

Quare Sacerdotes & Leuitæ miserunt ad Ioannem cogitationem istam?

QVæretur, quare Doctores & Sacerdotes miserunt istam legationem ad Ioannem magis quàm ad alterum? 271.

1. RESPONSIO Abulensis quæst. 16. in Matth. 3. (Abul. q. 16. in c. 3 Matt. Isai c. 40.) *Quia adiuuabat eum diuina auctoritas, cum de eo pronuntiatum esset per Isaiam, quod venturus esset ad parandam viam Domini.* Quasi diceret: Sacerdotes, & Leuitæ scrutabantur scripturas, & erant legis Doctores, cumque patenter legissent Isaiam, & Prophetas, sciebant Ioannem venturum ante Christum, ideò miserunt ad illum hodie.

2. RESPONSIO est Ruperti lib. 1. in cap. 1. Ioannis (272. Rupert. Abb. lib. 1. in Ioann.), *Quod cautè, & cum astutia miserunt Sacerdotes legationem, quia Ioannes à deserto recens venerat, vbi vitam eremiticam, imo Anachoreticam duxerat. Neque adhuc inter homines famosum aliquod Iesus operatus erat, neque Ioannes agnoscebat eum, vt ipse* Ioan. 1. n. 33. (Ioan. c. 1. n. 33.) *testatus est; & ego nesciebam eum. Ex quo collegerunt, quod Ioannes nullum de Christo testimonium perhiberet quia non cognoscebat eum.* Ac si diceret Rupertus (*Ioannes ante Baptismum non cognouit Iesum. Testis fidelis quus*) secundum hominem nesciebat Ioannes Christum, id est, cuius figuræ, vel habitus esset, aut vbi, vel quibus cum hominibus habitasset; tanto ergo fidelius, & omni acceptatione dignius est testimonium, quanto ab humano fauore purum, vel coniecturali præsumptione constat esse liberum propter hoc cautelosè

[*Cautelosè fugiendi.*] cautelosè a Ioanne testimonium quæsitum fuit, vt populo abundè satisfacerent, & Christo non crederent, dicendo, Ioannes negat esse Christum Messiam.

273. [Origenes in Matth.] 3. RESPONSIO missionis est Origenis, qui dicit, *Quod simplici animo venerunt ad quærendam veritatem*, Et probat hoc ex modo loquendi, 1. *Quia Legati exhibuerunt Ioanni maximam auctoritatem.* 2. *Quia personæ mittentes erant ex tribu Iuda, qui erant nobiliores in populo*, 3. *Ex loco Hierosolyma, quæ erat ciuitas Sacerdotalis, & Regia*, 4. *Ex modo loquendi, qui fuit interrogando, tu quis es? quasi volentes acquiescere dictis eius.*

274. [Chrysost. homil. 11. in Matth.] 4. Opinio est Chrysostomi homil. 11. in Matth. qui ait, *Quod malitiosè missi sunt nuntij; quia Sacerdotes ex liuore, & inuidia Ioannis volebant eum capere in sermone; quia bene sciebant, quod non esset Christus, cum esset ex tribu Leui Ioannes, Messias vero ex tribu Iuda oriundus erat.*

275. [*Adulatores impij.* Bonauent. Euthym. Hugo Chrysost.] 5. Opinio fuit aliorum Doctorum qui asserunt, *Quod mittunt ad Ioannem legatos, vt per adulationem ipsum alliciant ad confitendum se esse Christum.* Sic Sanctus Bonauentura, Euthymius, Hugo, & Chrysostumus.

276. [Lyranus. *Sententia Auctoris.*] 6. Opinio est nostri Lyrani dicentis, *Quod tempore prædicationis Ioannis erat famosa opinio, & maximè in Hierusalem, vbi vigebat studium legis, & Prophetarum, quod tempus aduentus Christi esset de proximo*, Primò, *Quia videbatur eis ablatum esse regnum. Et hoc fuerat eis datum pro signo aduentus Messiæ*, vt patet Genes. 46. num. 6. [Gen. 46. n. 6.] *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est.* 2. *Quia videbant completas hebdomadas Danielis*, vt patet cap. 9. num. 24. [Dan. c. 9. n. 24.] *Ex altera parte mirabilem natiuitatem Ioannis Baptistæ videbant, & eius excellentem sanctitatem, & ideo fuerunt moti ad opinandum ipsum esse Christum, & volentes scire veritatem miserunt nuntios.*

277. [Abul. q. 17.] Hæc opinio est, sequenda, si addatur quod Abulensis quæst. 17. in Matth. 3. dicit, *Quod volebant, qui miserunt legatos scire veritatem de ore Ioannis?* nam vt inquit Chrysostomus in Ioann. cap. 1. [Chrys. in Ioan. 1.] *Ioannes putabatur esse aliquid diuinum in eo, & sine aliqua probatione credebant sibi quidquid diceret.* Et addit Abulensis: [Abulens. cit.] *nam vna de conditionibus, quas iura requirunt in teste, Est bona vita & ista est præcipua, imo quasi totum quod reddit aliquem habilem ad testificandum, vt patet ex lege de verbor. signif. cap forus.* [L. de verb. sign. c. forus.] Illud autem erat in Ioanne; nam non solum erat sanctus, sed sanctissimus: nam vita sua erat austera valdè secundum omnes homines. Vnde Iudæi mirabantur, quomodo in corpore humano posset esse tantæ austeritatis tolerantia, propter quod valdè Iudæi credebant ei, & cum ipse testimonium perhiberet de Iesu, quod erat Messias, duo ex discipulis suis crediderunt Christo, & sequuti sunt eum. Et Ioann. 10. num. 42. [Ioan. 10. n. 42.] dicitur, quod propter testimonium Ioannis Baptistæ multi ex Iudæis crediderunt in Iesum.

278. Vnde ad quæsitum clare respondetur: *Quod miserant Sacerdotes, & Leuitæ legatos ad Ioannem, vt ipse testimonium perhiberet de Messia, an ipse esset, an alius vt secundum suam responsionem viderent quod in Prophetis dicebatur, propter quod Ioannes statim testimonium de diuinitate Christi dedit*, vt Rupertus aduotauit [Rupert. in Ioann.] *reuelante Spiritu Sancto sibi*, vt ipse dixit, Ioann. 1. num. 33. *Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit, super quem videris columbam descendentem ipse est, &c.* [*Ioannis Baptistæ eximia laus.* Ioan. c. 1. n. 33.] Et hoc insinuauit Lyra, & interlinearis, *Per manifestationem suæ incarnationis Deum inuisibilem demonstrauit.* [Lyra. Interlineal.] Et Lyra sic: *testimonium vnum declaratum per visum de plenitudine Christi, alterum per auditum.*

DIFFICVLTAS II.

De intentione, qua hæc interrogatio facta est, tu quis es?

QVæritur qua intentione præsens interrogatio facta est? 279.

1. RESPONSIO Ruperti in Ioannem cap. 1. [Rupert. in Ioan. c. 1.] *Vt interrogarent eum, quare tam inauditam rem; qualis erat baptizare introducebat in mundo, tu, inquiunt*, (dicit Rupertus) *homo tanti nominis, qui tanta auctoritate nouum Baptismi ritum inducis, quem te esse dicis?* [*Reformationes sanctitatem requirunt.*] Quasi diceret, *si fortè reuelatum est tibi, ostende nobis; quia tu es homo, tam fide dignus, quod quidquid de te dixeris credemus.*

2. RESPONSIO Augustini in Catena Sancti Thomæ, 280. [Augustin. in catena S. Thom.] *Non autem mitterent nisi mouerentur excellentia auctoritatis eius, quia ausus est baptizare.* Ac si diceret: tanta erat reuerentia ab omnibus debita, & obseruata Ioanni propter eius sanguinem & moribus iunctum, quod videns eum baptizare, magnum aliquid præter humanum existimarunt de illo. Vnde Chrysostomus citatus in Catena Sancti Thomæ; [Chrysost.] *Sic enim fide dignum æstimauerunt esse Ioannem, vt ei de ipso dicenti crederent, vnde dicitur, vt interrogarent eum, Tu quis es?* [*Nobiles sanctitate Deo placiti nimis.*] Ac si diceret, tu a nemine iudicaberis nisi à solo Deo, cui tu propter tantam sanctitatem non mentiendum credimus. Et sic dic nobis palam, Tu quis es?

3. RESPONSIO Abulensis q. 33. 281. [Abul. q. 33.] *Quærens intentionem huius interrogationis dicit, quod istam auctoritatem Ioannis tantum præstabant Iudæi propter eius sanctitatem, quia miraculum nullum faciebat Ioannes*, [*Ioannes ipse miraculum fecit nullum.*] *Et licet in eius natiuitate, & antea, & postea in Zacharia, & Elisabeth signa magna visa fuerint, tamen cum puer Ioannes secessit in desertum & per triginta annos, quasi vitam anachoreticam egisset totaliter potuit vultus eius mutari, & non cognouerunt eum, & sic miserunt legatos dicentes, & interrogantes, Tu quis es.* [Luc 1. n. 10. 11 & 12.]

Et quamuis non sequatur Abulensis illam sententiam, tamen Recentiores vt Pater Salmeron, & alij tom. 4. tract. 15. illam sequuntur. [Salm. tom. 4. tract. 15.] Et vt Rupertus & Abulensis dicunt, *Christum Dominum fecisse mirabilia in cælo, & in terra, quia ab oriente venerunt Reges ad eum adorandum, & offerendum munera. Et Anna Prophetissa, & Simeon in templo pro vero Deo & Messia eum adorarunt, & tandem totaliter intra triginta annos oblitus est populus de eo.* [Matth. c. 2. n. 3.] [Lucæ 2. num. 18 & n. 36.] *Insuper Christus Dominus non egit tantam pœnitentiam in habitu, & vestitu, sicut Ioannes*, qui vt ipse Abulensis ait, [Abulen. cit.] *non fuit Eremita ne anachoreta tam pœnitens sicut Ioannes. Neque mirum est,* quod

Auctoris mens. *quod taliter figura esset mutatus quod dubitando quis esset, interrogarent eum per legatos, Tu quis es?* Et hæc est Auctoris.

282. *Sylueira tom. 2. c. 4.* 4. Responsio. Neque aliquid obstat quod Sylueira insinuat, tom. 2. cap. 4 quæst. 2. *Quod hæc sententia est contra multos Patres asserentes, pro cognitione, & manifestatione Ioannis* *Lucæ 3.* quod Lucæ cap. 3. dicitur, *Factum est verbum Domini super Ioannem filium Zachariæ in deserto: tum quia hoc Euangelium scripsit Lucas, iam Christo in cælo ascenso. Tum etiam, quia vt dicunt* *Rupert. Abulens.* Rupertus, & Abulensis quæst. citata. *Hoc verbum quod factum est super Ioanem filium Zachariæ; solus ipse Ioannes interius per reuelationem cognouit, & vocem internam & inspirationem audiuit, vt solent Prophetæ, & iusti, & sancti, quibus Deus multa reuelauit, & reuelat, &* *Reuelationes Sanctorum internæ sunt.* 283. *reuelabit.* Et hæc verba non sunt nota omnibus sicut & cognitio Iesu, cum iam esset anno- *Luc. cap. 2. num. 48.* rum duodecim, qui inuentus à Matre sua Maria Virgine cognouit eum, & omnes noti, & amici eius, eum cognouerunt. Et tamen neque *Christus & Ioannes ignoti fuerunt multis annis.* Doctores, & Sacerdotes & populus eum nesciebant, & tantummodo duodecim annos habebat puer Iesus. In cuius natiuitate tot signa visa fuerant. *Ioan. c. 1.* Quid ergo mirum est, si Præcursorem non cognouerunt, qui legationem miserunt, vt interrogarent, Tu quis es?

284. *Translat. Origen.* 5. Responsio Origenis, *Declarat intentum Ioannis responsione sua ad interrogationem factam. Quæ sic se habet: Hoc testimonium à Ioanne Baptista incipiente sic, de quo dixit, &c.* *Baptistæ excellentia.* Quasi diceret, interrogatio facta ab illis, qui ab Hierosolymis venerunt nihil aliud fuit quam occasionem quærere, vt Ioannes testimonium *Ioan. c. 1.* de se daret, nuntiando quis esset. At Ioannes cum omni veritate respondit, *Qui post me venit, ante me factus est.* Quasi diceret, si veritatem desideratis scire, non sum ego Messias, sed qui post me venit, & inter vos ambulat incognitus.

DIFFICVLTAS III.

Quid sibi volunt verba hæc, & confessus est, & non negauit, quia non sum ego Christus?

285. QVæritur, quid confessus est Ioannes, & quid negauit, & quare tam absoluta verba respondit?

Rupert. in c. 1. Ioan. 1. Responsio Ruperti ad quæsitum satisfaciens. *Interrogatus ergo Ioannes protinus excutiens hirtas animi ferias pilis camelorum, quibus exterius erat contextus multo asperiores. Non* *Occasiones fugiendæ peccati non solùm vestibus, sed corde.* *sum ego, (inquit) Christus.* Quasi diceret, si asperis, & camelinis vestibus vestiebatur exterius Ioannes, interius resolutis neruis respondit eiiciens à se occasionem tentationis adulationisque cantilenas, quia reuera eiusdem veritatis & humilitatis in Ioannis verba elucent in hac sententia.

Ioan. c. 1. n. 21. Nihilominus est notandum, quod Euangelista enuntiationem negatiuam, qua dicit, *Non sum Christus, confessionem esse affirmat, negatio-* *Rupert. cit.* *nem esse negat.* Quasi diceret Rupertus, si Ioannes dixisset se esse Christum vel ita opinantibus consensisset, proculdubio qui Christus est Christum esse alium, negasset. Et sic è contrario, quando dixit, non sum ego Christus, vno codémque dicto confessus est Christum, & Christum non negauit; ac proinde ex hoc loco verus confessor claruit; proinde quando audis, & confessus est, & non negauit, debes intelligere Christum.

2. Responsio Augustini tractat. 4. in Ioann. qui ait, *Nullum tantum meritum Ioannes habuit, quam de ista ipsa humilitate, quod cum posset fallere homines & putari Christus, & haberi pro Christo, tanta gratia, tantáque excellentia fuit, quod confessus est tam apertè & dixit non sum ego Christus.* Sed hoc ad mores postea. 286. *S. Aug. tr. 4. in Ioan.* *Humilitatis perfectio in perfectu lucet plus.*

3. Responsio dicamus quod confessus est, & non negauit, quia vt Origenes dicit in Catena Sancti Thomæ, *Ioannes, vt videtur discernebat ex quæstione Sacerdotum & Leuitarum dubitationem, ne Christus forte esset baptizans; apertius autem illud profiteri cauebant, ne temerary putarentur. Quapropter meritò, vt eorum opinio fallax de eo primitus aboleretur, ac proinde veritas propalaretur, quod non sit Christus ipse, & non negauit, quod sit Christus Iesus.* 4. Ratio est Caietani dicentis, *Quod confessus est, & non negauit, id est, officium suum, quod confitetur esse suum esse.* Quasi diceret, confessus est Ioannes nihil aliud esse quam vox illius, qui à legatis quærebatur Christus Iesus, qui promissus erat per Prophetas venturus. 287. *Origen. in catena S. Thom.* *Caietan. in Euang.* *Vana gloria fugienda.*

4. Responsio Chrysostomi in Catena Sancti Thomæ, *Explicantis responsionem Ioannis, & confessus est, & non negauit* dicit? *Vide sapientiam Euangelistæ, & virtutem Baptistæ indicans, & malitiam, & amentiam Iudæorum. Deuoti & fidelis famuli est non solum non rapere gloriam Domini, sed oblatam à multis respuere. Propter quod dixit Sanctus Prosperus, non negauit dicens, non sum.* Quasi diceret, de se confessus est, quod non sit Christus, & negauit aliquid mirabile esse, sed cinis, & puluis sicut Abraham dicebat, *Loquar ad Dominum cum sim puluis, & cinis.* 288. *Chrysost. in caten. S. Thom.* *D. Prosperus p. 3. de prædiction.* *Gen. c. 18. n. 27.*

DIFFICVLTAS IV.

Quare Ioannem interrogauerunt dicentes Elias es tu?

QVæritur, quomodo legati Ioannem interrogant, Elias es tu? *An Ioannes non erat natus filius Zachariæ, vel quia propter pœnitentiam, & habitum non cognouerunt eum, (vt diximus) vel pro Eliæ spiritu in zelo contra Herodiam, sicut Elias habebatur propter persecutionem, quam impia Iezabel Prophetam inuaserat: Vel quia venit in spiritu, & virtute Eliæ,* vt Lucas dixit cap. 1. num. 17. Vel quia Malachias dixit cap. 3. num. 1. *Præcessurus, est, & venturum iudicem nuntiaturus. Sicut Ioannes in primo aduentu fecit, & vterque, hic primi, ille secundi aduentus nuntius sunt.* 289. *Ioan. c. 1.* *4. Reg.* *Luc. c. 1. n. 17. Malach. c. 3. n. 1.*

1. Responsio Ruperti in Ioan. cap. 1. lib. 1. *Rupert. lib. 1. in c. 1. Ioan.*

lib. 1. *Illi mysteria non querebant, sed de persona tantum Eliæ requirebant.* Ac si diceret, quòd mystico, & spirituali sensu de officio & vita Præcursoris similis Eliæ dictum est, non attinet ad interrogationem litteralem, & quæsitum legatorum dicentium, *Elias es tu?*

290. Caietan.in Euang.ad c.1.Ioan. Malach.c.3. n.1. 2. RESPONSIO Caietani, qui difficultatem istam audiens dicit; *Quòd legati dubitauerint, quomodo adimplendæ esset Prophetia Malachiæ de aduentu Eliæ in aduentu Christi.* Ac si diceret, Iudæi vsque hodie excæcati sunt perfidiæ velamine non intelligentes duplicem aduentum Messiæ, vnde cum semper negent futurum Deum passibilem, spectant Messiam gloriosum, & Eliam Præcursorem credunt, & hoc interrogant dicentes, *Elias es tu*, qui præcessurus est aduentum Domini.

Iudæi impassibilem Messiã putabant.

291. Iansenius in Euang. Ioan.1. Error Pytag. Marci 6. num.14. 3. RESPONSIO Iansenij, *Qui putat habuisse legatos istos errorem Pythagoricum de transmigratione animarum, & sic interrogabant, si Spiritus Eliæ fuisset transmigratus in Ioannem. Quem errorem habuit Herodes*, dicens Marc. 6. num. 14. *Quem ego decollaui Ioannem, hic surrexit à mortuis, & discipuli hoc Christo responderunt, quando interrogauit, quem dicunt esse filium hominis?* Matth. 16. num. 14. *alij Eliam, alij Hieremiam, aut vnum ex Prophetis.*

Matth.16. num.14.

292. Rupertus in Ioan. 4. RESPONSIO Ruperti, qui dicit, *Quod responsio Ioannis fuit simpliciter plana ad interrogationem personæ Eliæ; quia contrarium non est veritati,* (dicit Sanctus Abbas) *quod Eliam non se esse negat; quia proculdubio, quod mystico intellectu verus erat illorum sensus, qui interrogabant. Si diceret, Elias ego sum falsum erat.*

DIFFICVLTAS V.

Quomodo intelligantur verba, Propheta es tu?

QVæritur, cur interrogatus Ioannes vtrum esset Propheta, cum de officio negauit, de virtute, vel gratia reticuit?

293. Ruper.Abb. in c.1.Ioan. 1. RESPONSIO Ruperti, *Quia qui interrogabant ex aduerso consisterent, quia qui missi fuerant ex Pharisæis erant. Ideò parcitate irreprehensibili ad interrogata respondit.* Quasi diceret, nemo tenetur respondere vltra modum inquisitionis, vel interrogationis, & cum illi de singulari Propheta promisso per Moysem interrogabant, Respondit ad intentum, *non sum.*

Origen.in Cathena S.Thom. 2. RESPONSIO Origenis in Catena Sancti Thomæ asserentis; *Quoniam verò cùm plures in Israel edocti fuerint Prophetæ, vnus de quo Moyses prophetauerat præsertim spectabatur, iuxta illud*: Deuter. 18. num. 15. *Prophetam vobis suscitabit Deus de fratribus vestris, sicut mihi illi parebitis.* Quasi diceret, Ioannes benè intellexit (afflatus Spiritu Sancto;) quod quærebant & interrogabant de Propheta à Moyse prædicto; & ideò respondit, *non sum.*

Deuter.18. n.15.

294. August.cit. 3. RESPONSIO Augustini in ipsa Catena citati. *Ioannes maior erat quam Prophetæ qui de longe demonstrauerunt Messiam, Ioannes præsentem demonstrabat.* Quasi diceret, inquit Rupertus, Prophetæ à sancta Ecclesia designantur, qui venturum Messiam prophetizarunt: at Ioannes quia digito Verbum incarnatum demoustrat, ideò interrogantibus se si esset Propheta? Respondit non. Rupert. in Ioan.1.

295. Barradas & Maldonatus in Euang. 4. RESPONSIO Recentiorum, vt est Barradas, & Maldonatus, *Qui asserunt legatos interrogasse; an esset Ioannes, aut aliquis Propheta, ex antiquis, vt de Christo Domino dicebant, Eliam,* aut Hieremiam, *aut vnum ex Prophetis.* Sed quoniam in textu Græco legitur, *tu es ille; ideò de pronuntiato per Moysem*, in Deuteron. cap. 18. *videtur interrogasse non de quolibet Propheta.* Sic Pattes antiqui, Cyrillus, Chrysostom. hom. 15. Theophylactus, & Euthymius, *Et Seraphicus Doctor Bonauentura, qui ait, æstimationem sanctimoniæ negauit Ioannes dicendo, Elias non sum; opinionem incognitæ scientiæ, quando negauit se esse Prophetam, sed de hoc ad mores postea.*

Cyrillus. Chrysost. Theophyl. Euthym. Bonauent. *Humilis de se omnia bona ignorat.*

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo Ioannes dicit, quod est vox clamantis in deserto.

QVæretur, quomodo Ioannes sit *Vox clamantis in deserto?*

296. Rupertus in Ioann. Augustinus in Catena S.Thom. 1. RESPONIO Ruperti. *Sicut enim ad hoc fit vox, vt verbum audiatur: sic ego ad hoc factus sum, vel natus sum vt per ministerium meum Christus qui est incarnatum Verbum Patris præsens agnoscatur.* Vnde ad hoc alludens, dixit Augustinus citatus in Catena Sancti Thomæ. *Isaias illud dixit, & in Ioanne prophetia ista completa est.*

297. S.Paschas. lib. 3. in Matth. Origen.in Cathen. S.Thom. 2. RESPONSIO D. Paschasij lib. 3. in Matth. Dicitur Ioannes, *Vox clamantis quia in eo Dei sapientia clamare intelligitur, vt vbicumque audiatur, & nullus insipientium de ignorantia excusetur.* Vnde Origenes in Catena interrogat, *Si ergo nihil aliud est vox quam sonus propheticus, quomodo Saluator nos transmittit ad illam?* Respondet, *Dicit enim Ioannes vocem esse non clamantem, sed clamantis in deserto, eius,* scilicet, qui stabat & clamabat, *si quis sitit, veniat ad me, & bibat.*

298. Theodoret. in Cathen. S.Thom. 3. RESPONSIO est Theodoreti citati in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Quod Ioannes est vox, quia locutus est clarè de Messia, cæteri autem Prophetæ obscurè,* Quasi dicat, definitio vocis Baptistæ, *est sonus clarè resonans in cordibus Iudæorum circa aduentum Christi.* Fauet Titus Bostr. 3. in Lucam, dicens, *Quod vox loquentis est, quæ antecessit verbum, quod concipitur in mente audientis, & Ioannes sua præcessit prædicatione notitiam in mentibus Iudæorum.* Coincidit cum hac diffinitione Ambrosius in cap. 3. Lucæ.

Titus Bostr. in Lucam. Ambros.in c.3 Lucæ.

299. Caietan.in Euang. 4. RESPONSIO Caietani, qui ait, *Quod Ioannes vocatur vox, quia ad præsentes missus est. Sicut vox quæ non est scripta vel impressa in libro. vox transiens dicitur: Sic Ioannes suo officio fungens non transibat ad futura, sed remanebat in cordibus Iudæorum.* Vnde ait Toletus in cap. 3. Lucæ annot. 16. *Quod ista vox Ioannis tripliciter declarata*

Tolet.in Lucam.

declarata fuit. Primò Christum, denuntians. Secundò Christum de præsenti demonstrans. Tertiò ad pœnitentiam excitans atque ad Christum præparans. Vnde dixit Gregorius in Catena, *In deserto clamat Ioannes, quia quasi derelictæ, ac destitutæ Iudææ solatium Redemptoris annuntiat.*

Gregor. in in Catena. *Voces Prædicatoris consolantur corda.*

300. Bonauent. 5. RESPONSIO Sancti Bonauenturæ, qui ait, *Vox est signum ducens in altum', & quia Ioannes in cognitionem Verbi incarnati ducebat dicitur vox.*

301. Beda. S.Epiphan. hæresi 59. *Silentium indicat Ioãnes.* 6. RESPONSIO Bedæ, & Sancti Epiphanij hæresi 59. *Vox dicitur Ioannes. quia per eius manifestationem. & ministerium, verbum Patris ab omnibus auditur tanquam suprema vox,* inquit Damascenus, *quæ inter copiosam turbam inducit silentium, & attentionem, vt vox Iudicis audiatur: Ita Præcursor venit ante Christum iudicem viuorum, & mortuorum, vt attentè ab omnibus audiatur.*

302. Chrysolog. serm. 127. 7. RESPONSIO sit Chrysologi serm. 127. *Qui Ioannem silentium Prophetarum vocat lucernam mundi, & præconem iudicis: nam quemadmodum inter multitudinem scholasticorum arguentium, & vociferantium, cum Doctor, & Magister vocem emittit, omnes silentio attendentes audiunt. Sic Propheta, Sybilla, & Prophetica Ioanne clamante, & dicente: Ego vox, omnes in perpetuum silentium, & taciturnitatem remanserunt; quia vsque in sempiternum Iudæorum voces non audientur.*

Præses argutium Ioannes. Vox Ioannis silentiũ Prophetarum.

8. RESPONSIO sit Origenis, qui ait', *Opus autem vocis clamantis in deserto est, vt anima adeò destituta ad rectam faciendam viam Domini reuocetur, nequaquaquam prauitatem serpentini gressus prosequendi, sed ad contemplationem eleuatam in sanctitate permaneat, vt Ioannis dictum compleatur, dirigite viam Domini, sicut dicit Isaias Propheta.* Sed de hoc ad mores latius postea cum, explicatione Gregorij dicentis: *Via Domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur.* 303. Origen. in Catena S.Thom.

Voces interiores animi cõtēplationem requirunt. Isai c.40. n 3.

TRACTATVS X.
AD MORES,
In Caput I. Ioannis.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quod fuit testimonium quando miserunt ab Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem?

304. QVÆRITVR, quod fuit testimonium quo moti sunt Iudæi, vt legationem ad Ioannem mitterent?

Theophyl. in Ioan. c.1. 1. RESPONSIO Theophylacti. *Testimonium fuit bonum consilium, quod acceperunt Iudæi & Pharisæi legendo in Isaia Propheta, quod venturus erat Præcursor ante Dominum c.40.* Vt discant homines accipere consilium, & conuersari cum hominibus doctis, expertis, & prudentibus.

305. Augustin. q.68. Exod.18, n.24. Interrogat D. Augustinus q. 68. *Cur Deus famulum suum Moysem, cum quo ipse tanta, ac talia loquebatur, ab alienigena socero suo passus est admoneri?* Sic testatur Scriptura Exod. 18. num. 24. *Quibus auditis Moyses fecit omnia, quæ ille suggesserat?* Respondet Sanctus Augustinus, *per quemlibet hominem detur consilium veritatis non debere contemni.*

306. Chrysost. hom. de fer. reprehens. tom.3. Vnde Chrysostomus hom. de ferendis reprehensionibus tom. 3. *Ponderat humilitatem Moysis qui summa cum tolerantia ignorantiam suam à Barbaro correctam non solum præsentibus non absconderet, sed etiam posteris manifestaret.* Vnde Oleaster in Exod. 18. addit, *Et vidit socer Moysem.* Sic legit Pagnin. & Oleaster ait: *Considerauit enim, & deprehendit senex iste in officio Ducis, & Iudicis emendanda quæ ipsi Moysi, cum esset à Domino edoctus non considerauit.*

Exod.c.18. n.24. Oleaster in Exod.c.18. n.4. *Bonum est ab omnibus audire consilium.*

307. Ex quo loco discant Principes accipere à senibus & expertis consilium: nam si omnia inflectibiliter per se, & suum intellectum tractare volunt, cum vix ad pauca sufficiant per alios administrare studeant, aliàs si per se reguntur ipsi, & Regnum cadet, & patientur dispendium. Vnde Gregorius in Pastorali c. 9. *In gestis huius Gentilis Iethro adnotauit, qualiter qui scientes in omni-bus videri volunt à viris spiritualibus tractandi sunt, vt scilicet, quamuis eis sapientiores sint, fingant se tamen eorum consiliis indigere vt saltim sic eos Domino lucrentur.* Sic & Paulus cum Romanos videret de sua potestate & scientia præsumere, & diceret Rom. cap. 1. num. 11. *Cupio venire ad vos, vt aliquid spiritualis gratiæ impertiar vobis. Eorum arrogantiam non immemor sententiam corrigere videtur dicens, id est simul consolari in vobis.* Rom. cap. 12. num. 13. Quasi diceret, isti sunt inflati, & cum epistolam legant dicturi sunt, quis es tu, vt doceas nos. Ideò doctrinam in consolationem vertit: nonne vides quomodo consilium mutare est sapientis viri signum, & non inflectibiliter reprehendere, quia tales homines vocantur nostro Hispanico idiomate, *Capricosos testa rudos, malos paragauierno.*

Gregor. in Pastor.c.9. Ad Rom.c.1. n.12. scientia inflat. Ibid.n.12.& 13. *Caprichosos malos para gouernar. Phrasis Hispanica.*

Interrogat

308. S. Bern. ser. 3. in die Pasch. Interrogat Diuus Bernardus serm. 3. in die Paschæ, *Quare Christus Dominus tam infallibiliter decreta Patris sui æterni, cum obseruaret, & Matri suæ Virgini Mariæ conquerenti* Lucæ c. 2. n. 52. *de ipso triduo perdito respondit: Nesciebatis, quod in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse* Lucæ cap. 2. num. 52. *Et his non obstantibus addit Euangelista, quod erat Iesus subditus illis, scilicet, Iosepho, & Virgini Mariæ*, Respondit Bernardus; Bernard. cit. *Christus mutauit sententiam.* *Bonum erat illud consilium in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse, sed quia illi non intellexerunt, mutauit consilium, vt nos mundaret à lepra, quæ proprij consilij est.* *Prælati docibiles esse debēt.* Quasi dicat Sanctus, erubescant, & timeant turbationes, & tumultus populorum Reges, & Prælati qui dura ceruice ostinati sunt in sua sententia, & non acquiescunt consiliis aliorum, quorum causalites & perturbationes in Republica crescere passim videmus.

309. Noster Lyranus sua in glossa c. 5. in Dan. Interrogat noster Lyranus sua in glossa ad cap. 5. Danielis, *Quare Regi Balthasaro in conuiuio cœnæ prophanæ, quod primatibus, & Concubinis fecit, in eadem hora, apparuerunt* Dan. c. 5. n. 6. *digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum.* Daniel cap. 5. num. 6. *Consilia Parentum, & Seniorum seruanda & timere contrarium.* *Quid est, & significat verbum contra candelabrum, non poterat vmbra manus scribentis apparere in angulo aulæ Regis, vel ad latus. Sed non sic, sed contra candelabrum, vbi lux ardens erat posita?* Et respondet acutè moraliter sicut semper: *In candelabro contra quod scripsit, certitudo naturalis dictaminis declaratur; quia defecit in omnibus his perscrutandis.* *Consilium impiorum periit.* Quasi diceret perterritus, & stupefactus remansit Rex Balthasar eo quod dictamen suæ deprauatæ opinionis ardere fecit, & posuit super candelabrum intellectus sui, vt omnibus, qui in conuiuio erant, luceret, Dan. c. 1. n. 2. & viderent, quod consilium, quod contra Patrem suum Nabuchodonosor dederat, quod vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat de Hierusalem in templo suo collocarentur; Dan. 5. n. 6. impius autem Rex Balthasar in prophano conuiuio, & cœna asportauit: apparet igitur contra candelabrum & lucem naturalis dictaminis vmbra mortis, vt cognoscat quod *Antiquorum opiniones sequendæ.* contra suam opinionem, sine consilio Patris, & antiquorum defecit in omnibus, quæ perscrutari conabatur.

310. Prou. c. 15. num. 22. Salazar. ibi. Vnde Prouerb. 15. num. 22. dicitur: *Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium.* Vel vt Salazar in Prouerb. ex aliorum translationibus vertit: *Frange cogitationes, quando non est consilium, & in multitudine consiliorum stabis.* Quasi diceret Spiritus Sanctus, frange resolutiones cordis, & intellectus tui, cum contra consilia prudentum, & Sapientum opponuntur; Senec. ep. 32. *Consilia non aspernanda.* *Quia ingenia flecti nescia, rigida sunt*, vt Seneca dixit epist. 42. *Sufficiat pro veritate hac de recipiendo consilio etiamsi doctissimi homines sint, approbatio ipsius infinitæ sapientiæ*, quæ vt nos exemplum humilitatis doceret, & ne quis consilium alterius aspernaretur à Philippo Discipulo suo interrogauit: Ioan. c. 6. n. 5. *Vnde ememus panes, vt manducent hi* Ioann. 6. num. 5. Isai c. 40. n. 13. *Et si de quo Scriptum est*, Isai cap. 40. num. 13. *Quis consiliarius eius fuit, his dictis & auditis. Quis tumidus & præsumptuosus in propriis dictaminibus erit.* Vnde vt benè notauit Abulensis citatus in littera, Abulen. cit. in littera. *Cum cognouissent qui in concilio Iudæorum præsidebant, quod Præcursorem adiuuabat Deus, & quod natus erat, ad præparandam viam Domini, secundum* Isaiam 40. num. 3. Is. 40. n. 3. *hodie determinati sunt mittere ad eum legatos Sacerdotes, & Leuitas vt consilium eius super aduentum Messiæ indicaret eis.*

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare Senatus Hierosolymitanus Iudæorum dubiam legationem ad Ioannem misit, vt interrogarent eum.

QVæritur, quare cum mysterio loquuntur isti legati missi à Senatoribus Concilij, interrogando quem sciebant esse Ioannem filium Zachariæ? 311.

1. RESPONIO Ruperti citati in littera, Rupert. cit. in littera. *Quia aulici, & Senatores cautelosè semper loquuntur & duplici intentione cum hominibus conuersantur?* Interrogat Oleaster, *Quare Moyses narrauit Iethro Socero omnia, quæ fecerat Dominus Pharaoh.* Olealter in Exod. c. 18. n. 8. Exod. 18. n. 8. Sic legit Pagninus, Translat. Pagnin. in Exod. 18. *Quasi diceret, quare Gentili idololatræ prodigia, quæ Deus Israëlitico populo fecerat cum Pharaone Moyses narrauit?* Respondit, *Quia tanquam famulus Dei, & rectu minister eius tam mala quàm bona ad gloriam Dei narranda sunt: Quia verò Moyses Aulicus etiam erat, & nutritus in domo Regis, Socero etiam gentili, & inimico bona narranda erant, vt inuidia torqueretur, mala verò nunquam inimicis narranda sunt, ne eis lætentur.* *Aulici cautelosè loquuntur.* Vnde Dauid cum certum nuntium de morte Saulis audiuisset: *Nolite, inquit, annuntiare hæc in Geth* 2. Reg. 1. n. 20. *(quæ vrbs erat Philistinorum) ne fortè lætentur filij incircumcisorum.* 2. Reg. c. 1. num. 20. Oleaster cit. *Inimicis non dicēda mala.* 2. Reg. c. 1. Quasi diceret Oleaster, *Aulici ministri semper debent audiri, & tractari cum aliquo timore cautelæ, quia multoties mysterium vocant tyrannidem, fraudem, & rapinam, vt simplices admirentur.*

Interrogat noster Lyranus, quare Nabuchodonosor Rex Assyriorum, cum omnem terram voluit tyrannicè subiugare suo imperio promulgauit decreto publico, & sententia diffinitina, vt Interlinearis adnotauit, *Quod volebat defendere se? Factum est Verbum, vel diuulgatum, vt Lyra ait, in domo Nabuchodonosor Regis Assyriorum vt deffenderet se.* 312. Lyranus in Iudith. c. 2. n. 4. Interlin. in Iudith. Iudith cap. 2. num. 4. Iudit. 2. n. 4. Et iterum interrogat Lyranus, *Quare habuit cum eis mysterium consilij sui.* Quasi dicat, quomodo vocatur mysterium, quod rapina, & tyrannica crudelitas erat? Respondet Lyra, dicitur; Lyra cit. *Vt defenderet se, id est, cautelosè compulit omnes populos sibi subiectos.* Et dicitur, *Quod vocauit ad se omnes maiores natu num. 5. vt melius fieret prosecutio negotij incohati de eorum consensu.* Et dicitur, *& habuit cum eis mysterium*

idem in Iudith n. 5. *rium consilij sui, hoc est, tractando secretè, quod cogitauerat?*

315. Quasi dicat Lyranus, mysterium facit, quod pertinet ad rem diuinam, quia mysteria sunt Sacramenta abscondita ab oculis humanis, vt mysterium Incarnationis, vbi Deus inuisibilis factus est homo. Et addit: *Vsurpant Aulici ad suas perpetrandas Tyrannicas fraudes, & dicunt defendere se, quia palliata cupidine ministrorum sub nomine defensionis, & seruitutis Regis rapinas pauperum, & populorum acquirunt.* Vnde Salutanus tom. 4. anno mundi 3346. dicitur, *In vulgus velle Regem defendere se, & in secreto consilij se velle totam orbem subiicere suo Imperio.* Quasi diceret, hoc ruinæ, & desolationis, diuinæque indignationis causa est, vt ministri Aulici sub nomine defensionis Regis impositionis, & gabellas imponant, vt pauperes, & populi pereant, & Senatores Consiliarij rapinis, & impositionibus ditentur propè summum.

Impositiones falso titulo palliata.

Salu. tom. 4. anno mundi 3346.

Aulici Raptores cautelosi.

314. Ruper. cit.

2. RESPONSIO *Contra Consilium Pharisæorum cum cautela miserunt ad Ioannem legatos, quasi dubitando, & interrogando,* ait Rupertus loco citato, *propter hoc à Ioanne testimonium quæsitum fuit, vt populo abundè satisfacerent, vt Christo non crederent dicendo, Ioannes homo tam grandis, & testis, omni exceptione maior hoc dicit, & mysterium facerent, quod erat tyrannica rabies, & pestifera, vulgúsque inuidia.* Et concludit Lyranus in cap. 2. Iudith, *Qui cautelosè fallunt incitando alios ad faciendum similes sunt Dæmonibus maioribus, de quibus Dionysius dicit, quod in naturalibus non fuerunt læsi, propter quod inter eos sunt aliqui maiores, qui minores faciunt sibi subiectos.* Ac si diceret, huiusmodi sunt Aulici quibus nunquam credendum est, quia cautelosè loquuntur vt potestatem, & subiectus pauperes, subditus babeant, & similes sunt Nabuchodonosori, qui semper fallebat subditos cautelosè loquendo.

Lyran. in Iudith c. 2. Dionys.

DIFFICVLTAS IX.
ad mores.

Qua intentione verba ista Ioanni dicta sunt, Tu quis es?

315. QVæritur, qua intentione legati verba tam dubia dixerunt, *tu quis es?*

1. RESPONSIO Ruperti citati, in littera est, quòd interrogatio fuit, *Laudatoria, & prouocans Præcursorem ad inanem gloriam;* Quasi dicerent: tu Ioannes, qui propter eximiam tuam virtutem, famam apud omnes consequutus es tali gradu, vt baptizare audeas, tua tantummodo auctoritate dic nobis quis es?

Rupertus in Ioann. 1. *Adulatio fortissima.*

316. Sed bonè Deus quàm sapienter scriptum est, *Quod sapientiam huius mundi stultitiam fecit Deus, & adulationes mendaces Iudicum, Principum, & Senatorum reuelata sapientia paruulorum detrahuntur,* vt patet in responsione Ioannis ad adulationes inanis gloriæ propositas. Vnde Basilius hom. 55. de humilitate ait, *Si Princeps huius mundi (Diabolus inquam) primus maximus mundanæ sapientiæ sophista suis ipsius commentis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam: multo magis illius discipuli, & æmulatores, etiamsi innumera commentientur, vbi se sapientes dicunt stulti facti sunt.* Ac si dicat, quare confidunt adulatores huius mundi in mendaciis verborum fictionibus palliatis? nonne recordari debent, & eximiam habere memoriam (tanquam eximij mendaces) quod Lucifer Sophista adulator captus est, & tanquam stultus exprobratus; Quare ergo Discipuli eius adulatores non confunduntur mendaciis simulatis, ad Ioannémque accedentes, & interrogantes: *tu quis es?*

1. Cor. 1. num. 20.

Basilius hom. 55.

Mēdaces memores sunt.

Politici sunt semper mendaces.

Expende suis ipsius commentis capitur: nam sicut Diabolus concupiscentia vanæ gloriæ ipsa ruit de cœlo volens ostendere se Deum, cum esset Angelus, & perdidit illud quod erat, dum voluit appetere, quod non erat. Sic putauit Christum, & Præcursorem eius concupiscentia vanæ gloriæ ferri. Hæc Chrysostomus homil. 5. in Imperfecto. Quasi diceret, *Sicut cum aliquis est Sanctus, & iustus difficile est cogitare de alio, quod sit malus: Sic difficilè est aliquem suspicari bonum ille qui est malus.* Vnde Cyprianus serm. de ieiunio: *Hoc generale malum humano generi Sathanas introduxit, vt popularibus laudibus Sanctis suggerere præsumit huiusmodi consiliis filios hominum corrumpere consueuerat.* Quasi dicat, flatis præsumptionis, & inanis gloriæ, ita infigit humana pectora misera, vt quicumque adulationibus fictis, & mendaciis inuolutus exaltat supremas potestates, auditur, amatur, & præmia suprema consequitur; Qui vero veritates dicit odio habetur. 317.

Chrysost. homil. 5. in Imperfecto.

Cyprian. ser. de ieiun.

Adulatores huius sæculi.

2. RESPONSIO Ambrosij in Matth. 4. *Diabolus quoniam fortem sensit sanctitatem, prætendit quæ etiam fortes decipit.* Quasi diceret, quia Ioannes apud omnes fama admirabilis promulgabatur. Diabolus tanquam fortem militem decipere conatur: ideò Hierosolymitani Aulici, Senatores congregantur, & legationem cum Sacerdotibus, & Leuitis mittunt ad illum, & palliata adulatione vincere conantur. 318.

Ambros. in Matth. 4.

Sāctiores fortiter tententur.

3. RESPONSIO. Interrogat Oleaster. Quare Moyses instructionem populo dando, ait: *Ne suscipias auditionem mendacem.* Exod. 23. n. 1. Respondet, *Quia nihil in iudiciis mendaciis perniciosius, ideò maximè cauendum ab eis docet, dum iudices instruit. Sed proh dolor! quia hoc tempore nihil mendacio licentiosius.* Addit Oleaster: *Expende, quæso temporum nostrorum malitiam,* quando tam auidè mendacia audientes, & veritas cunctis tam exosa est, & omnibus fastidio, maximè magnatibus, interrogant Ioannem tu quis es? *Et confessus est, & non negauit quod non sit Christus, & exosi de veritate legati iterum dicunt, Elias es tu?* Non sum? Respondit. Propheta es tu? non; neque fastidium cessat. Sed exosi dicunt, *Quid ergo baptizas?* 319.

Oleaster in Exod. c. 23. n. 1.

Translat. Pagnin. Oleaster cit. *Mēdacia neque audienda.*

Iterum interrogat Oleaster, *Quare legislator Moyses populo præcipit, ne ponas manum tuam cum impio, vt sis testis mendax.* Exod. cap. 5. num. 9. Sic legit Pagninus, & respondit; 320.

Oleaster in Exod. c. 5. n. 9. Translat. Pagn. in Exod. c. 25.

dit; *Quia si mendacium vbique malum sit pessimum, tamen est in iudiciis, & qui alicuius causam suo falso testimonio iuuat, eo perniciosior esse deprehenditur, quoniam illi magis quam parti in iudicio fidit iudex.* Ac si dicat, perspicaciter, & viribus totis conabantur legati testimonium Ioannis: quia tanquam testis fide dignus habebatur, & iudices qui eos

Ministri Regum fallaces. miserunt magis testimonio Ioannis crederent, quàm parti, (id est, Christo) qui credere renuebant. Ideò adulatoria gratulatione legati allicere Ioannem conabantur, vt omnes eius virtutes ad vocem loquelæ adulantis exsordescerent in magnitudine fauoris inanis. *Vt Gregorius dicit homil. 21. in Ezechielem.* Gregorius homil. 21. in Ezechiel.

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quomodo intelligantur verba ista; & confessus est, & non negauit, quia non sum Christus?

QVæretur, quare tam absolutè dicitur, & non negauit, quod esset Christus?

321. Rupert. cit. in Ioan. c. 1. 1. Responsio Ruperti citati in littera; *Quia protinus excutiens virtutes animi insertas pilis Camelorum, quibus exterius erat contextus multo asperiores, dixit, non sum ego Christus.* Ac si diceret, quod Ioannes sciebat, quod aures peccatorum adulationes auscultabant, & cantilenas libenter audiebant; consilia vero bona non attendunt, & ad obiurgationes obdurescunt; quia scriptum est Ecclesiastes cap. 12. num. 4. *Obsurdescent omnes filiæ carminis*, ideò & absolutè confessus est, & non negauit, quia non erat Christus. Eccl. c. 12. n. 4.

322. Origen. in Catena S. Thom. *Potentes impatientes.* Procop. 2. Responsio: Quare confessus est tam citò veritatem, est Origenes, qui ait, *Quod Ioannes discernere volebat veritatem à dubitatione Sacerdotum, & Leuitarum; quia semper potentes & Principes veritatis & monitionis impatientes sunt.* Vnde interrogat Procopius, *Cum populus Hebræorum accessit ad Isaiam, vt consulerent eum, & interrogarent, quid deberent facere, vt iram Dei auerteret ab eis.* Dixit Propheta os meum non interrogastis cap. 30. num. 2. *Quo pacto hæc verba vera sunt si quidem accesserunt, & auidè desiderando interrogarunt, & consilium petierunt?* Respondet Procopius in Isai 30. num. 2. *Non interrogauit populus, quia aliter quàm debuit consuluit, aut ei quem consuluit, non credidit.* Ac si diceret, perinde enim, ac deterius est contemnere, quæ à Deo, & eius Prædicatoribus respondetur, quam quæ agenda sunt, non interrogare: Hoc namque esse potest socordiæ illud superbiæ. Vnde Interlinealis ait, in cap. 30. Isai. *Non interrogauerunt, quia aliter quàm debuerant interrogauerunt, nimirum, non vt audirent vera, sed placitum, & quid iniquius, quàm ex interrogatione falsitate hallucinari, & fugere lucis claritatem.* Is. c. 30. n. 2. Procop. in Isai. cap. 30. n. 2. Interlin. in c. 30. Isai. Ioan. c. 1.

3. Responsio verborum istorum, & confessus est, & non negauit est Oleastri, asserentis, *Quòd ænigmaticè, & parabolis vtebantur multoties Prophetæ, imò & Christus Dominus; quia* vt Matthæus ait, cap. 13. num. 35. *Et sine parabolis non loquebatur turbis.* Et Præcursor hodie affirmat, quod ipse sit vox clamantis. Et ratio huius locutionis est; quia Sancti considerabant quàm ægrè ferrent homines veritatem audire quàm toruo vultu, & hirsuto naso eam aspicerent, & quàm hilari facie mendacia amplexarentur, & considerantes quàm necessarium hominibus foret veritatem audire parabolis, & similitudinibus veritatem inuoluebant, & velabant, *vt qui veritatem nudam fastidiebant, (* inquit Oleaster, *) & ad adulationes, & mendacia habebant aures, veritatem saltem fictis vestibus tectam audirent:* Ideò Nathan ouis similitudine rem velauit, & Regem proprio mucrone confodit. Et Ioannes confessus est, quod non erat Elias, neque Propheta, sed vox clamantis, vt Principes Iudæorum confunderentur veritatis velamine. 323. Oleaster. Matt. c. 13. num. 35. Oleaster in in Exod. *Mendaciis veritas auditur, palliata.* 2. Reg. 12. Ioan. c. 1.

4. Responsio sit Abulensis quæst. citata in littera, *Quòd Ioannes desiderabat curare corda Pharisæorum, & ideò contra vulnus, quod intus habebant, non credendo Christo venturo, adhibebat medicinam, etiamsi pungerentur stimulis veritatis, & ideo tot spinis eos lacerabat, quot negationibus affirmabat quidquid interrogabant.* Fertur enim de Viso, vt narrat Plinius lib. 8. natural. histor. cap. 36. Quod quando aliquo morbo degrauatur caput in aluearium infert, vt ibi apum stimulis tam diu pungatur, & eruentetur quousque se sentiat ab illo noxio sanguine depleti, & exonerati, & in pristinam valetudinem reduci. Ita aptabat olim Cæsar, vt Reges, & Principes, Consiliariique eorum multis scelerum morbis agitati aures darent, non adulatoribus crudeliter demulcentibus, sed monitoribus misericorditer vulnerantibus stimulis veritatis, vt apes cælestes eos desiderantes curare. Ac si diceret, quod Prophetæ, & Prædicatores admonendo eliciunt ex animo venenum, quod adulatores in animum infundunt ideò noster Præcursor statim confessus est, & non negauit, quod non esset Christus, vt vulnus & venenum, quod intus latebat in cordibus legatorum curaretur. 324. Abulens. cit. Plin. lib. 8. c. 36. *Principes recti vrso similes vulnerasse.* Idem Plin. cit. *Adulatores venenum occultant.* Ioan. c. 1.

Interrogat Lyranus, *Quare talem honorem Rex Balthasar exhibuit Danieli, cum tam horribilia, & tremenda diceret ei, qualia sunt mene numerauit Deus Regnum tuum.* Et compleuit illud, *Thekel appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares diuisum est Regnum tuum, & datum est Medis*, Daniel. cap. 4. num. 2. 3. 4. 5. & 6. Et respondet noster Lyra, *Quod hoc fuit ne coram hominibus mendacij argueretur, quia talem honorem, præmiserat legenti Scripturas, & interpretanti. Secundo, quia credebat per hoc iram Dei placare exhibendo honorem eius Prophetæ.* Ac si diceret in confusionem Regum Christianorum, quod Barbarus Gentilis Prædicatori, & Prophetæ, qui tam dura & horribilia nuntiauit euentura propter eius peccata, & quod Regnum suum diuisum daturus erat Medis, 325. Lyranus in Daniel c. 4. n. 2. &c. Idem n. 5. 6. Lyranus *Prædicatores Principes honorare debēt.*

tantum ac tam magnum honorem exhibuit homini vera annuncianti. Quid igitur cogitant Principes & Reges qui Prædicatoribus veritatem annuntiantibus in exilium mittuntur? Quomodo hoc credibile sit? Si Regnum diuitur Regi benefacienti, & honoranti Prædicatorem suum Danielem. Quid expectant qui honorem, & famam à suis monitoribus auferunt?

Prædicatores veritatis in exiliū missi.

316. Philo Iud. de leg. ad Caiū.

De crudelitate simili circa monitores veritatis refert Philo Hebræus, *Quod impius Caius Imperator solebat dicere, & audebit aliquis indoctus me qui in materno vtero, & naturæ in officina Imperator fui, nondum in lucem editus docere artes Imperatorias, quas dudum probè calleo?* Quasi diceret, quis Prædicatorum tanta sapientia præditus est, vt in rebus ad regimen Reipublicæ pertinentibus intermittat se. Et non solum impius Imperator repellebat eos, sed indignis tractabat modis. *Et vt Tyrannus crudelis ad laqueos cogeret ire, non alterius reum criminis, quam optimarum erga Principem admonitionum.* Nec enim addit Plinius, *Aliam ingrati pro meritis referre solent gratiam*: Quod in Præcursore approbatum videmus, qui à Rege iniquo decollatus fuit pro meritis, & beneficiis in Herodem collatis, quo facinore abusus creditur, vt Abulensis notauit; non solum propter Herodiadem iniquam; sed quia Pharisæi, & Sacerdotes instigarunt Regem ad eius punitionem quia asperas eis monitiones exhibebat, *Genimina viperarum eos vocando, & non adulando, imo veritatem de aduentu Messiæ prædicabat, sicut hodie confessus est, & non negauit, quod non esset Christus?*

Crudelitas Imperatoris Cay. Plin. *Authoris mens.* Marc. cap. 6. Abulens. in Matth. Luc. 3. n. 7. Ioan. c. 1.

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quomodo negauit Ioannes quod esset Elias?

QVæretur, quare Ioannes negauit quod esset Elias, cum ad Zachariam dictum sit Lucæ cap. 1. num. 2. *Ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ?*

317. Luc. cap. 1. num. 2. Origen. in Cathen. S. Thom.

1. RESPONSIO est Origenis asserentis, *Quòd cautè respondit Ioannes non sum Elias, quia vbi est fictionis vmbra prudens timet, & quia forsitan Iudæi propè finem spectabant Eliam ante Christum venturum; ideò cautè respondit, non sum. Ita Origenes.* Quasi dicat semper iusti, & Sancti aduenientia timere solent, quæ habent apparentem fictiodictionem. Vnde interrogat Ambrosius, *Quare ingressu Archangeli Gabrielis turbata est Virgo Maria, quæ cum audisset, turbata est,* inquit Lucas cap. 1. num. 2. *Nunquid turbata est, quia vidit eum in forma virili? Et in specie insueta oculis virgineis? Maximè respondet Ambrosius lib. de Virginitate, quia peregrinata est in viro, quæ non est peregrinata in Angelo.* Quasi dicat, quod timuit virgo visionem humanam, non Angelicam, quam multoties viderat, *Quia Virginalis verecundia tuta timere solet*, vt inquit Bernardus, *& iusti sicut Ioannes cautè audiunt loquentes Vafrè.*

Luc. cap. 1. n. 2. Ambrof. lib. de Virg. *Verecundia mulierū laus.* Bern.

318. Gregor. in homil. Lucæ c. 1.

2. RESPONSIO est Gregorij in homiliario asserentis, *Quod dixit Ioannes, quod non erat Elias, etiamsi Angelus dixit ad Zachariam quod venturus erat in spiritu & virtute Eliæ, quia carnaliter, non spiritualiter loquentes; quia nauseat anima eorum audiendo mysticos, & spirituales sensus. Ioannes igitur quia in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat, ideò dixit non sum Elias.* Hæc Gregorius. Vnde Albertus Magnus sic respondit Ioannes; *Quia isti non ex deuotione interrogabant, sed potius tentantes non credentes.* Quasi dicat, munda mundis dicenda, & superna, & alta sapientibus communicanda; cum prruersis autem non loquendum quia scriptum est, *Cum peruerso peruerteris.* Vnde Gregorius citatus in homiliario; *Quod autem Dominus fatetur de spiritu Eliæ, hoc Ioannes denegat de persona; quia & iustum sic erat, vt Discipulis Dominus spiritualem de Ioanne sententiam diceret, & Ioannes turbis carnalibus, non de suo spiritu, sed de corpore responderet.* Quasi dicat, cum peccatoribus obstinatis, & malitiosis, & astute semper intelligentibus, non suauiter multoties loquendum est, sed asperè, & rigidè vt ipsa asperitate, *inquit Augustinus, duritia cordis emolliatur.*

Albert Mag. apud Sylu. in Ioan. c. 1. Ps. 17. n. 27. Gregorius in homil. Augustin. de peccatorū meritis. August. in Psalm.

319. S. Bonauent.

3. RESPONSIO est Sancti Bonauenturæ, qui ait, *Æstimationem sanctimoniæ negauit dicendo, Elias non sum.* Quasi diceret, perniciosissima sunt mala, quæ prætextu sanctimoniæ fiunt. Vnde cum cognouisset Ioannes, quod non sincero, & simplici animo, sed ficto, & simulato interrogassent si erat Elias, vt prætextu sanctimoniæ, & motu virtutis responderet ad propositum suum grauiter offensus dixit celeriter, *non sum.*

330. Oleaster in Exod. c. 23. n. 6.

Interrogat Oleaster, quare Legislator Sapiens, *Moyses præcepit populo, vt pauperi non darentur honores? Præcipuè cum in iudicio, & litigando aliquam causam Pauperis, tractaretur, Pauperem non decorabis in causa sua dicitur.* Exod. cap. 23. num. 6. *Et respondet Doctor egregius ad mores; quia grauissima sunt mala, & perniciosissima, quæ prætextu pietatis, & sanctimoniæ fiunt, & qui ex suo obulum pauperi non darent, facilè iniquam ferendo sententiam tribuunt alienum.* Quasi dicat, sunt multi ita auari, & miseri ex sua facultate, quod nunquam eleemosynam pauperi porrigant, & sub prætextu, quod pauperes debent subueniri iniqua perpetrant in Senatu, vel consilio, quibus dicere possumus, *Quod manus eorum sunt Esau, etiam si vox sit Iacob* Genes. 27. num. 22. *Quorum vox suauis, & mitis est; manus vero asperas, crudeles, & ad rapinam promptas habent sub prætextu simulatæ sanctitatis, quod est duplex iniquitas, quam Præcursor fugit, dicendo, Elias non sum.*

Translat. Pagnin. in Exod. 23. *Ministri hypocritæ.* Gen. c. 27. n. 22.

331. Origen. cit. Matth. c. 16. n. 13.

4. RESPONSIO est Origenis citati in littera qui ait, *Mirabile quidem est, sicut in Saluatore pluribus scientibus ex Maria natiuitatem eius*

eius quidam fallebantur putantes eum Ioannem Baptistam vel Eliam, aut aliquem Prophetarum. Sic & in Ioanne quosdam ortus eius ex Zacharia non latebat, & quidam dubitabant, si forsitan, qui expectabatur Elias apparuit in Ioanne. Quasi dicat expectabant Iudæi Prophetam à Moyse prædictum medium, qui staret inter Deum, & hominem, & istum secundum Scripturas desiderabant, & Præcursorem Eliam expectabant, & ad tollendam eius ignorantiam crassam. Respondit, non sum Elias. *Vnde Tertullianus, honores abigendos à viris perfectis aduertit maximè qui sub titulo spirituali offeruntur.*

Ignorantia crassa non excusat. Deut.c.18. n.18. *Sancti Viri fastigium honorum fugiūt.*

332. Vnde Affricanus interrogat, *Quare Daniel permisit talibus honoribus subleuari à Rege Nabuchudonosor propter scientiam infusam quam Deus circa somnium Regis Danielis contulit, qui iubente Rege indutus est purpura?* Daniel 6. num. 8. *Nimquid vt suggestus ille Sacerdotiis, aut aliquibus idolorum officiis adstringeretur?* Ac si dicat, *tali honore, & purpura Regia vestitus, scandalum dedit Daniel vanitatis cum Sacerdotalibus vestibus idolorum indutus videbitur?* Et respondet: *Minimè nam si ita esset, vtique tantæ sanctitatis, & constantiæ vir statim habitus inquinatos recusasset.* Quia Sancti, (quasi dicat,) recusant vestigia, & insignia indebiti honoris, & à se festinanter expellunt, sicut Præcursor nos docet, qui cum spiritu Eliæ esset suffultus; quia intendebant Iudæi, quod erat Præcursor Elias qui venturus expectabatur à Iudæis celeriter respondit, *Elias non sum.*

Tertullian. lib. de idol. cit. in gloss. Dan.c.6.n.8. *Honores fugiendos.* Tertul. test. Tertull. cit. Ioan.c.1.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quid significant verba, Quis ergo es tu &c.

333. Qværitur, quare Legati missi à Senatoribus Iudæorum tam impatienter loquuntur ad Ioannem. *Quis ergo es? Vt respondemus his qui miserunt nos?*

1. Responsio sit Chrysostomi citati in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Quod Ioannes mitis respondebat vehementer insistentibus; quia scriptum est, responsio mollis frangit iram, & vt patientia, & mansuetudine confunderet eos, quia nil Persecutorem ita superat, quam patientis alacritas*, vt Nazianzenus ait, & qui non patienter sustinet inflatos, & iracundos ipsam virtutem patientiæ vulnerat secundum axioma Tertulliani lib. de patientia; *Patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Ac si dicat Petrus auriculam Malchi scindit; sed cor Domini Iesu vulnerauit, quia patientia petiuit in Apostolo. Vnde Chrysostomus citatus: *Vides hic vehementius insistentes, & interrogantes (scilicet legatos) Ioannem autem cum mansuetudine eas, quæ non erant veræ suspitiones destruentem, & eam, quæ est vera ponenentem, vnde sequitur ego vox clamantis.*

Chrysost. in caten. S.Thom. Nazianz. Tertull. lib. de patient. Chrysost. citat.

334. 2. Responsio sit Oleastri, *Quia Legati*

Oleaster in Exod.13.

Franc. Rojas in Euang. Tom. I.

dentibus stridebant cogitando se illusos, & inanes redire à quibus missi fuerunt, & timentes illis displicere iudicium proprium, quod de Ioanne perceperant in crimen transibant alienum. Interrogat Sanctus Leo, quare Pilatus, qui protector innocentiæ Christi fuit voce alta proclamans, *Quid enim mali fecit.* Et iterum *nullam causam inuenio in homine isto.* Quare igitur tam cito mutauit sententiam tradens *Christum voluntati eorum?* Et respondet; *Quia clamoribus Sacerdotum, & Principum permotus, reliquit iudicium proprium, & in crimen transiuit alienum. Ita vt Iudex non auderet absoluere, quem omnes cupiebant damnare.* Eodem modo legati Sacerdotes, & Leuitæ, qui viso, & audito Ioanne magnalia de sua sanctitate perceperant, iudicium istud proprium in crimen superiorum transierunt, & non audebant Hierosolymas reuertere, nisi conformes voluntatibus Iudæorum, & sic insistebant dicentes, *Si non es Elias, neque Propheta, quis es, vt responsum demus, &c.*

D.Leo hom de Passione. Matth. 27. n.23. Luc.c.23. n.14. Lucæ.23. n.23. *Iudices placere volunt impiis maioribus.*

335. 3. Responsio colligitur ex Ambrosio qui ait, *Docet nos Ioannes, ne quis retorqueat contumelias, quas patitur, sed vocibus, & gemitibus in Deum clamitet*, vt victor & vltor remaneat; audit enim (inquit Ambrosius,) alterius, non suum crimen, quod si referat suum facit. Quasi dicat, qui ad Deum clamat cum iniurias audit, gemitibus allicit Deum in suam tutelam, & auxilium, quia scriptum est, *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.* Psalm. 11. num. 6. Ideò Ioannes ad adulationes, & fictiones, & tandem ad comminatoria verba legationis dicentium, *Si non est Elias, neque Propheta; quis est?* Et iterum. *Quid ergo baptizas, Ioannes ait, Ego vox clamantis in desertum.* Quasi diceret, *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Psalm. 119. num. 1.

Ambrof. in Ps.11.n.6. *Clamores sine mixtione odij inimicorū audit Deus.* Ps.11.n 6. Ioan.c.1. Psal.119. num.1.

336. Vnde Chrysostomus in Psalm. 11. num. 6. *Bonum eorum animum Deus reueretur, quando mala patientes nullum malum verbum proferunt; solum autem gemunt, & sua mala deplorant. Eodem modo Diuus Paulus, cum ex Festo Consule contumeliam audiret.* Actor. 6. num. 24. *Et dicente, insanis Paule, multæ te litteræ ad in insaniam conuertunt.* Et respondens Paulus ait, num. 24. *cum multa mansuetudine, non insanio optime Feste, appellando optimum à quo dictus fuerat insanus, mentis suæ sanitatem confirmauit.* Dixit acutè Mendoça in libr. Reg. cap. 1. num. 15. *Vnde quando mulierem illam Chananæam opprobriis & contumeliiis caninis Dominus mortificabat, illa exclamans dixit, etiam Domine: nam & catelli comedunt de micis quæ cadunt de mensa Dominorum suorum.* Matth. 15. num. 27. vbi Chrysostomus homil. 53. in Matth. *Dominum appellat à quo canis dicebatur, quæ humilitate probauit se deinde non canibus annumerandam, sed inter filios recensendam.* Propter quod dicit Origenes citatus, & Chrysostomus in Cathena Sancti Thomæ, *Quod Ioannes vehementer insistentibus, & interrogantibus cum mansuetudine responsum dedit dicens, ego vox clamantis in deserto*, & Augustinus citatus in littera. Isaias hæc dixit cap. 30. *Et in Ioanne completa*

Chrysf. in Ps.11.n 6. Act 6.n.24. & 25. Mend. in lib. Reg. c. 1. n.15. Matth.c.15. n 27. Chrysost. homil.53. in Matth. Origen. Chrysost. in catena S.Thom. Augustin. cit. Isai c.30.

completa sint. Quasi dicat, mirabilia Dei in eo adimpleta sunt, in quo talis mansuetudo reperitur, & Gregorius in Catena, *Scitis autem, quod vnigenitum filium verbum Patris vocatus. Ex ipsa autem nostra loquutione cognoscimus, quia prius vox sonat vt verbum possit audiri; Ioannes autem vocem se esse asserit; quia Verbum precedit, & per eius ministerium Patris Verbum ab hominibus auditur.* Quasi dicat tali honore, & gloria dignus est, qui cum esset maior inter natos mulierum cum tanta mansuetudine, & humilitate respondit, quando insistunt, & vehementer eum confundere legati conantur, qui missi fuerant, vt interrogarent, & torquerent eum vt diceret, quod non erat, & ipse dixit, quod tantum eius vox erat.

Gregorius in catena

Mansuetudo est inter iudices necessaria.

Authoris expositio.

Mãsueti haredes huius & futuri saeculi.

DIFFICVLTAS XIII. ad mores.

Quæ vox est ista; quæ clamat in deserto?

337. QVæritur, quare dicit Præcursor, *Quod est vox clamans in deserto?*

1. Responsio sit Origenis in Catena: *Clamat enim vt, distantes auditu percipiant, & grauem habentes auditum sentiant immensitatem eorum quæ dicuntur.* Quasi dicat, clamat alta voce Ioannes: veh illis, qui aures habent, & non audiunt, vt intelligant, & audiant immensitatem eorum quæ prædicantur; quia sunt multi, qui verba Dei sic præsentes audiunt quasi essent procul, & in deserto: nam per auditum intrant, sed non penetrant immensitatem mysterij; sed per alteram aurem transire videmus. Alij sunt qui voces audiunt, sed surdescunt clamoribus & necessitatibus pauperum, & vt Hispano loquar adagio: *Hombres que se hazen sordos, y no ay peor sordo, que el que no quiere oyr*, de quibus Chrysologus eleganter serm. de orat. *Auditum Dei non aperit sibi, qui suam supplicanti clausit auditum.* Ac si dicat, nunquam Deus gemitus, & clamores diuitum audit, si pauperibus clamantibus non subueniunt.

Origen. in Catena S. Thom.

Hispanica Phrasis No ay peor sordo que el que no quiere oyr.

Chrysolog. ser. de orat.

Pauperes subueniendi.

338. Interrogat Oleaster, quare Moyses præcepit, *Vt terra non seminaretur, sed vacua relinqueretur vno anno.* Exod. 23. num. 11. *Septimo anno relinques eam? Et respondet, iustis pauperum querelis voluit pius pater occurrere, quibus incessanter conqueruntur. Cur, inquiunt, isti, (id est diuites,) abundant panibus; ego autem hic fame pereo? Non est me iustior, neque sanctior, & tamen melius cum eo quam mecum agitur, ideò cuncta quoque septimo anno communia esse voluit, vt illo anno dicere possit Pauper, mea sunt omnia diuitum bona.* Ac si diceret, discant vno anno diuites voces in deserto dare anxietate, & angustia afflicti, & quærant pauperes, & ab eis petant dicentes, *Succurrite nobis, quia perimus, & sciant diuites, quoniam homines sunt*, & quid est clamare, & non exaudiri, & tunc immensitatem vocis Ioannis clamantis in deserto audient.

Oleaster in in Exod. c. 23. n. 11.

Luc. 13. n. 17

Pauperes in memoria Dei sunt.

339. 2. Responsio sit Theodoreti, qui ait: *Ioannes est vox clamantis, qui veritatem manifestat clarè; omnes enim, qui in lege erant obscurè loquebantur.* Hæc Sanctus in Catena Sancti Thomæ. Quasi dicat, qui carent spiritu & zelo diuino, summissa voce reprehendunt peccatores. Vnde Rupertus, *Peccatores increpandi sunt non solum vocibus, sed actionibus, & oculis tremendis, quia scriptum est*, in Apocalypsi c. 2. n. 18. *qui habet oculos tanquam flammam ignis.* Vnde Sanctus Petrus Damianus lib. 6. epist. 17. *Si vis vocem habere, vel in prædicationibus intonantem, vel in orationibus efficacem, satage semper, vt te diuinus feruor accendat, ne vocem tuam torpor frigoris intercipiat.* Quasi dicat Sanctus, quod frigidæ mentis oratio, vel prædicatio vilipenditur, & tanquam vox rauciens non auditur, & huiusmodi Prælati, vel Prædicatores repelluntur in Apocalypsi, dum Episcopo tepido, & negligenti in suo officio dicitur, *Vtinam calidus, aut frigidus esses.* Apocal. 3. num. 15. Ac si dicatur, *Incipiam te euomere de ore meo, & à me separari, quia nescis clamare, & alta voce prædicare peccatoribus, qui* vt Bernardus ait, *vehementer increpandi sunt.*

Theodor. in Catena S. Thom.

Rupert. lib. 2. in Apoc. n. 18.

S. Petr. Dam. lib. 6. ep. 17.

Omissiones Prælatorum odit Deus. Apoc. 3. n. 15

Bern. cit.

3. Responsio sit Gregorij Magni in Catena qui ait, *In deserto Ioannes clamat, quia derelictæ, ac destitutæ Iudææ solatium redemptoris annunciat.* Quasi dicat, *Vox ista Ioannis eadem pronunciat, ac Verbum diuinum, cum laborantes inuitat ad requiem, dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Vnde Bernard. serm. 59. in Cantic. *Dabis voci tuæ vocem virtutis. Si quod suades, prius tibi cognoueris persuasisse.* Ac si dicat, ô tu Prædicator, qui vocem virtutis prædicas, vt animæ derelictæ, & vt afflictæ solatium præstes, tu quoque quiesce prius, & cogita quomodo, *Si furaris, non furandum prædicabis?* Cognosce in te id fecisse quod prædicas ad faciendum. Et sic vox tua non erit in deserto clamitans, sed in cordibus. Vnde Origenes in Catena: *Opus autem vocis in deserto clamantis est, vt anima adeò destituta ad rectam faciendam viam Domini reuocetur, nequaquam prauitatem serpentini gressus prosequendo.* Ac si dicat, tunc vox reboat quasi *Echo*, qui repetit vocem clamantis in petris concauis, quando opus & verba non perduntur, sed penetrabiliter ad cor diriguntur. Vnde Gregorius. *Via Domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur.* Et addit, *Via domini ad cor dirigitur, cum ad præceptum diuinum vita præparatur.* 340.

Gregor. in Catena.

Matth. 11.

Bern. ser. 59. in Cantic.

Origen. in Catena.

Prædicator operator.

Echo quid sit

Gregor. cit.

4. Responsio sit Bernardi, qui ait, *Quod erat vox clamans in deserto Ioannes, quia non sibi plausum, sed planctum peccatoribus clamabat, vt viam Domini præpararent, & semitas eius rectas facerent.* Quasi dicat verba Doctorum, & Prædicatorum sapientum, qui non sunt *Quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi inutilia sunt*, quia culta, & critica verba euanescunt, *& sunt quasi acetum in nitro, cum qui cantat carmina cordi pessimo*. Prouerb. 25. num. 20. dicitur, *Quod nitrum aceto delibutum amittit omnem vim ad lauandum, quam alioqui habet efficacissimam*, vt patet Ierem. 2. num. 22. *Si lauaueris te nitro, nec expurgare vestes, sed maculare.* Ita Prædicatores culta, & critica Rhetorica loquentes; carmina canunt, non lauant peccatores, nec auditorium expiant, sed potius maculant vanis plausis, & censuris poëticis 341.

Bernard.

Eccl. 12. n. 11.

Prouerb. 25. n. 20.

Ier. 2. n. 22.

sermones

sermones iudicando : nam vox clamantis, sicut Præcursor clamabat corda solum parabat ; & fulgura in pluuiam conuertebat, *Pœnitentiam prædicando* Psalm. 134. num. 7. Ac si diceret, quemadmodum post tonitrua, & fulgura pluuiæ cadent ; ita post voces Ioannis lachrymæ pœnitentiæ subsequebantur ; & sic vias Domini faciebat rectas.

Prædicatores culti & curiosi fallaces. Psl.134.n.7.

342. De cuius voce dicitur, *Vox turturis audita est in terra nostra.* Cantic. 2. num. 12. Quia non dulciter, & blandè in deserto clamabat ad pœnitentiam, sed lachrymis ac gemitibus inenarrabilibus inuitabat ad Deum. Vnde vocem Præcursoris audiendo, Bernardus dicebat serm. 57. in Cantic. *Illius Doctoris libenter audio vocem, qui non sibi plausum, sed mihi planctum moueat.* Et addit, *Si persuadere ad pœnitentiam vis, id magis declamando studeas.* Ac si dicat, via Domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo clamando, & lamentando prædicatur, & humiliter, & auidè ab hominibus auditur.

Cant.2.n.12. Bern.ser.57. in Cant.

343. 5. RESPONSIO sit Ruperti Abbatis *Sicut enim ad hoc fit vox, vt verbum audiatur; Sic ego factus, vel natus sum, vt per ministerium meum Christus qui est incarnatum Verbum Patris præsens agnoscatur.* Hæc Rupertus in Ioann. cap. 1. lib. 1. Quasi dicat, si vox alicuius Doctissimi hominis tantum æstimatur, sicut si eadem persona appareret, nullum vestigium excusationis vobis relinquitur ad hoc vt sine pœnitentia ex hac vita discedatis; quia vox & verbum Patris idem proclamamus. Et addit Rupertus : *Cum ecce ego tantus sim, vt de me quoque sit prophetatum, & homines me suspicati sunt ipsum, quem expectatis esse Christum, dignum est vt credatis mihi, cum vobis ostendo Christum.* Quasi diceret Hispanica phrasi : *Al ciego el Sol le sirve de velo*, quia incorrigibili, & obcæcato in suo peccato frustra prædicatur, si internas aures claudit ad voces, & inspirationes diuinas, & si vos nec voci meæ, neque Christo credatis, veluti cæci eritis, quia ille est, *Lux vera, quæ venit illuminare mundum, Ego lucerna eius sum qui ante ipsum præcedo parare viam eius.*

Ruper.Abb. in Ioan.c.1. *Vox & Verbum idem clamant.* Rup.idem. Hispanica locutio. *Qui prædicatores contemnit & Christum.*

TRACTATVS XI.

In Caput. I. Ioannis ad litteram.

TEXTVS.

23. ET qui missi fuerunt erant ex Pharisæis. 24. Et interrogauerunt, & dixerunt ei. 25. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta. 26. Et respondit eis Ioannes dicens, ego baptizo in aqua ; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. 27. Ipse est qui post me venturus, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. 28. Hæc in Bethania facta sunt trans-Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

EXPOSITIO TEXTVS.

344. SEcundum opinionem Origenis denuò venisse Pharisæos ad istam interrogationem vel reprehensionem tenent aliqui. Sed verum est, quòd isti, quos modo Euangelista nominat Pharisæos, diuersi erant in Religione, & fidei opinione Sadducæorum: nam Pharisæia erat nomen sectæ nouæ, & apud Iudæos multum valebant gratia & auctoritate. Sed Sadducæi erant genus hominum, qui prætextu scientiæ, & intelligentiæ legis paruulos, & indoctos necnon & Principes, & relaxatos fallebant, quem admodum modo Caluinistæ, vel Lutherani Hæretici, qui portas vitiis aperiunt, & carnalitates, & inobedientias Ecclesiæ prædicant, & alia appetitus causa solum. Vnde Epiphanius sequutus Iosephum de antiquitate, *Pharisæos istos vocat expositos oculis hominum, id est, conspicuos, illustres sanctimonia causa; cum intrinsecus essent lupi rapaces* ; dilatabant enim philacteria sua, & amabant salutationes in foro, de quibus Christus ait, *Super Cathedram Moysis, sederunt scribæ & Pharisæi.* Matth. 23. num. 2.

Origen.in Catena. *Hæretici portas vitiis aperiunt.* Epiphan. Ioseph de Antiquit. Matth.23. n.2.

345. Vnde Hieronymus in Matth. cap. 25. & Epiphanius hæresi 14. Sadducæos asserunt quod denominantur ab isto nomine Hebræo *Tsedek, id est, iustitia, quia tanquam iusti homines habebantur.* Pharisæi erãt quasi Catholici Christiani, Sadducæi quasi nouam religionem hæreticam sequentes. Vnde & Maldonatus in Matth cap. 3. Lutheranis, & Caluinistis similes facit superbos seditiosos, Principum gratiam captantes, incredulósque ; quia neque in resurrectione, neque animarum immortalitate credebant, neque aliud quidquam, quod non sensu, aut ratione manifesta comprobaretur : neque scripturis credebant, sed solum *Pentateuchum tanquam à Deo dictatum recipiebant* ; cæteros verò homines fuisse, erraréque potuisse.

Hieron.in Matth.c 25. Epiph.hæres.14. Maldon.in Matth.c 3.

346. *Pharisaeus quis dicebatur.* Vnde cum nomen hoc Pharisæus sectæ latæ nomen erat ex omnī tribu, ex omni officio, ex omni hominum conditione nominabantur siue Sacerdotes, siue Leuitæ essent, quicumque eam doctrinam, quam Pharisæi sectabantur magis probabat, Pharisæus erat.

347. Vnde patet Responsio ad quæsitum & motiuum verborum præsentium, quomodo Pharisæi nominantur modo, quos antea Euangelista Leuitas & Sacerdotes vocauerat? *Quia primo de sola dignitate Personarum agebatur; nunc autem de haeresi Pharisaeorum incipit tractatus, id est, de doctrina, & de Baptismo, quo Ioannes vtebatur, quasi res noua contra traditiones & legem, quam ipsi gloriabantur quasi rapidi obseruatores.* Vnde interrogarunt quasi Magistri & Doctores, *Quid ergo baptizas*, si non es Elias, neque Christus. (Maldonatus citatus.)

348. Ex quo patet quod Rupertus & Beda in Ioannem cap. 1. insinuant Pharisæos istos *morbo inuidiae laborare*. Vnde Abulensis istos Pharisæos diuisos vocat, quia tanquam hypocritæ separabantur ab aliis. Vnde aduertit Chrysostomus, Rupertus, & Caietanus in Euang. cap. 1. Ioannis *à se interrogatos esse, cur baptizabat Ioannes, non à quibus missi fuerant.* Et Theophilactus aduertit, *Quod isti erant homines bifrontes, & callidi. Et ideo astute interrogarunt, primo Quis es tu? Deinde es Elias. Tertio es Propheta?* Vt illum in aliquo caperent, & occasionem haberent, si extolleretur accusandi illum vltimo ex se, quasi Pharisæi, vt Euangelista narrat liuorem ostendunt dicendo, Quid ergo baptizas? Vnde Ioannes si primo mitem se ostendit, modo vocat *eos genimina viperarum*, & asperis verbis increpat illos, vt patebit in expositione litteræ. (Rupertus. Beda. Abulensis. Chrysost. Rupert. Caietan. in Ioan. c. 1. Theophil.)

TRANSLATIONES diuersæ super textum.

Vulgata editio.	1.	Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis.
Translatio Hebraea.	2.	Et qui missi erant Phaduchim, id est, expositi, aut separati.
Epiphanij lib. 1. Pan.	3.	Et qui missi fuerant erant conspicui & illustres.
Abulensis q. 59. in Matthaei c. 3.	4.	Et qui missi erant, & sicut genimina viperarum.
Maldonatus in Euang. c. 1. Ioannis.	5.	Et qui missi fuerant erant similes Lutheranis, & Caluinistis.
Translatio Syriaca.	6.	Illi autem qui missi fuerant Pharisæi erant.
Translatio Vatabli.	7.	Et qui missi erant ex Pharisæis erant.
Rupertus in cap. 1. Ioannis.	8.	Et qui missi erant, erant ex eis qui non Dei, sed suam quærebant gloriam.
Caietanus.	9.	Erant ex secta Pharisæorum.
Chrysostomus in cat. Sancti Thomae.	10.	Ipsi iidem Sacerdotes & Leuitæ ex Pharisæis erant.

DIFFICVLTAS I.

Quare dicat Euangelista, & qui missi fuerant erant ex Pharisæis.

Quæretur, quomodo isti Legati modo vocantur Pharisæi, cum antea Sacerdotes & Leuitæ nominantur. 349.

1. Responsio Origenis in cathena Sancti Thomæ, *Quia iuxta Sacerdotalem & Leuiticam personam est prolatum illud, tu quis es? nihil enim arrogans, vel proteruum in eorum quaestione continetur. Sed Pharisai secundum suum nomen diuisi, & importuni ex discordia contumeliosas voces praetendunt Baptistae.* Quasi dicat, legati duplicem personam agebant, quia erant bifrontes, vnam Sacerdotalem, Pharisæam alteram, secundum primam grauiter, & modestè interrogarunt, *tu quis es?* Secundum Pharisaicam & proprium motiuum arroganter & superbiendo dixerunt: quid ergo baptizas si non es Elias, neque Christus. (Origen. in cat. S. Thom. — *Bifrontes erant legati missi.*)

2. Responsio est Ruperti in Ioannem lib. 1. cap. 1. *Erant qui missi fuerant ex Pharisaeis videlicet ex his, qui non Dei, sed suam quaerebant gloriam, qui clauem scientiae tulerant & nec ipsi introibant, nec alios intrare sinebant.* Ac si dicat: erant Pharisæi quasi canis hortulani, qui neque vescitur legumina, neque edere permittit, imo latrando prohibet. Sic Pharisæi neque ad baptismum pœnitentiæ veniebant, & alios venire prohibebant propter quod Ioanni dicunt, quid ergo baptizas? 350. (Rupertus Abb. in Ioan. c. 1. l. 1. — *Impij alios prouocant ad peccandum.*)

3. Responsio Alberti Magni in Matth. cap. 3. *Quod qui venerant, erant ex Pharisaeis simulatores, & calumniatores, & coacti venerunt quia indignationem totius populi, & totius multitudinis gentium sustinuissent, si non venissent ad Baptismum Ioannis.* Quasi dicat, quod erat tanta, & admirabilis fama sanctitatis Ioannis, quod qui non erat eius deuotus, timeret lapidari à multitudine copiosa plebis, & sic venerunt prætextu legationis, & cito venenum euomuerūt dicentes, *quare ergo baptizas?* 351. (Albert. Magn. in Matth. c. 3. — *Prodigiosa praecessoris laus.* — Ioan. cap. 1.)

Vnde Origenes citatus ait, *Nescio quo pacto proni ad Baptismum venerunt ad Ioannem.* Et addit: *Huius autem solutio est, quia Pharisaei non credentes accedunt ad Baptisma, sed ex hypocrisi cum timerent populum.* Quasi dicat, semper est periculosum, & timore dignum non habere singularem deuotionem cum Ioanne si non amore, taltem ex timore, vt adimpleatur quod dictum est, *multi in natiuitate eius gaudebunt*, id est, deuoti, 352. (Origen. cit. — *Admirabilis Ioannis Baptistae excellentia.* — Lucæ 1. n. 14.)

deuoti, & amici, & omnes timebunt, id est, Pharisæi, qui timore multitudinis venerunt ad Ioannem.

353. Amonius in cath. Græca. 4. RESPONSIO est Amonij in cathena Græca, qui ait, *Phariseos istos enutritos fuisse traditione quadam, quod Baptismus spectabat ad Christum, aut Prophetas, & cum audissent à Ioanne, quod neutrum erat, dixerunt, quasi reprehendendo, quid ergo baptizas?* Vnde S. Thomas: Ioan. sc. 1. S. Thom. cit. *Fecerunt hanc interrogationem quia erant ex Phariseis, quibus eorum Religiositas ausum præbebat.* Ignobiles in sæculo in dignitatibus sunt elati. Ac si dicat, multi Religionis causa audaces ita fiunt quasi essent nobilissimi Domini, qui in sæculo caupones, aut filij Calceamentatorum & Sartorum sunt. Sed hoc ad mores postea.

354. S. Gregor. in cat. S. Thom. Conditio iustorum. 5. RESPONSIO est Sancti Gregorij qui ait, *Quod peruersa mente Pharisæi & quasi volentes auctoritate propria terrere Ioannem; ideo dixerunt, quare ausus est baptizare? Sed Sanctus quisque,* inquit Gregorius, *etiam cum peruersa & audaci mente requiritur bonitatis suæ studium, non mutatur.* Idem Greg.

355. Caietan. in Euang. c. 1. Ioan. Nouæ opiniones fugiendæ. 6. RESPONSIO est Caietani in cap. 1. Ioannis, qui ait, *Tantum propriæ scientiæ, & authoritate erant freti, vt decernere nitebantur non licere baptizare Ioannem.* Quasi dicat, erant classici Doctores, & opinionem nouam introducere conabantur, & rigidas censuras præstabant, imo reprehendebant Baptistam contra dictamen eorum Spiritui sancto obedientem.

356. Euthym. 7. RESPONSIO est Euthymij, *Qui Pharisæis ex curiositate subtilem istam interrogationem tribuit.* Vnde hæc opinio non displicet Maldonar. in c. 1. Ioan. Maldonato, & confirmat eam proprietatibus hæreticorum nostri temporis, qui omnes curiositatis gratia quæstiones inutiles, & superbas cogitant, vt paruulis, & vitio deditis placeant.

DIFFICVLTAS II.

Vtrum Baptismus Ioannis fuerit conueniens, sicut isti interrogant, quid ergo baptizas?

357. QVæretur, quomodo Baptismus Ioannes fuit conueniens, siquidem solum missus est, vt Ioan. c. 1. testimonium perhiberet de Christo Ioan. cap. 1. Lucæ c. 1. & Lucæ cap. 1. dicitur, *Tu puer Propheta altissimi vocaberis.* Item quia Prophetæ qui fuerunt ante Ioannem *nunquam introduxerunt aliquem nouum ritum præter illa, quæ erant in lege Moysi, ergo superfluus erat Baptismus, & introduci non debuit?*

Abul. q. 36. in Matth. 1. RESPONSIO est Abulensis quæst. 36. in Matth. cap. 3. qui ait, *Quod fuit valde conueniens Baptismus Ioannis ad ostendendum* Ioan. c. 1. n. 31. *Christum;* Sic enim ipse dixit Ioan. cap. 1. *Ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israël; propterea veni ego in aqua baptizans* Quasi dicat, conueniens fuit introducere aliquem nouum ritum nunquam visum, neque auditum, & tam per admirabilem personam, sicut Ioannes vt omnes gentes fluerent ad eum, & ille disponeret eos ad altiora quærenda.

358. Aug. apud Abul. q. 36. 2. RESPONSIO est Augustini, citati in q. 36. Abulensis, qui ait, *Conueniens fuit, quod Ioannes baptizaret, vt possit ab eo Iesus baptizari, & sic in se ipso Christus Baptismum consecrare, scilicet, sanctificando aquam in qua baptizabatur.* Ac si dicat Baptismus Ioannis conueniebat quasi disponens animas ad verum & Sacramentalem Baptismum gratiam conferentem ex contactu diuino Baptismatis Iesu. Baptismus Ioannis disponebat ad Christum.

359. S. Gregor. in hom. 3. RESPONSIO est Gregorij in homilia quadam qui ait, *Baptismus Ioannis conueniens fuit, quia assuefaciebat homines ad Baptismum Christi, quia sicut ad doctrinam Christi præcessit doctrina Ioannis; ita ad Baptismum Christi præcessit Baptismus Ioannis.* Quasi dicat, quia scriptum erat Lucæ cap. 1. n. 18. *Quod Ioannes venit in mundum, vt pararet Domino plebem perfectam.* Lucæ c. 1. n. 18. Conueniens fuit præparare gentes Baptismo Ioannis, vt postea remanerent perfecti baptismo gratiam exhibenti.

360. Beda citatus supra. 4. RESPONSIO est Bedæ dicentis, *Quod quantum catechismus nondum baptizatis prodest Christi doctrinæ; tantum profuit baptismus Ioannis ante Baptismum Christi.* Quasi diceret, quod Ioannes prædicabat pœnitentiam & baptismum Christi, sicut ministri Ecclesiæ Catechumenos disponunt per pœnitentiam, & actum contritionis, & postea præstant illis Baptismum gratiæ plenum. Cathecumeni qui sunt.

361. Abul. q. 38. in Matth. c. 3. 5. RESPONSIO fit Abulensis q. 38. in Matth. 3. qui ait, *Quod Ioannes fuit insignis inuentor Baptismi:* nam etiam si Marci 7. n. 4. dicatur, *Quod Pharisæi, cum à fore venirent, non comedunt, nisi lauentur, & item exercebantur multa Baptismata ante Ioannem, vt Baptismata Calicum & Vrceorum, & æramentorum, & lectorum. At vero Baptismus Ioannis non solum abluebat corpus, sed ad gratiam disponebat, & ad castimoniam iustitiamque seruandam, & pietatem colendam instruebat.* Marci 7. n. 4. Ibi n. 5. Et hoc modo inquit Augustinus citatus in Abulensi, *Nulli præcedentium Prophetarum datum fuit nisi soli Ioanni & sic cætera Baptismata Pharisæorum erant solum materialia, & ab hominibus composita; Baptismus autem Ioannis fuit de cœlo missus & ad spiritualia prouocans.* August. ab Abulens.

362. Chrysost. in Ioan. c. 1. 6. RESPONSIO est Chrysostomi in Ioan. cap. 1. qui ait, *Quod Baptismus Ioannis fuit necessarius; quia Ioannes non solum ostendebat populis Iesum esse Messiam, sed annuntiabat singulis de Christo dum baptizando per singulos discurrisset; quia si solum prædicaret non esset opportunitas ad singulos annuntiandum de Iesu.* Quasi dicat, prædicando loquitur ad omnes in communi; Baptizatos vero aduertebat, & quasi confitendo fidem instruebat sigillatim de veritate Messiæ & ad aures dicebat eis, *Attendite quod Iesus stat, & habitat inter vos, & ipse est Verbum incarnatum,* & hoc est quod Euangelista cap. 1. num. 8. ait, *Ioannes testimonium perhibet de luce.* Prædicatores in communi loquuntur, Confessores in particulari. Ioan. c. 1. n. 8.

363. Auctoris mens. 7. RESPONSIO, quam ego semper perscrutatus sum, est, quia non solum Ioannes annuntiabat Iudæis sigillatim de Christo, sed etiam per formam ipsius Baptismi, quem Iudæi fructuosum credebant, ostendebat eis Messiam quia forma Baptismi erat, *Ego te baptizo in nomine venturi Messia.* Et de hoc probatur manifeste; quia Paulus ait, Actorum 19. n. 4. *Quod Ioannes baptizauit in nomine eius qui venturus erat.* Ex quo ad quæsitum in difficultate respondeo quod Baptismus Ioannis conueniens fuit ad ostendendum Christum. Act. c. 19. n. 4. Auctoris mens.

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS III.

Quare Ioannes respondit; Ego baptizo in aqua?

364. Quæritur, si fortè vocatur Ioannes Baptista solùm quia in aqua baptizauit?

Abulensis q.28.

Et sit prima Responsio Abulensis q.28. *Quod ante Ioannem, nullus baptizauit in aqua. Sed ipse primus introduxit, vt dictum est supra, & propterea vocatur Ioannes Baptista. Sic enim eum Dominus vocauit*, vt Euangelista Ioann. cap. 11. scribit. Vnde Ioseph lib.8. antiquit. dicit, *Quod à quibusdam Iudæorum credebatur periisse exercitium Herodis per mortem Ioannis qui vocabatur Baptista.* Quasi diceret, Herodes punitus fuit à Deo in præsenti vita, & in futuro sæculo, quia occidit Ioannem, qui præcipiebat Iudæis virtuti operam dare, iustitiamque colere.

Ioan. cap. 11. Ioseph. l.8. antiquit.

365. 2. Responsio Glossæ, quæ ait: *Baptizabat Ioannes aqua Iordanis, vt ibi aperiretur ianua Regni cælestis, vbi datus est aditus filiis Israel terram promissionis intrandi.* Quasi dicat, sicut omnia mysteria Redemptoris fuerunt in veteri testamento multis figuris, & vmbris reuelata Prophetis, vt in Rubo Exod 3.n.2. *In manna, in rore velleris, in transitu Iordanis, in maxilla Sampsonis, in lacu leonum, in camino ignis ardentis in se tres pueros continenti sine læsione*, & in aliis plurimis vmbris. Sic Baptismus Christi gratiam exhibens figurabatur baptismo Ioannis aqua homines tingenti.

Gloss. ordin. Exod. c.3. n.2. Deut 3.n.13. Num.11.n.9. Iosue 1.n.2. Iudic. 15. n.16. Dan.6.n.7. Dan.3.n.17. Humiles qui baptizati sunt.

366. 3. Responsio est Iuliani, quem citat Abulensis q.39. in cap.3. Matth. qui ait, *Quod de ripis Iordanis descendebat aqua, & ibi baptizabat Ioannes; quia Baptismus interpretatur descensio aquarum, quia qui baptizabantur de superbia vitæ ad humilitatem veræ confessionis descendebant*, sed totum hoc mysticè intelligendum est, vel ad mores, de quo postea.

Iulian. citat. in Abulens. quæst 39. in Matth. c.3. Mysticus sensus.

367. 4. Responsio est Caietani, qui ait, quod Ioannes dixit, *Ego baptizo aqua, vt profiteretur Baptismum suum esse imperfectum, vt pote in aqua solum. ac per hoc non vsurpare sibi aliquid indecens, seu supra vires.* Quasi diceret, Baptismus institutus fuit à Ioanne antequam Christus inciperet prædicare, vt patet Ioan.4.& 5. Et Christus instituit Sacramentum Baptismi gratiam operantis perfectè. Ergo Baptismus Ioannis imperfectè operabatur, & ideo dicit ego baptizo in aqua sine aliquo additamento.

Caietan. in Euang. c.1. Ioan. Ioan.4.& 5.

368. 5. Responsio sit Hugonis de Sancto Victore dicentis, *Quod Ioannes baptizabat in aqua, quia erat Baptismus eius Sacramentum non dans gratiam, sed erat quædam inchoatio Sacramentorum noui testamenti, id est erat Sacramentum veteris testamenti, & noua legis, sicut dispositio ad formam.* Quia vt inquit Hugo citatus apud Abulensem q.40. in cap.3. Matth. *In Ioanne aliquo modo cœpit tempus gratiæ quia lex & Prophetæ fuerunt, vsque ad Ioannem vt patet ex c.11. Ioannis, id est, vsque ad Ioannem lex & Prophetæ fuerunt de Messia. Et ex tunc cœpit regnum Dei, id est, status noui testamenti, qui status vocatur regnum Dei, vel status Regni cælorum.* Et sic in Ioanne cœpit tempus gratiæ, sed quia ipse immediatè ad datorem gratiæ cœpit præparare viam aqua Baptismi baptizando, dicitur isto modo quo fuit Baptismus Sacramentum inchoatiuè promittendo gratiam Christi. Vnde translatio Vatabli ait, *Ego baptizo in aqua, sed in medio vestrum stat, qui dat gratiam*, vel vt translatio Syriaca; *Inter vos stat, qui plenè dabit gratiam.*

Hugo de S. Victore. Baptismus Ioannis quomodo operabatur. Hugo apud Abul. q.40. in cap 3. Matth. Ioan. c.11. Translat. Vatabli. Translat. Syriac.

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo intelligantur verba; Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis?

Quæritur, quomodo Iesus in medio populorum stetit, maximè cum translatio Vatabli dicat, *Medius autem vestrum stat.* 369.

Translat. Vatabli.

1. Responsio sit Ruperti lib.1. in Ioan. cap.1. qui ait: *Ego quidem non abs re, non absque cælesti authoritate non veniens à me ipso, sed missus à Deo baptizo in aqua, & proinde sum omnibus admirationi, & quis sim ego tantoperè quæritis, quia non de medio vestri, non de conuersatione communi; sed à deserto veniens cum voce prædicationis actum & habitum prafero sanctitatis, & hæc quidem nulla sum, sed medius vestrum stetit, id est, in frequentia plebis iam dudum ambulauit, in conuictu hominum assuefactus est, quem tamen vos nescitis quem scire expedit, quem quærere salus est. Hæc Rupertus.* Ac si dicat nolite falli, quia me videtis in deserto asperis pœnitentiæ actibus nutritus, & exercitatus, quia quem debetis quærere multoties in medio vestrum stetit, loquens, ambulans, bibens & manducans, & stat, & stabit, quærite illum, dum inueniri potest; quia salus vestra ab ipso dependet, & quia hoc nescitis, annuntio vobis.

Rupert. l.1. in Ioan. c.1. Multi habitu sæculari iustiores a iis pœnitentibus hypocritis. Isai. c 55.

2. Responsio est Gregorij in cathen. S.Thom. *Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, quia per carnem Dominus apparens & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate.* Quasi dicat, non est mirum quod cum medius vestrum stetit & stat, non cognoscatis, est quia secundum diuinitatem est inuisibilis, & admirabilis. Et si visibilis apparuit secundum carnem causa fuit, vt sit amabilis ab hominibus, ideo dico vobis, quod medius vestrum est attendite. 370.

Gregor. in cathen. S.Thom. Conuersatio generat amicitiam.

3. Responsio sit Chrysostomi in cathena citati; *Medius autem vestrum stetit, &c. Hoc autem dixit, quoniam decens erat Christum commixtum esse populo, vt vnum multorum se vbique humilem esse docentem.* Quasi dicat; quia medius hominum stetit, & cum hominibus conuersatus est Christus humilitatem affectauit. Cum autem dicitur, quem vos nescitis, scientiam hic cognitionem certissimam dicit. Puta quis est, & vnde quasi dicat, ideo Christus cum hominibus conuersatus est, & stetit medius inter omnes, vt verum hominem esse crederent. Et cum dicitur, quem vos nescitis diuinitatem eius insinuat, quam per fidem cognoscimus &c. quia per illam habemus certissimam scientiam per propheticum spiritum lucentem, quasi caliginoso loco, cui debemus attendere, & credere. Vnde ait Augustinus in cathena; *Humilis enim videbatur Christus,* 371.

Chrysost. in cathen. Diuinitas Christi abscondita. August. in cathen.

1.Pet.1.n.19. Ioan.c.1.n.9.

Christus, propterea lucerna accensa est. Quasi dicat, quemadmodum lucerna in medio ponitur, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic Christus medius stetit in populis, vt omnes accedant, & illuminentur ab illo, secundum id quod Ioannes ait cap. 1. n. 9. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

371. Theodoret. in cathen.
Ingrati Deū expellunt pulsantem.
Ioan.c.1. n.12.

4. Responsio Theodoreti in cathena: *Medius quidem erat Iesus in medio eorum quia in quantum mediator Dei existens & hominum Christus medius Pharisæorum existit volens eos Deo iungere, sed ipsi nesciebant eum, id est, renuebant.* Ac si dicat Sanctus; ad hoc venit Verbum Dei in mundum, vt staret medius inter Deum, & homines, Sed quia sui *eum non receperunt*, Ioann. cap. 1. ideo dicitur quod ignorabant eum.

373. Origen. in cathen.
Ioan.c.1.n.3.
Act.17.n.28.
Peccatores Deum intus nō attendūt.

5. Responsio Origenis citati in cathena: *Medius vestrum stetit, vel stat, quia per totam machinam affluxit. Sic & quæ creantur, ab ipso creantur*; quia Ioannes dicit cap. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Ac si dicat, *idem est dicere quem vos nescitis; ac dicere, renuistis credere in eum, quia medius vestrum est secundum diuinitatem; quia in ipso viuimus, mouemur & sumus.* Act. 17. n. 28. Vnde aduertite, & intra vos cogitate, quod dico vobis, quia medius vestrum stetit, sed vos nescitis, quia attendere, & credere recusatis.

374. Caietan. in Euang.

6. Responsio Caietani in Euang. ad cap. 1. Ioannis. *Medius autem vestrum stetit, id est, in medio vestri conuersatus est, quem vos nescitis.* Supple, quis sit, quia de Iesu loquitur. Ac si dicat, quid mirum est, quod non cognoscatis eum, cum quotidie vobiscum loquatur.

375. Theodoret. in cathen.
Ioan.c.15. n.5.
Doctores malè viuentes quæ prædicant, & legūt ignorant.

7. Responsio Theodoreti, *Medius erat Pharisæorum Dominus, sed ignorabant eum; quia ipsi se scripturas scire putabant*: Sed nesciebant eum, quia scripturas non intelligebant. Quasi dicat, scriptum est, *quod sine Christo nihil potestis facere, & sic in cordibus iustorum semper stat*, maximè Doctorum in omnibus, quæ discunt sciunt, docent, & prædicant. Sed rebelles, & tardi corde non cognoscunt eum neque intelligunt, quæ legunt, neque quæ docent, neque quæ prædicant; quia velatum cor habent, & non capiunt Dominum, dum internè loquitur. Sed hoc ad mores postea.

DIFFICVLTAS V.

Quomodo intelligantur verba, Cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigeam calceamenti eius?

376. Auctorū mens.

QVæritur vtrum Dominus Iesus calceamenta quæ Ioannes soluere dignus non erat, habuerit?

Abul.q.68. in cap.3. Matth.

Respondeo, *Quod aliud est quærere, quomodo intelligantur verba; alia vero quæstio est, vtrum Christus calceamenta portauerit?* Et ad hoc sit prima responsio aliquorum Auctorum (quos citat Abulensis q. 68.) asserentium, *Quod Christus eo tempore quo Apostolis iussit non portare calceamenta, & ipse non portabat illa; cum hoc tamen potest stare, quod antequam veniret ad Ioannem portabat calceamenta; & in hoc sensu dixit Ioannes verum.*

377. Carthus. in Matth. c.3. Abul. q.68. in Matth. c.3. Lucæ c.22. n.35. Matth. c.10. n.10.

2. Responsio est, quam sequitur Carthusianus in Matth. cap. 3. & Abulensis q. 68. *Quod Christus calceamenta non habuit, quia Apostolis iussit ire sine calceamentis.* Lucæ 22. scilicet, *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & sine calceamentis, nunquid aliquid vobis defuit.* Et Matth. cap. 10. n. 10. dicitur, *Quod Apostolis dixit, quod non portarent peram in via, neque calceamenta.* Quasi dicat Abulensis, quod Christus nihil præciperet Apostolis, quod ipse non faceret prius: nam in moralibus, plus mouent facta quam verba. Vnde Aristot. 10. Ethicor. de Eudoxo Philosopho dixit, *Quod docebat delectationem fugiendam, & quia ille in aliquibus sequi visus est, contempta fuit doctrina eius.*

Aristot. 10. Ethic.

378. Lyran. in Matth. c.3. sua in Gloss. Christus calceamenta nō portauit. Honorius 3. Papa in approbat. Regulæ Fratrū Minorum. S. Bonauent. super Reg. in Opusc.

3. Responsio sit nostri Nicolai de Lyra super Matth. 3. sua in Glossa ordinaria, qui ait, *Quod Christus calceamenta nunquam portauit, sed sandalias, quas Apostoli portauerunt, quæ non sunt calceamenta, vt patet in regula Fratrum Minorum approbata per Dominum Papam Honorium III. vbi præcipitur, quod non possint fratres portare calceamenta, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur.* Et est Apostolica vita & regula, & sine vlla necessitate possunt portare fratres sandalias, quia vt Sanctus Bonauentura ait, non sicut calceamenta.

379. Tostat. q.68. in Matth.
Ioan. c.1. n.31.

4. Responsio insinuatur apud Tostatum q. 68. in Matth. *Quod Ioannes quando dixit, quod non erat dignus soluere corrigiam calceamenti Christi, non cognoscebat Christum determinatè, quia licet sciret, quod illico venturus erat; nesciebat autem quis esset ille*, vt dicitur Ioann. cap. 1. n. 31. *Et ego nesciebam eum. Et sic poterat putare, quod portaturus erat calceamenta & dixit in isto sensu, quod non erat dignus soluere calceamenta eius.*

380. S. August. serm. 42. Syluei. tom. 1. in c.1. Ioan.

5. Responsio est Sancti Augustini serm. 42. quem sequuntur Auctores graues quos citat Sylueira q. 24. in cap. 1. Ioannis qui omnes tenent, *Quod Christus portauit calceamenta; quia si nudis pedibus Christus ambularet, asserendum est deceptum esse Ioannem & poterat ei dici, quomodo das testimonium de illo, quem non cognoscis, an sit calceatus an non?* Ad quod potest responderi, quod dictum est supra de distinctione temporum, vel quod calceamenta sandalia alia sunt à calceamentis clausis, & integris, & coopertis.

381. Caietan. in Euang.
Calceamenta soluere quid sit?

6. Responsio est Caietani in Euang. qui ait demonstrat, *Ioannes se indignum ad minimum seruitium explicatum per solutionem corrigiæ calceamenti.* Ac si dicat, in dictis verbis humilitatem insinuat Ioannes: nam quando aliquis vult ostendere improportionabiliter alium excedere, est modus loquendi dicere, non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, siue calceamenta habeat, siue non, siue sint sandalia, siue coperto calceamento.

382. S. Ambr. de inst. Virg. cap. 14. Bonauent.
Apoc. 5. n.4.

Ad primum quæsitum de intelligentia prædictorum verborum prima responsio & Sancti Ambrosij de institut. Virg. c. 14. & Bonauenturæ, *Qui per calceamenta interpretantur humanam naturam assumptam per corrigiam intelligunt vnionem.* Ac si dicant, *non sum dignus explanationis eius mysterium declarare.* Vnde scriptum est in Apocalypsi 5. n. 5. *Nemo inuentus est dignus aperire librum, & soluere signacula eius.*

383. Orig. in cat. S. Thomæ.

2. Responsio est Origenis, qui ait, *Non sum*, (inquit Ioannes) *tanti meriti, vt causa*

mei

mei descendat à magnalibus, & carnem quasi calceamentum suscipiat.

384. Chrysost. ibi. 3. RESPONSIO sit Chrysostomi citati in cathena Sancti Thomæ, qui ait; *Ne autem existimes comparabilem esse excellentiam hanc incomparabilitatem ostendere valens, subiungit, cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigiam calceamenti.* Ac si dicat, in tantum est ante me, vt & ego, neque in vltimis ministrorum vocari dignus sim; calceamentum enim soluere vltimum ministerium est. Ioan.c.1.

385. August. in cathen. 4. RESPONSIO est Augustini, qui in cathena citata ait, *Vnde & si dignum se diceret tantummodo corrigiam calceamenti soluere multum se habuisset.* Quasi diceret, etsi officium calceamenta dissoluendi infimum sit & humilibus datum; tamen in domo Dei promissum est regnum cœlorum paruulis & humilibus; imo & ipse Christus dixit *quod transiens ministrabit illis.* *Soluere calceamenta humilitas est.* Matth c.21. Luc. c.12. n.37.

386. Gregor. in cathen. 5. RESPONSIO est Gregorij in cathena S. Thomæ, qui ait, *Quis nesciat, quod calceamenta ex mortuis animalibus fiant. Incarnatus ergo Dominus quasi calceatus apparuit, qui in diuinitate sua morticinia nostræ corruptionis assumpsit. Corrigia ergo calceamenti est ligatura mysterij; Ioannes ergo soluere corrigiam calceamenti eius non valet (secundum meam sententiam) quia incarnationis mysterium, neque ipse inuestigare sufficit.* Ac si dicat, quid mirum est si mihi Christus prælatus est, quem post me natum considero, sed natiuitatis eius mysterium non comprehendo. *Auctoris mens.* *Mysteria fidei inuestigabilia sunt.*

387. Rupert. in Ioan.c.1. Actor.c.5. 6. RESPONSIO est Ruperti lib. comment. cap.1. qui ait: Apostoli calceamenta Christi dicuntur, *Quia per illos in Idumeam, & in omnes alienigenas extensa portauerunt Euangelium, pro quo & contumeliam pati, & mori digni habiti sunt; Ioannes autem in spiritu præuidet enarrandæ illius gloriæ tempori se non esse seruandum.* Quasi dicat: Scit Ioannes quod prius quam Christus patiatur, ad inferos ipse descensurus sit, vt illuc quoque officium suæ Præcursionis peragat. Gemit ergo, quod vel calceamenta eius portare, vel corrigiam soluere indignus sit, id est, ministerium Redemptionis nostræ, & Resurrectionis Christi cum Sanctis Apostolis prædicare. Hæc Rupertus. *Ioannes lamentatur quod non prædicet Passionem Christi.*

DIFFICVLTAS VI.

Ad quid dicitur in textu, quod hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans?

QVæretur, quare tam singulariter ponatur locus Bethaniæ trans Iordanem, vbi hæc facta sunt, & vbi erat Ioannes baptizans. 388.

1. RESPONSIO est Ruperti, qui ait, *Quia propinquus erat locus Bethaniæ, vt pote tantum quindecim stadiis distans ab Hierosolymis, & tunc nimium celebris; quia ibi erat Ioannes baptizans.* Quasi dicat, in causis celebribus semper locus quæri solet. Rupert. in Ioan.c.1. *Tempus & locus in rebus grauibus ponendi.*

2. RESPONSIO est Chrysostomi in catena S. Thomæ, qui ait, *Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans; non enim in domo, neque in angulo Christum prædicabat, sed Iordanem transiens, in media multitudine præsentibus omnibus, qui ab eo baptizabantur.* 389. S. Chrysost. in cathen. S. Thomæ.

3. RESPONSIO est in Glossa ordinaria quæ ait, duæ sunt Bethaniæ, vna trans Iordanem, altera citra, non longe ab Hierusalem, vbi Lazarus fuit suscitatus. Licet verosimile videtur, quod Chrysostomus in cathena ait, *quod quædam exemplariorum certius habent, in Bethabara, quia Bethania non vltra Iordanem, neque in deserto, sed prope Ierosolymam erat.* 390. Glossa ordinaria in Ioan.c.1. Chrysost. in cathen.

4. RESPONSIO est Alcuini; qui ait, *Bethania domus obedientiæ interpretatur, per quam omnes ad Baptismum debent peruenire.* 391. Alcuinus in Ioan.c.1.

5. RESPONSIO Origenis, *Bethania interpretatur domus præparationis, & conuenit cum Baptismo Ioannis, qui præparabat Domino plebem perfectam.* Sed hoc ad sensus mysticos, & ad mores, de quo infra. 392. Origenis in cathen.

6. RESPONSIO sit Caietani, qui ait: *Hæc in Bethabara facta sunt, quia errore scriptorum apud Latinos, & apud multos Græcos Codices, mutatum est nomen Bethabara in Bethania:* Et addit, *trans Iordanem vbi Moyses sortes dederat duabus tribubus & dimidiæ*, & tam accuratè describit Euangelista locum, vt rei gestæ historiam omnes esse percipiát, vbi erat Ioannes baptizans. 393. Caietan. in Euang. *Euangelij verba clara omnibus.*

TRACTATVS

TRACTATVS XII.

AD MORES,

In Cap. I. Ioannis.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quid significant verba illa, & qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.

394. QVÆRETVR, quomodo Euangelista istos legatos vocat Pharisæos, cum antea Sacerdotes, & Leuitas vocauerat?

Origen cit. in littera. *Bifrontes esse nimis acuti.* 1. RESPONSIO fuit Origenis asserentis, *Quod erant bifrontes Sacerdotes, astuti, & ingrati, qui non attendentes ad suis dignitatem elati, & fiLti sunt in suis operibus & dictis.* Interrogat Oleaster in Numeros cap. 14. num. 2 (Oleast. in Numer. c. 14. n. 2.) *Quare filij Israel murmurantes in deserto contra Moysem & Dominum dixerunt, vtinam mortui essemus in terra Ægypti?* Et respondet, *Quia ingrati animi est putare sibi beneficium ad malum dari.* Quasi dicat: quemadmodum Sacerdos gratus & iustos putat sibi mala ad bonum suum dari; ita malus & Ingratus bona ad malum, & abutitur dignitate ad cautelas, & illicitos modos, cum ei data sit ad sincerè, & iustè viuendum, non vt bifrontes & ingrati sint, vt Pharisæi præsentes. (*Innocentes & rectos corde quærit Deus.*)

395. Interlinealis. Interlinealis: *nota fuit, Quod Christus non cognoscit ingratos*, qui pro beneficiis acceptis non reddunt gratias Deo omnipotenti. Et probatur cum illa interrogatione, quam Christus fecit. Lucæ 17. num. 17. (Luc. 17. n. 17.) *Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt?* Curauerat Dominus decem leprosos, & vnus solus gratus fuit. Propter hoc dicit, nouem, vbi sunt? Quia quasi ignoti ingrati habentur. Et ideo interrogat, vbi sunt? Vnde Bernardus serm. contra ingratitudinem ait, (Bern. serm. contra ingratos.) *Felix qui se alienigenam reputans, etiam pro quibuscumque minimis beneficiis acceptis, non minimas refert gratias gratuitum esse non dubitans neque dissimulans, quod alieno impenditur, & ignoto, id est, maiores debet dare Deo gratias*, Sacerdos ille, qui sustinetur in terra, cum ipse alienigena & gentilis in suis ostenditur actionibus, sed semper bifrons Pharisæus ostenditur. Iam Sacerdos, iam Leuita & contra prædicantem eum irascitur dicens: *Quare ergo baptizas?* (*Sacerdotes si reprehendantur irascuntur.*)

2. RESPONSIO fit Sancti Cyrilli lib. 2. in Ioann. cap. 25. qui ait, 396. S. Cyrill. l. 2. in Ioan. c. 25 *Quod Pharisæi querebantur de Ioanne baptizante, quia neminem præter se honorari patiebantur, & cum de Deo querelas non possent exhibere contra Ioannem tanquam eius ministrum, dentibus stridebant dicentes, quare ergo baptizas?* (*Inuidiosi loquuntur corde.*)

Interrogat Oleaster, quare populus Israëliticus in deserto sitibundus querelas contra Moysem, & Aaron dederunt Numeror. 14. num. 2. 397. Oleaster in in Numer. c. 14. n. 2. *Et murmurauerunt aduersus Moysem & Aaron* (sic legit translatio Pagnina) Et respondet: (Transl. Pag. in Numer. c. 14. n. 2.) *Nam qui iniuriam in Dominum vindicare nequeunt contra seruos, & instrumenta conuertuntur.* Quasi dicat, hæc est vilis Pharisæorum conditio, & superborum ambitio quod cum alios honoratos respiciant quasi Cain crudeles aduersus Iustum excitantur: nam contra Deum sic disponentem non valent. (*Impij contra fortunam & stellas loquuntur.*) Vnde legitur apud Isaiam cap. 10. num. 5. (Isai c. 10. n. 5.) *Veh Assur virga furoris mei.* Vnde Oleaster ait; (Oleaster cit.) *Si virga furoris tui, quid eum punis?* Minime respondit, *Sed doleo super eos, qui in virgam furoris mei excitantur.* Quasi dicat, veh illis, qui in aduersis, & cum quæ prætendunt consequi non possunt, irascuntur contra fatum, cœlum, & fortunam, quasi instrumenta Dei, eo quod contra eum querelas dare non possunt vt isti Pharisæi, qui honoris vani cupidi contra Ioannem extolluntur dicentes, quare ergo baptizas? (*Superbi contra cœlum blasphemant.*)

3. RESPONSIO ad mores est Sancti Thomæ citati in littera, qui ait, 398. S. Thom. cit. in littera. *Quod isti erant ex Pharisæis, quorum falsa Religiositas ausum præstabat.* Quasi dicat, quod multi audaces, & minimè timorati sunt in religionibus, quibus reformati Prælati displicent & nolunt audire quasi Præcursorem pœnitentiam prædicantes, & vitam monasticam persuadentes. Interrogat Oleaster, (Oleaster in Num. c. 14) *Quare subditi Moysis conturbati, & rebellionem contra Prælatum suum commouerunt*, dicentes; *ponamus caput, & reuertamur in Ægyptum.* Sic legit Pagnin. Numer. 14. n. 4. Et respondet,

Transl. Pag. Numer. 14. n. 4.
Subditorum relaxatorum conditio.

quia consultum malum est subditos malos quotidie nouum Prælatum habere velle. Ac si dicat, talis & tam perniciosa est conditio perditorum subditorum, vt contra virtuosum, & reformatum Præsulem furiosè excitentur ita vt Deo subisci renuant, & auiè, & auidè relaxatum, & impium quærant, qui viuere ad placitum permittat, & clamores pro huiuscemodi præstant, vt Iudæi, & Pharisæi, qui Pilato relicto Iesu dixeront, *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Ioann. 19. num. 15. Et similiter Præcursorem pœnitentiam prædicantem, *Magistri istorum dixerunt, quare tu baptizas?*

Ioan. 19. n. 15.

399. Euthym. in Ioan. c. 1.

4. RESPONSIO ad mores est Euthymij in Ioann. cap. 1. qui ait, *Quòd Pharisæi intendebant accusatione Ioannem attrahere, vt timore cogeretur dicere, quod non erat.* Quasi diceret, multitudo Pharisæorum cogitauit, quomodo omnibus modis allicere possent Ioannem; quia semper mali congregantur aduersus iustum & fremere solent aduersum Dominum, & aduersum Christum eius, *Sed populi, & gentes tales meditati sunt inania.*

Impij ad murmurationes congregantur. Ps. 2. n. 1.

400. Oleaster in Numer. c. 14. n. 10.

Interrogat Oleaster, quare Numer. 14. secundum translationem Pagnini; *Dixerunt omnis Congregatio vt lapidaret eos, id est Moysem & Aaron?* Et respondit: *Quia periculosum est valdè indomita, ac furonis, multitudini perditorum sese opponere; quia consilia sana non audit, sed quasi phrenesis morbo agitata ad murmurationes, & lapides currit.* Quasi dicat, hæc est misera Prælatorum infælicitas habere subditos Inquietos, rebelles, & voluptatibus subiectos. Sed non propterea a reprehensione cessandum est, *quoniam gloria Domini protexit eos, quia intrepidè eius partes zelabant*, vt in Moyse & Aaron visum est, & in Præcursore, qui contra Pharisæos quasi genimina viperarum furore sancto accensus vocem Patris in Iordane audire meruit, & Ioannes quæ hodie à peruersis reprehenditur quia baptizat super caput Iesu clio visa est.

Prælatorum infælicitas habere subditos impios.
Numer. c. 14. n. 15.
Ioan. cap. 1.

401. Rupert. in Ioan. c. 1. n. 1.

5. RESPONSIO fit Ruperti, qui ait, *Quod Pharisæi, quia legati erant, & priuati, &c. putabant se clauem scientiæ habere.* Quasi diceret, quod propterea literati videbantur, quia electi fuerunt, & in dignitate legationis constituti, quia mos est, & misera fragilitas conditionis humanæ, vt illi, qui ad officia subleuantur, statim nobiles, docti, prudentes, & scientifici videantur.

402. Oleaster in Exod. c. 31. Translat. Vatabl. in Exod. 31. n. 4.

Interrogat Oleaster, quomodo intelligitur locus Exodi 31. vbi dicitur, *Quod Beseleel, vel Berzalael*, vt Vatablus legit, *Filium Uri vocauit Dominus, & impleuit eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum.* Et addit Vatablus & ad texendum polymita. *Numquid* (inquit Oleaster) *humano modo fieri potest, quod vnus homo esset omnium artium artifex supremus?*

Oleaster cit.

403. Sap. c. 7. n. 22

Et respondet ad literam, quia scriptum est Sapientiæ 7. n. 22. *Spiritum Dei omnium rerum artificem esse: optimè potuit facere Deus cum Beseleel, quod nullus poterat humanus artifex facere.* Et ad mores addit Oleaster, *Putarem hunc, nil artis antea habuisse, vt maius esset miraculum. Sic solent Principes, cum aliquem ex puluere extollunt in immensum magnificare & qui antea insciens, & ignobilis erat in dignitate constitutus, scientia, prudentia, nobilitate inaudita plenus apparet, & vt maius sit miraculum, etiam si nihil horum habeat, & vilis sit origo eius, statim ex prosapia Gothorum apparet.* Quasi dicat, & isti constituti in altiori gradu clauem scientiæ, & nobilitatis, & sanctitatis habere se existimant, sicut Pharisæi qui Præcursorem exprobrant, & vilipendunt dicentes, *vt quid tu Baptizas?*

Ex nihilo nati in dignitate constituti nobiles apparent repente.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare dicitur quod Baptismus à Ioanne fieret?

QVæretur vtrum decens fuerit, & ad quid quod Baptismus fieret à Ioanne? 404.

1. RESPONSIO est Abulensis; *Quia Ioannes erat vir magnus, & admirabilis in mundo. Et ideo illi conueniens fuit instituere ritum nouum baptizandi, quem nullus Prophetarum instituit ante eum.* Quasi dicat, quod condere leges, & formationes facere maximè inter Religiosos competit admirabili viro, & quod opera eius excedant verbis & factis cuiuscumque perfecti Religiosi. Sic Chrysologus, *opere exercens quod sermone non potest.*

Abulens. cit. in littera.
Reformare [illegible] signum.
Chrysolog. sup. cit.

405. Oleaster in Exod. c. 31. n. 2.

Interrogat Oleaster. *Quare summopere curauit Deus, quod candelabrum templi mundum semper esset?* Sic Exod. 31. n. 1. *Et candelabrum mundum erit?* Et respondet *cum Rabbi Hizchuni; quia candelabrum non fædabatur sanguine, quemadmodum alia vasa.* Quasi dicat, qui in domo Dei lucere super candelabrum voluerit, & formam restrictionem aliis præstare semper debet esse mundus, nec fœdatus sanguine, & macula minutissima. Et addit Oleaster: *Nam propter oleum & lumen poterat facilè candelabrum immunditiam contrahere; ideo curam commendat maculas abstergendi, & fauillas scindendi; quia Prælatus reformationem desiderans, purus, candidus, & lucidus debet semper esse, alias in vanum laborauerunt, qui ædificare conantur.* Ideo Præcursor Domini priusquam Baptismum reformationis instituerct, asperis, & camelosis vestibus vtebatur, syluestre mel, & locustas manducabat: Et postea ritum nouum Baptismi instituere ausus est, quia bibere opulenter, & reformationes instituere ridiculosum, & contemptibile est.

Idem.
Peccantes Prælati non possunt loqui.
Prælati sobrij debent esse.
Sacramentorum sumptio.

406. August. cit. Abulens. cit.

2. RESPONSIO est Augustini citati in littera, qui ait, *Conueniens fuit Baptismus Ioannis, vt disponeret aquas, ad hoc vt sanctificarentur per Baptismum Iesu Christi.* Ac si dicat, secundum Abulensem; conuenit ita pœnitentia nos præparare ad recipienda Sacramenta, & ad Corpus Christi tangendum, & manducandum, vt iterum, atque iterum aqua examinis mundetur cor.

Oleaster in Exod. c. 38. n. 7.

Interrogat Oleaster, *Quare multoties repetit scriptura curam & sollicitudinem cum arca testamenti*

menti tenendam, vt patet Exodi 31.n.7. *Tabernaculum Ecclesiæ, & arca munda erunt.* Sic legit Pagninus. *Quid opus est Domine* (dicit Oleaster) *toties hæc famulo tuo inculcare?* Et respondet: *Solet Dominus præcepta sua repetere; quoniam nouit nos sæpius obliuionem causari.* Ac si dicat, vox est Præcursor clamantis ad pœnitentiam, & ad Baptismum expiationis præparantis. Sed toties repetita, & Baptismus per ipsum institutus, & vitam per Christum sanctificatura; quia homines ita obliuisci solent quod ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, absque debito examine audent accedere.

Transl. Pag. Oleaster cit.

Conscientiæ examen strictum.

408. 3. RESPONSIO est Chrysostomi citati in littera, qui ait, *Fuit Baptismus Ioannis necessarius, quia singulis ad aures Messiam prædicabat, quod non poterat sigillatim dicere, cum pœnitentiam exhortabat.* Quasi dicat, magna, & admirabilis est vis boni Consilij, & sigillatim in confessione exhibere pœnitentibus solatium, consolationemque afflictis cordibus dare apud Deum magni pretij est.

Chrysost.

Consolatio à Confessoribus pœnitentibus exhibenda.

409. Interrogat Dinus Hieronymus, *Quare sancta Ruth restitit voluntati, & ordinationi Noemi socrus suæ, præcipientis vt eam relinqueret desolatam abiretque, & rediret in terram suam Moabitidem, & renuit hoc facere*, & dixit Noemi Ruth cap.1.n.16. *Ne aduerseris mihi, vt relinquam te, & abeam, quocumque enim perrexeris, pergam, & vbi morata fueris, ego pariter morabor?* Et respondet Hieronymus: *Ruth alienigena à Noemi latere non recessit, vt quantis meritis sit deserta præstitisse solatium videremus; siquidem ex eius semine Christus nasciturus erat.* Quasi dicat, tam grata est consolatio afflictorum apud Deum, vt Ruth consolanti Noemi socrui suæ, & ab ea separari renuenti, & dicenti: *Vbicumque deges, ego degam*, vt translatio Vatabli ait: Vnigenitum filium suum Verbum æternum ex eius origine incarnari non dubitauerit in præmium talis, ac tantæ consolationis; propter hoc insinuabat Ioannes Baptista, vt Chrysostomus ait, singulis consolationem dare prædicando, & ad aures Messiam venisse nuntiando, vt consolarentur.

Ruth.c.1. n.16.

Consolationem dare afflictis placet Deo.

Translat. Vatabli in cap.1.Ruth.

Chrysost. supra cit.

410. 4 RESPONSIO sit Bedæ citati supra, qui ait, *Quod fuit conueniens Baptismus Ioannis, quia disponebat ad gratiam recipiendam, sicut ministri Ecclesiæ, disponunt Catechumenos ad Baptismum.* Quasi dicat, diligit Dominus labores nostros, & quamuis gratia prima non cadat sub merito, quia si gratia est non ex meritis, tamen dispositionem, & laborem in instruendis rudibus Catechumenis in immensum præmiat.

Beda.

Theologorum axioma.

411. Interrogat Oleaster, *Quare præcepit Dominus laborare homines sex diebus, & quod septimo die Sabbathum custodirent; quia erat requies Domini*, Exod.30.n.15. dicitur, *Sex diebus facietis opus, in die septimo Sabbathum est requies sancta Domino*, vel vt Vatablus, *quies sancta Domino*: nonne Domine Deus noster æquum esset, vt tibi sex diebus laboraremus; nobis autem die septimo quiesceremus? nonne saltem ad vnam, aut alteram diem tibi seruire? Minime. Sed nobis vis laboremus, tibi vero quiescamus. Respondet Oleaster *die septimo requies requies Dei est.* Sic legit Pagninus, *Quia quoties laborant ministri sui, vt soluant colligationes impietatis, requiem requiei, & gloriam Domini dicatant.* Quasi dicat, Sabbathum vere custodiunt per integram hebdomadam sibi laborant in instruendis animabus, & catechizandis rudibus: nam scriptum est Isai. cap.58.n.6. *Hoc ieiunium, quod elegi, vt soluas colligationes impietatis, soluas fasciculos, & dimittas confractos liberos, & omne iugum disrumpas.* Ac si dicat vere operarij in domo Dei, tunc requiem capiunt cum peccatoribus confitendo, & sacramentando, & requiem requiei Domino præstant non vno die, sed per totam hebdomadam instruendo in fide Catholica miseros peccatores, & hi sunt sectatores Baptistæ, qui vt ait Beda; baptizabat instruendo ad verum Baptismum recipiendum.

Oleaster

Exod.30. n.15.

Translat. Vatabl.

Oleaster in Exod 30

Transl. Pag.

Isai.c.58. n.6.

Confessores operarij indefessi.

Beda.

412. 5. RESPONSIO sit Abulensis citati supra; qui ait, *Quod Baptismus Ioannis fuit necessarius quia castitatem, & iustitiam obseruandam faciebat, & digito signabat scripturas Prophetarum clamantium, vt corda recta Domino pararentur ad dirigendam viam Dei in pace.*

Abul. citat.

413. Interrogat Oleaster, quare exagerat scriptura Exod. cap.32. num 15. quod præcepta Decalogi scripta erant digito Dei: *Et accepit Moyses tabulas lapideas scriptas digito Dei?* Et respondet: *Admonet nos Deus noster, vt scripturam, quam ad nos dabat, digito suo scribebat.* Et addit: *Et quemadmodum Reges pluris faciunt, quibus manu propria scribunt, quanti faciendus est populus cui Deus omnium Creator suo digito legem exarare dignatus est* Quasi dicat: audiant omnes, qualiter æstimandum sit testimonium Ioannis: nam Spiritus sanctus, qui digitus Dei dicitur, qui loquutus est per Prophetas per Malachiam cap.3. testatur: *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam meam*, ac si digito suo signet, dicens, ipsum audite seruando castitatem & iustitiam, quam edocet.

Oleaster in Exod.c.32. n.15.

Scripta Regis plus æstimantur.

Malach.3. n.7.

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare Ioannes vocatur Baptista?

414. QVæretur vtrum Ioannes vocabatur Baptista quia baptizabat in aqua.

Et prima responsio est Abulensis q.28. citata, *Quod ideo vocabatur Baptista, quia primus fuit, qui ritum tam admirabilem in aqua instituerat, & ideo hoc pro nomine fuit cognitus, & nominatus*, vt Iosephus 8. antiquitat. dixit. *Quod erat traditio Hebræorum periisse exercitum Herodis propter mortem Ioannis Baptistæ.* Quasi diceret, timeant Regna, & Regum exercitus miserabiles casus, & euentus, cum Prædicatores veritatis persequantur, & in vinculis carcerentur.

Ioseph.l.8. antiquit.

Translat. Hebr.

415. Interrogat Abulensis q.17. in Matth. *Quare in Regali progenie Iesu Christi tres Reges omittuntur, scilicet, Ochozias, Ioas, & Amasias, cum ponantur alij Reges peccatores?* Et respondet, *quod deleti sunt de genealogia Christi propter consanguinitatem cum Achab, & iniquissima Iezabel, quæ Prophetam Eliam prædicationis causa persequuta est, & quærebat illum occidere, & ipse fugit ad montem Oreb.* Vnde afflictus Prædicator, 3.Reg.21.n.2. *Achab Regi prædixit, & adimpletum est, omnem eius posteritatem vsque ad quartam generationem deleturam.*

Abul.q.17. in Matth.

Prædicatores non sunt exulandi.

3.Reg.21. n.2.

416. *Rupertus in Matth. c. 1.* Vnde Rupertus in Matth. cap. 1. ait, *Quod in genealogia Christi tres predicti Reges non annumerantur; quia Prophetas Dei, ac ministros variis affecerunt iniuriis, non sinentes eos vaticinare, aut predicare:* nam 2. Paralip. cap. 24. n. 24. dicitur, *2. Paral. 24. n. 24.* *Quod Ochozias Prophetas persecutus est, sicut & Achab, & Ioas Zachariam Prophetam filium Ioiada occidit*, 2. Paralip. 24. n. 22. *2. Paral. 24. n. 22.* *Et Amasias diuino vati eius scelera reprehendenti respondit: num Consiliarius es Regis? Quiesce, ne interficiam te.* 2. Paralip. 25. n. 26. *2. Paral. 25. n. 26.* ideo quanquam sceleratissimi Reges ponantur in genealogia Christi; sed isti tres, qui ora prædicantium obstruere intenderunt magis Deum offenderunt, & ideo excluduntur. *Prædicatores non exulandi sunt à Regibus.*

417. *August. in quæst. ex nouo testam. q. 85.* Vnde Augustinus in quæstionibus ex nouo testamento q. 85. ait, *Non immerito isti tres Reges ab stirpe Regia sublati sunt, sic enim eorum continuauit impietas, vt malignum eorum nullum interuallum habuerit.* Ac si dicat, nulla erit calamitas neque infelicitas, quæ non mereatur Princeps vel Rex, qui Prædicatores semper persequuntur, & in exilium mittunt, propter exemplaria peruersa Patrum suorum, vt videre est, sicut narrat Iosephus in Herode qui Præcursorem decollauit propter veritatem prædicatam, & exercitus eius periit, & Herodias in gelu submersa est, & successores eius miserè perierunt. *Exemplaria pessima fugienda.* *Ioseph. cit.*

418. *Glossa ordinaria.* 2. RESPONSIO fuit Glossæ dicentis, *Baptismum Ioannis fuisse in aqua, vt aperiretur ianua Regni cælestis, vbi datus est aditus filiis Israel terram promissionis intrandi.* Quasi dicat maioris sine comparatione virtutis est aqua Baptismi, quam fuit Iordanis adhuc aditum præbens populo Dei in terram promissionis intrandi.

419. *Lyranus noster in lib. Iudic. c. 8. n. 33.* Interrogat Lyranus noster in libros Iudicum, *Quomodo arca Dei, cum accessit ad Iordanem vadis superbis, eleuatisque crescentibus potuit ex altera parte transire?* Et respondet, *quia arca portabatur à Leuitis & ipsa in altum portauit portatores suos.* Ac si dicat, quod aditum Iordanis dedit planum portantibus leuitis arcam propter laborem, quem sustinuerunt illam supportando. Si ergo in aqua Iordanis tanta & miraculosa virtus fuit, in aqua Baptismi Ioannis aperiatur ianua (inquit Glossa) Regni cælestis; quia ipsa disponebat ad sanctificationis gratiam, quæ in Baptismo fidelibus datur. *Glossa.*

410. *Caietan. cit.* 3. RESPONSIO ad mores fit Caietani citati, *Ne vsurparet sibi Ioannes aliquid supra vires suas? ideo baptismus eius erat imperfectus, & ipse se cognoscebat indignum, vt gratiam conferret.* Quasi dicat, ita fugiebat Præfecturam & Dignitatem, quod semper se non esse clamabat; quia incapaces, & indigni dignitatum se præstantiores, & doctiores cogitant, & digniores omnibus honoribus sentiunt. Vnde Oleaster interrogat, *Oleaster in Exod.* *Quare Deus populo ingredienti in terram promissionis*, dixit Exod. 33. n. 3. *Exod. 33. n. 3.* *Non ascendam in medio tui, ne forte consumam te.* Sic legit Pagninus *Transl. Pag.* & respondet, *Vt doceret nos non debere Prælaturam accipere, neque cupere, qui non potest, aut vix potest ferre peccata subditorum suorum.* Quasi dicat, non vult Dominus populum suum ducere; quia tanta maiestas, & sanctitas non facilè ferre potest errores hominum miserorum, & tu qui vix iram continere potes, audes Prælaturam subire. *Prælati sustinentes miserias subditorum.*

421. *Ioseph l. 2. antiq. c. 9.* Vnde bene adnotauit Iosephus lib. 2. antiq. cap. 9. *Quod adhuc ab incunabulis Moyses se iracundum recognoscens tanquam indignum dignitatis indicabat.* Et ideo vt narrat Iosephus, *Cum aliquando Pharao infantem Moysem quem eius filia amanter nutriebat inter brachia suscepisset, &* *Exod. 2. n. 7.* *eius capiti Regium diadema, quod in suo gestaret, imponeret, puerum quasi per infantia ludibrium diadema in terram proiecisse, & de Regiis vlnis prosilientem proiectum in terra diadema procul cassse, certo præsagio fore, vt ille puer Regiam dignitatem aspernaretur.* *Moyses infans fugiebat dignitates.*

422. *Exod. c. 3. n. 11.* Quid dicam de ipso Moyse iam adulto, & grandæuo, quomodo se indignum legationis diuinæ ostendit dicens. Exod. 3. n. 11. *Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem? quid non illum rogauit Dominus*, inquit Rupertus, *supplendo defectus, quos ipse cognoscebat in se; ego ero in ore suo, & manu tua signa faciens.* Exod. c. 3. n. 12. *Rupert. in Exod. 3. n. 12.* Vnde Gregorius lib. 35. moralium cap. 13. *Greg. lib. 35. mor. c. 13.* *Quia apud se humilis mente extitit oblatam protinus tanti regiminis gloriam expauit.* Quasi dicat, labores quæsiuit, & honores fugit, vt Præcursor Baptista. Et ideo dignus fuit, vt honoribus coronaretur, & de quo veritas dixit, quod non sit illo maior inter natos mulierum. Vnde de Ioanne dici potest, quod ad aliud dicebat Hieronymus, *Hieronym. epist. 3. ad Heliod.* *Quanto magis repugnabat, tanto magis in se studia omnium concitabat, & merebatur negando quod esse nolebat; eo quod dignior erat quo magis se clamabat indignum.* Quasi diceret, quo se existimabat Ioannes vsurpare honores, & renuebat fugiendo ad deserta, eo plus ab omnibus quærebatur, & æstimabatur quia vt Hieronymus epist. 27. ad Eustochium ait, *Fugiendo gloriam merebatur, quæ virtutem quasi vmbra sequitur, & appetitores sui deserens appetit contemptores.* *Humilitas amabilis ab omnibus.* *Idem Sanctus ep. 27. ad Eustoch.* Ac si dicat, indigniores semper sunt nimis dignitatum appetitores, omniumque contemptores; Ioannes vero non sic, sed tanquam vere iustus Baptismum suum imperfectum indicabat. *Indigni inquieti in perfectum.*

DIFFICVLTAS X.
ad mores.

Quomodo Ioannes dixit; Medius autem vestrum stetit, cuius ego non sum dignus corrigiam calceamenti soluere.

423. *Translat. Vatabl. in Ioan. c. 1.* QVæritur, quare Præcursor cum pro Messia habebatur, respondit; medius autem vestrum stat, vt Vatablus ait.

1. RESPONSIO est Ruperti citati, qui ait: *Rupertus in Ioan. c. 1.* *In frequentia plebis iam dudum ambulauit in conuictu hominum assuefactus est, quem vos nescitis, quem scire expedit, quem quærere salus vestra est.* Quasi dicat Ioannes, asculate quia Messias stat in medio vestrum, etiamsi ignoratis eum, & ego quia vos, & animas vestras quæro, hoc insinuo.

424. *Oleaster in Exod. 33. n. 17.* Interrogat Oleaster, *Quare Moyses cum plenus esset fauoribus diuinis in tantum quod Dominus promisit illi ostendere faciem suam quasi oblitus beneuolentiæ, & fauoris Dei dixit Domino.* Exod. 33. n. 17. *Transl. Pag. in Exod. 33. n. 17.* *Vide Domine, quia populus tuus est gens hæc.* Sic legit Pagninus & respondet Oleaster;

Oleaster. ster; *Quia vere iustus Moyses non propter se, sed propter populum amicitiam Dei requirebat.* Quasi dicat, ad hoc debet Prælatus velle gratus esse Deo, vt subditos suos Deo gratos faciat, quia
Ioan.c.17. n.15. scriptum est Ioann.cap.17.n.15. *Ego (id est Christus) pro eis sanctifico meipsum.* Sic Ioannes pro
Bonum in commune quærendum. populo dicit medius vestrum stat, quærite illum nolite in me falli.

425. Rupert.cit. 2. RESPONSIO eiusdem Ruperti, *Nolite credere actibus exterioribus, & quia ego nutritus sum in deserto asperis Camelorum pellibus vestitus, puteris quod sum Christus; quia licet communiter*
Petrus Damianus l.4. epist.15. *viuat, medius stat inter vos.* Vnde Petrus Damianus interrogat, *Quare Salphaad, quia non relinquit filios, sed filias,* vt patet Numer.cap.18.n.8.
Numer.c.18. n.8. *Opprobrium sempiternum patiebatur, quia à loco, & situ honorifico filiæ eius priuatæ remanserunt?*
S.P.Damian. Et respondit ad mores, quia *Salphaad interpretatur vmbra in ore eius, quisquis autem fortia*
Prædicatores operatores. Vestes hypocritarum distant ab operibus. *prædicat, & eneruiter viuit, ne turpis appareat, quasi sub foliis se honesti sermonis occultat sub vmbra se proprij oris abscondit, dum in campo certaminis per sui corporis ignauiam non procedit.* Ac si dicat, Ioannes licet vestis humanis ego pœnitens appaream & Messias Christus, qui inter vos stat medius, bibat & edat cum peccatoribus, tamen in campo certaminis, videbitis; quomodo non solum ore, sed cruce & passione redemptionem humani generis operatur.

426. Chrysost. citat. 3. RESPONSIO est Chrysostomi dicentis: *Medius autem vestrum stetit, vel stat; quia conueniens fuit: Christum commixtum esse populo, vt vnum multorum docentem vere humilem apparere.* Quasi dicat, quia licet maiestas facit admira-
Bernard. cit. bilem, & humilitas amabilem, vt Bernardus dixit, conueniens fuit, quod qui non rapinam arbi-
Ad Phil.2. n.6. tratus est esse se æqualem Deo, vt corda omnium ad se traheret, humilis staret inter omnes; ita vt medius inter illos non cognosceretur; quia neque puer, neque pubes, neque adolescens, aut
Ioan.c.1. n.14. vir plenus gratiæ, & veritatis, nunquam verbo, aut opere exaltari visus est.

427. Oleaster in Exod.c.33. n.12. Transl.Pag. Interrogat Oleaster, quare Moyses dixit Domino, *Non scire me fecisti, quem missurus es, dixisti, noui te ex nomine.* Exod.33.n.12. Sic legit Pagninus, & respondet, *quia fragilitas humana audacior fit fauoribus Principum. Sic Sanctus Moyses Deum quasi vult compellere, vt ei detegat secreta sua.* Quasi diceret, non aliter sponsa, cum
Cant.c.1. n.7. se ab sponso laudari cerneret, quod cæteris fœminis pulchrior esset in audacem vocem prorumpit dicens: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes. Quod etiam filios Zebedæi confisos sanguinis coniunctione fecisse legimus postulantes à Christo dexteram, & sinistram in*
Matth.20. n.21. *Regno suo.* Matth. cap.20.n.21. *Quos omnes etsi aspera à Deo audiuisse responsa cognoscimus;* vtilia tamen, & quæ quandoque ad ea, quæ desiderabant possent eos perducere, nam audiuit
Cant.1.n.8. sponsa, *Si ignoras te.* Cant.cap.1.n.8. *Audierunt & illi potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum,*
Matth.c.20. n.22. n.22. *Sic Moyses audiuit, posteriora mea videbis;*
Exod.33. n.23. *faciem autem meam videre non poteris.* Exod.33. n.23. Et Ioannes licet Pharisæos increpet propter eorum arrogantiam; quia reprehendebant eum quia aqua baptizaret, tantum dixit; medius autem vestrum stat, quem vos nescitis; quia tam admirabilis est eius humilitas, quod commixtus versatur in populo, & quasi vnus ex conuentu multorum videatur, vt ex responsione sua profectum consequantur.

4. RESPONSIO Theodoreti, *Medius Christus stat inter vos, quia semper desiderat medius existere inter peccatores, & Patrem æternum.* 428. Theodoret. citat. in litt.
Quasi diceret, in hoc cognoscitur, quod Christus est Pastor ouium errantium, quia semper quærit reducere oues ad gregem, mediando, & intercedendo ad Patrem, quia stat medius inter nos, & illum. Ioan.c.10. n.11.

Interrogat Oleaster, *Quare cum tanta, & tam magna Deus pollicitus fuit populo suo, daturus in promissionis terra?* Respondet Moyses Domino. Exod. 33, n.16. nisi facies tua ambulauerit, ne educas nos hinc. Sic Pagninus, & respondet, *Magnum quidem est Pastorem proprias oues custodire; neque mercenariis quantumcumque diligentibus fidere, mercenarius quidem fugit solum quia mercenarius est. Et quia aliter homo res proprias, aliter alienas custodit; ideo Sanctus Moyses nititur ostendere Deo populum suum esse, non Vicarij, qualem se ostendit.* Quasi dicat, Bonus Pastor, qui venit, vt daret animam suam pro ouibus suis; quo modo non medius staret inter Patrem, & peccatores, vt pacem consequantur, quam propter peccatum perdiderant, & hoc signum dat Præcursor Pharisæis, dicens medius inter vos stat, quem vos nescitis. 429. Oleaster in Exod.33. n.16. Transl.Pag. in Exod.33. n.16. Ioan.c.10. n.13. *Christus Pastor qui posuit pacem.*

5. RESPONSIO sit Theodoreti, qui ait, *Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis; quia Pharisæi superbi existimabant scripturas sacras scire, sed in medio scientiarum stabant, & ignorabant eas; quia Messiam non cognoscebant.* Quasi dicat, prudentia huius mundi stultitia est; quia qui nescit se cognoscere, etiam si omnes scientias sciat, nihil scit, quia vt Bernardus ad Eugenium de consideratione ait, *Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputari hoc præstantius est.* 430. Theodoretus citatus. *Elati magistri parum sciunt.* Bernard. ad Eugen. de consider.

Interrogat Oleaster; *Quomodo promisit Deus Moysi ostendere illi omne bonum suum.* Exod.33. n.19. vel vt Pagninus ait, *Ego transire faciam omne bonum meum iuxta faciem tuam?* Vnde iterum admiratus interrogat Oleaster: *O bone Deus, quæ sunt omnia bona tua.* Et respondet, *omnia bona Dei comprehenduntur in hoc verbo, nostri misereri est omne bonum eius.* Quasi dicat, esse sapientem, fortem, iustum, & omnipotentem, magis in hoc verbo manifestatur miserans ignorantiam nostram; quia cum non longe sit ab vnoquoque nostrum, sed in medio semper stat, nos quasi cæci palpamus parietem, & nolumus cognoscere nos nil scire sine auxilio Dei; *Quia non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est,* quia in medio omnium suorum stat, sicut scriptum est; *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Et sic quidquid scitur præter Deum nescire est, vt Chrysologus ait; & Præcursor confirmat dicens Pharisæis, medius vestrum stat, quem vos nescitis, quia humilia non sapere ignorantia est; ideo quia superbi estis, & putatis scire scripturas, illas ignoratis; siquidem Messiam nescitis, qui inter vos est. 431. Oleaster in Exod.33. n.19. Transl.Pag. in Exod.33. *Misericordia exaltat Deū.* Actor.17. n.29. Isai.c.57. n.10. 2.Cor.3.n.5. Matth.28. n.20. Chrysolog. serm. de Lazaro. 1.Cor.5. n.19.

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quomodo intelligatur quod Christus non habuerit calceamenta?

QVæretur vtrum Christus ad nostram eruditionem calceamenta portauerit?

432\. Abulens. 1. RESPONSIO sit, *Quod vt nos doceret perfectionem opere adimplebat, quod verbis præcipiebat*, vt Abulensis ait, sequutus Lyram, & Carthusianum. *Et si Apostolis præcepit, vt probatum est, vt non portarent calceamenta, neque ipse portauit. Et hoc probabilius est.* Quasi dicat, Christus supremus in perfectione Prælatus non solum verbo, sed exemplo tam fidelibus quam perfectis exemplum dedit stans medius inter populos perfectissimus ad Apostolicam vitam gerentibus consilium dans, vt calceamenta, sicut ipse non portent: Quia vt Rupertus ait in Exod. *Nudis pedibus ambulare humilitatis maximum exemplum est.* Ita Christus Religioni humilitatis Seraphici Francisci, ex qua cæteræ sumpserunt, sine calceamentis se exhibuit, tanquam præceptor & caput Apostolorum quibus idem præcepit.

Christus non portauit calceamenta. Rupertus in Exod. *Minorita primi qui calceamenta nō portauerunt.*

433\. Augustinus in Psalm. 67. n. 15. Interrogat Augustinus In Psalm. 67. n. 15. *Quare Apostoli à Psalmista in spiritu vocantur Reges*, vt patet in Psalm. 67. num. 15. *Dum discernit cælestis Reges, super eam niue dealbabuntur in Selmon.* Et respondet, *Quia Reges à regendo dicuntur, & super eam, id est, super Ecclesiam suam Deus Apostolos positurus erat Rectores, & Gubernatores, & tunc dealbandi erant sanctitate, & virtutibus, vt cæteros sub exemplo ædificarent*, Quasi dicat quod magis mouent exempla quàm verba, & quod Christus Dominus verbis præcepit Apostolis, vt calceamenta non portarent & ipse opere adimpleuit.

Exempla mouent. Lucæ. 22.

434\. Caietan. in Gen. Caietanus interrogat, *Quomodo causam criminalem, quam Cain contra iustum Abel commisit Adam non iudicauit: siquidem constitutus fuit à Deo iudex, quando dixit, vt præesset omnibus animantibus.* Genes. 1. num. 26. *Quare ergo Deus causam sibi aduocat præcipitque ne auctor criminis à quouis alio iudicetur. Posuit Dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum.* Genes. 4. num. 15. *Numquid vt expellatur Adamus à iudicis officio misso diuino iure causa recusationis non debent proferri. An quia consanguineus, & Pater recusabatur, an quia crimen secretum erat, renuit Deus, vt in publicum iudicaretur. Sed relicta omnia voluntati Dei. Adamus qui peccando paulo antea innocentiam, & iustitiam amiserat, officium iudicis exercere non poterat, qui enim iustitiam non colit non potest alios in iustitia continere.* Ex quo licet calceamenta portare vel non; præceptum non sit, de iustitia sit, est tamen consilium diuinum, & non consentaneum videbatur rationi dare Christum consilium Apostolis de non calceando; cum ipse calceamenta portaret, sicut & in cæteris consiliis potest de non equitando, & scimus quod in Samaria *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem quia non equitabat.*

Gen. 1. n. 26. Gen. 4. n. 15. *Prædicator operari debet quæ prædicat.* Ioan. c. 4. n. 6.

435\. Augustin. cit. 2. RESPONSIO est Sancti Augustini, & multorum Patrum, *Quod Christus portauit calceamenta, quia ex vi littera Ioannes ait: non sum dignus corrigiam calceamenti soluere, etiam si sandalias portare potuit, quia corrigia ligantur. Et potuit de illis Ioannes loqui. Et probatur, quia terra non erat digna contactu pedum Iesu.* Vnde D. Gaudentius tract. 5. in Exod. ait: *Christus non propter se calceatus est, sed propter nos, quoniam terra sustinere non poterat maiestatis eius nuda vestigia.* Quasi dicat, necesse fuit, quod pedes Domini haberent tegumenta: nam aliàs terra fugeret ne à nudatis plantis Domini tangeretur. Vnde de Sanguine Christi in Cruce pendentis, & in terram cadente dixit Chrysologus: *Saluatoris iniuriam tota senserat creatura. serm. de Christi manifestatione.* Quasi dicat, terra ad contactum sanguinis cadentis, ita tremuit, quod aperta, & diuisa est quasi timore perterrita, & confundi, diuidi, & scindi timebat. Vnde dixit Leo Papa; *Quod quando natus fuit infans Christus cingebatur fasciis, vt reclinaretur in præsepio.* Quasi diceret, quod si nudus in terra poneretur, fugeret, ne à tanta maiestate annihilaretur.

D. Gaudent. tract. 5. in Exod. Chrysolog. ser. de Christi manifest. Luc. c. 2. D. Leo ibi. *Authoritates.*

436\. Abulens. cit. 3. RESPONSIO est Abulensis, qui refert Auctores dicentes, *Quod quando venit ad Ioannem Christus, vt baptizaretur, tunc calceamenta non portabat; quia iam prædicatio eius incipere volebat. At vero quando Christus stabat in medio populorum subditus suis parentibus calceamenta portabat.* Quasi dicat, quod secundum tempora, & occasiones obligat Deus, vt præcepta sua, & consilia custodiant si diues es, da eleemosynam; si infirmus es, non ieiunes; si fortis, & sanus, pœnitentiam age. Si senex contemplationem adde; siquidem pœnitentias & mortificationes non potes facere. Vnde Hieronymus in Ecclesiast. cap. 1. *Omnes pene virtutes mutantur in senibus sola sapientia crescente.* Quasi dicat, ita benignus, & suauis est Deus, quod te solum quærit, non tua, & omnia licet diuersa sint temporibus suis.

Luc. cap. 2. Hieron in Eccl. c. 1.

437\. Oleaster in Deut. 3. n. 6. Interrogat Oleaster in Deuter. cap. 3. n. 6. quid sibi volunt verba illa, *Ego sum Dominus Deus tuus*, Et respondet, *Quia Deus tuus, non suus esse voluit: nam quid quasi habet Deus, quod non sit tuum? Si cœlum habet, tuum est, cuius influentiis viuis; sicut & terram quam dedit filiis hominum; stellas vero creauit in ministerium cunctis gentibus: se moriens dedit in pretium, se regnans in præmium tuum; socius tuus esse voluit, medicus tuus est, qui secundum tempora, & necessitates tuas præcepta sua seruare iussit*, & consilio perfectis viris, vt Apostolis, quibus præcepit, vt calceamenta non portarent. Quia & ipse aliquando discalceatus ambulauit, vt Auctores ab Abulensi citati, narrant. Et ego nil aliud facio quam narrata narrare.

Luc. c. 22.

438\. August. cit. 4. RESPONSIO sit Augustini citati, qui ait, *Si dignum se diceret tantummodo calceamenti corrigiam soluere multum se haberet; quia officium humilitatis in domo Dei magni pretii est, quia seruire Deo regnare est.* Et sicut Principes, & Reges non permittunt seruos suos nullius indigere. Sic Deus humilibus seruis suis

Reg na virtutum humilitas. Apoc. 20. n. 4.

Psl.83.n.11. suis in immensum ditat, vnde scriptum est, Psalm. 83. num. 11. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.*

439. Oleaster. Deuter.c.7. n.23. Translat. Pagnin.in Deut.c.5. Ea quo interrogat Oleaster, quare Deuteron. cap. 7. num. 23. *Pracipit Deus non concupisces qua sunt proximi tui.* Sic legit Pagninus: *Numquid Bone Deus pauperes in domo tua prohibes esse? aut quomodo pauperes non possunt desiderare qua diuitibus, & locupletibus superantur?* Et respondet Oleaster; *Qui enim cupit aliquid, quod est proximi sui, ab eo ditari desiderat, a quo sua indigentia satisfieri ambit; ne ergo illi iniurius esset; ostendendo opere, non posse ab eo ditari, prohibuit aliena concupiscere.* Ac si dicat pauperes spiritu à nullo nisi solum à Deo vero volunt ditari, quia sentiunt iniuriam Deo facere, si indigentiam suam ab hominibus velint Pauperes spiritu ditissimi sunt. subuenire: nam ita ista paupertate ditati, & contenti sunt, quod pro omnibus mundi diuitiis illam non commutarent. Psl.87.n.16. Vnde scriptum est. Psalm. 87. num. 16. *Pauper sum ego à iuuentute mea, & in laboribus humiliatus, & exaltatus.* Quasi dicat, quando seruientes Deo sunt pauperes, & humiliati, tunc exaltati sunt super cœlos. Ideò si Præcursor in domo Domini se iudicaret, vt solueret calceamenta eius, Aug.cit. bene Augustinus dixit, *Quod multum de se prasumeret*; ideò dixit, quod non erat dignus soluere.

440. Rupert.cit. 5. Responsio sit Ruperti, qui ait, *Gemit Ioannes, quòd citò moribundus non sit dignus portare calceamenta, & pradicare gentibus mysteria Incarnationis Christi, sicut Apostoli, qui calceamenta eius fuerunt pradicando.* Quasi dicat? O quam felix & beatus est, qui Verbum Dei peccatoribus fructuosè annuntiat.

441. Hugo Cardin.in Is.60. n.8. Interrogat Hugo Cardinalis in Isai 60. n. 8. *Quare Isaias comparat Pradicatores Ecclesia cum nubibus, & cum columbis. Qui sunt isti* ait Isaias 60. num. 8. *qui vt nubes volant, & quasi columba ad fenestras suas?* Et respondet, *Quia sicut columba inter catera volatilia fecundissima sint. Ita Pradicatores inter cateros innumeros Deo filios lucrantur.* Vnde Translatio Tertull lib. 6. contra Marcion. c. 15. Tertio Tertulliani, *Et quasi columba pullis suis.* Ac si dicat, tanta est lætitia Columbarum quando cum filiis stant in nidulo suo, ac Prædicatores Pradicatores similes Columbis. cum post gemitus innenarrabiles peccatores vident in lucem gratiæ editos; quia sicut ante partum mater gemebunda doloribus oppressa lamentatur, & cum filius in luce est, Ioan. c.16. n.21. *Non meminit pressura propter gaudium.* Ita Luca. 15. n.10. Prædicatores, etiamsi persecutiones patiantur, & labores propter peccatores conuertendos, statim in infinitum lætantur, & participes fiunt Oleaster in Deut.5.n.26 gaudiorum, *Qua in calo super vno peccatore pœnitentiam agente fiunt.* Vnde interrogat Oleaster, quare Deuteron. cap. 5. num. 26. *Dixit Dominus Moysi: accede tu, & audi?* Et respondet, *Quia Doctor non debet esse formidabilis suis, sed amabilis, & familiaris.* Quasi dicat: Prædicator non proponat ante suos oculos Pradicatores fortes. timores, nec formidet prædicare peccatoribus veritatem; quia post conuersionem erit amabilis, & familiaris, quia scriptum est, Psl.18.n.11. *Eloquia Dei desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum.* Vnde Ioannes gemit sicut Columba, quia non erat dignus calceamenta mysteriorum Incarnationis, & Redemptionis prædicare gentilibus, sicut Apostoli prædicarunt quia calceamenta fuerunt Idumæorum, & gentilium per quos gressus, & passus suos Deus ostendit.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quare Euangelista dicit, hac in Bethania facta sunt?

QVæretus, quare locum, & tantas circunstantias Euangelista narrat?

1. Responsio est Ruperti citati, qui 442. Rupertus citat. ait, *Quòd in rebus grauibus semper debent citari testes, & locus, vt probatio sanctitatis Ioannis patefieret.* Quasi diceret honor, & deuotio debita Præcursori baptizanti in Bethania trans-Iordanem, nulli hominum debetur, quia singularissimus fuit in omnibus.

Interrogat Oleaster, *Quare tam efficaciter ad* 443. *populum Israel loquutus est Dominus dicens,* Oleaster in *Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de* Deut.5.n.9. *terra Ægypti.* Deuteron. c. 5. n. 9. Et respondet, *Quia extrema dementia est, in alios debi-* Ioannis excellentia. *ta referri, qua soli vni debemus.* Vnde Christus Matth.c.6. ait, *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Matt. 6. n.24. num. 24. *Ergo neque multo fortius duobus, ac pluribus Diis, quos triginta milia in orbe fuisse historia testantur.* Ac si dicat, Quomodo pau- Tria centum millia Deorũ gentiles venerantur. per homo, qui vni Deo via sufficit possit triginta millibus ministrare. Gratias ergo age Deo tuo, qui te ab hoc onere liberauit, volens vt illi soli seruias. Vnde ad mores docemur, quam cauti esse debeamus in præstandis honoribus; quoniam omne illud superiori detrahimus, quod illi debitum minori impenditur, vt hinc notes qualiter honorificandus sit Ioannes trans Iordanem baptizans, cum sit maior inter omnes sanctos Dei.

2. Responsio est Chrysostomi. *Bapti-* 444. *zabat*, inquit, *trans-Iordanem Ioannes, non* Chrysost. citat. *in angulo, vel occulte, sed coram omni populo.* Quasi dicat, *Quod pradicator non debet esse ti-* Is.c.42.n.9. *midus, sed virilis,* sicut Isaias ait, *Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem cap. 42. num. 9. Exalta, noli timere.* Vnde Bonauentura in Lucam cap. 11. ait, ea quo Bonau.in patet, *Quod laudator diuini nominis non debet* Luc.11. *esse timidus, sed laudum erubescat, & virilis, & humilis sit.* Et D. Bernardus, *Quasi tuba Pra-* Bern.cit. *dicatores debent coram omnibus veritatem dicere, quia fortiter increpandi sunt peccatores rebelles, propter quod dicit Chrysostomus, quod in Betha-* Chrysost. *nia baptizabat, & pradicabat Pracursor Domini, non in angulo, vel occultè, sed coram omnibus.*

3. Responsio est Alcuini, qui ait, 445. *Quod Bethania domus obedientia interpretatur,* Alcuinus in *quia per illam ad Baptismum omnes debent per-* Catena. *uenire.* Quasi dicat, ô quam admirabilis est Obedientia in arduis perfecta. obedientiæ virtus, & præcipuè in his, quæ non per præcepta tenentur, sicut in Baptismo

Ioannis, vbi non erat præceptum præparationis ad illum recipiendum, quia non dabat gratiam.

446. Basil apud Mendoça in lib Reg. cit. Ps. 136. n. 2. & n. 4.

Interrogat Diuus Basilius, *Quare dum Captiui ducerentur in Babyloniam filij Israel dixerunt rogantibus, vt canerent, quomodo cantabimus Canticum nouum in terra aliena*. Psalm. 136. num. 2. & 4. *Et iterum, in salicibus in medio eius suspendimus, organa nostra. Sed cur ab his etiam actibus lege nequaquam vetitis abstinebantur*? Respondet, *Ideò à diuinis Canticis se abstinebant, vt diuinam legem etiam vltrò quam illa præciperet, cautius, & accuratius custodirent*. Quasi dicat, quod perfecta obedientia etiam non in prohibitis neque præceptis æstimatur, & ad perfectionem inducit. Sed heu dolor quanti qui præcepto obedientiæ se fortiter astrinxerunt procaces sunt ad obediendum Deo; apri vero Pharaoni, & mundo. O quot sunt in Religionibus, & Dignitatibus constituti qui immobiles inhærent ad subditos subleuandos in necessitatibus suis, & ad nutum Principum, & eorum à quibus suum augmentum dependet, auidè intendunt, de quibus scriptum est. Psalm. 105. num. 7. *Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum, quin vt glossa ait, Habitauerunt, & dubitarunt, an viam arriperent versus, ne fluctibus fortasse obruerentur*. Quasi diceret, quanti sunt duriores ad obediendum Deo, & obligationibus officij sui, quam ad seruiendum Pharaoni, & voluptatibus sæcularibus, & præfecturis mundi. Isti similes sunt Ægyptiis qui sine vlla trepidatione in mare irruerunt.

Obedientia prompta ad omnia.

Ps. 105. n. 7.

Impij ad peccata fortissimi, non ad virtutem. Ambitiosi audaces sunt.

447. Bern. in declamat.

Vnde Bernardus in declamationibus ait, *Longè aliud est in luto aquarum multarum in fundo dimissi maris iter capere, & terrena possidere; aliud ipsam quoque vndam calcare omnia relinquendo*. Ac si dicat. O quanti ingrediuntur in hoc mare magnum altissimam perfectionem promittendo, & iter capiunt in luto aquarum multarum, sed in fundo diuisi maris summersi remanserunt, quia corde terrena possidendo, vndas sæculi non verè calcarunt, neque Deo, sed Pharaoni Regi, mundo, & dignitatibus obedierunt; alij verò sunt, qui verè vndas sæculi calcarunt, omnia relinquendo, & hæc omnia facta sunt in Bethania, id est, in domo obedientiæ, vbi ex omni genere piscium congregantur.

Religiosi vndas sæculi debent calcare.

Prædicatores doctissimi sint.

4. RESPONSIO est Origenis citati, qui ait, *Quod domus Bethania interpretatur præparatio, quod idem est, quod Baptismus Ioannis, qui præparabat Domino plebem perfectam*. Quasi dicat, quod ad prædicandum Baptismum pœnitentiæ est necessaria præparatio in prædicatore. Vnde Hugo citatus in Sylueira in cap. 3. Matth. ait: *Christus antequam prædicaret venit ad Baptismum, vt te doceat, quod prius quilibet se debet opere pœnitentiæ lauare, & tunc prædicare*. Quasi dicat, magna vis præuentionis ad quodlibet Sacramentum celebrandum. Vnde Interrogat Bernardus serm. 39. de paruis, quomodo intelliguntur verba, Psalm. 20. num. 4. *Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: quæ enim benedictio dulcedinis est ista*? Respondet: *Propria benedictio dulcedinis nominatur ea, quæ præuenit*. Ac si dicat: Dulciora sunt super mel, & fauum Sacramenta, quæ recipiuntur cum attentissima præuentione; quia mens huiusmodi plena dulcedine inuenitur; qui vero non præuenitur ad quodlibet opus graue operandum, amaritudinibus, & doloribus affligitur. Vnde eleganter dixit Oleaster in Deut. cap. 5. *Optima prudentia magistra experta præparationis indigentia*. Quasi dicat, qui non præparatur ad opus publicum cito luget, quod est irremediabile malum propter contemptum præparationis. *Propterea fontes Baptismatis*, inquit Origenes, *in Bethania prosiliebant, quia erat optima domus præparationis ad gratiam*.

448. Origen. cit.

Hugo cit. in Sylu. tom. 1. ad c. 3. Matt.

Bern ser 39. de paru s. Ps. 20. n. 4.

Prædicator laboribus plenus.

Oleaster in Deut.

Opprobriis fugetatur prædicator.

Origen. cit.

TRACTATVS

TRACTATVS XIII.
AD LITTERAM,
Super Caput III. Lucæ.

TEXTVS.

1. ANNO autem quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam; Tetrarcha autem Galileæ Herode; Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis Regionis, & Lysania Abilinæ Tetrarcha. 2. Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caïpha factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. 3. Et venit in omnem Regionem Iordanis Prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

EXPOSITIO Difficultatis.

449. Matth. 3. vers. 1. Marc. 1. v. 2. Ioan 1. v. 23. Luc. 3. v. 1. QVAMVIS omnes Euangelistæ, vt Matth. cap. 3. vers. 1. Marcus cap. 1. vers. 2. Ioannes cap. 1. vers. 23. de tempore quo Christus cœpit prædicare, & mirabilia facere tractauerunt. Sed Lucas singulariter de infantilibus Christi actionibus, & de rebus gestis in pueritia eius magis historicè tractauit, scilicet, de tempore, de Rege, de statu Reipublicæ Iudæorum, & de omnibus circunstantiis, scilicet, de diuisione Tetrarcharum, id est, partium regiminis, (vt statim dicam,) & omnibus rebus sic dispositis, incepit Euangelista narrare tempus prædicationis Ioannis, & causam propter quam facta est vox Domini super eum, quæ nulla alia fuit nisi, vt sciremus quomodo, & quando Christus sese profiteri cœperit Saluatorem mundi; quomodo (vt ita loquar) suum inierit magistratum; iam ergo præsupposito motiuo Euangelistæ Lucæ quo (Baron.) sequentia Sancti Euangelij narrat, incipit à tempore Imperatoris, quod fuit anno quintodecimo Tiberij Cæsaris, & trigesimo ætatis Præcursoris; quia antè tempus hoc completum nemo inter Iudæos poterat prædicare.

450. Et si aliquis insinuet, quare vt fidem historiæ magis adhiberetur, non narrat Euangelista tempus, & Imperatorem in quo, & sub quo natus est Præcursor Baptista. Respondet (Euthym. Maldon. in c. 3. Lucæ.) optimè Maldonatus, & Euthymius ad cap. 3. Lucæ, *Quia Augustus Cæsar imperabat, cum Ioannes natus fuit, & per consequens, cum ortus est Saluator, & tunc omnia erant in pace composita, & Iudæa proprium habebat Regem Herodem, scilicet, & sic res, quæ in ea contigerant* (*Herodes Rex alienigena.*) *ex proprio potius, quàm ex alieno Rege erant describendæ; cùm autem prædicare cœperunt Christus, & Ioannes deleto Regni titulo, & in Prouinciam redacta erant Syriæ attributa. Ideò Imperatorem Tiberium Cæsarem, qui vbique tunc dominabatur, & Præsidem Iudææ, aliósque Tetrarchas inter quos distributum regnum fuerat, nominauit.*

451. (Sueton. c. 27.) Notabile dignum ex Suetonio referam c. 27. quod quando Ioannes, & Christus nati sunt, vt Euangelista narrat, omnia erant in pace composita; Et addit Suetonius, quod Tiberius, cum primum Principatum obtinuit, se Dominum dici prohibuit, non sine Dei prouidentia, quia Christus Dominus aderat, & quasi possessionem omnium populorum spiritualiter incipiebat tenere, non temporale imperium. Vnde narrat Tertullianus in Apologia aduersus gentes Oro- (Tertull. in Apologet. Oros. lib. 7. c. 4. Euseb. lib. 2. hist. c. 1.) sius lib. 7. cap. 4. Eusebius lib. 2. Historiæ c. 1. *Cum iste Tiberius mirabilia de Iesu audiuisset ad Senatum proposuit, vt inter Deos enumeraretur, qui renuit; quia inter Deos qui os habent, & non loquuntur, non erat annumerandum Verbum æternum Patris, quod ab æterno coæquale est cum eo, & Spiritu Sancto, qui locutus est per Prophetas, & in ore Ioannis hodie cœpit clamare in deserto*, vt in expositione litteræ patebit. Nunc ad Translationes procedamus.

EXPOSITIO TEXTVS iuxta vulgatam & alias Translationes.

Vulgata editio. 1. Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris.

Tertull. in Apolog. aduersus gentes. 2. Anno decimo quinto Principatus Tiberiani.

Translatio

Transla- tio Vatabli. 3. Anno autem decimoquinto Tiberij Cæsaris Pontio Pilato Præside Iudææ.

Translatio Syriaca. 4. Anno autem decimoquinto Regni Tiberij Cæsaris sub Præfectura Pontij Pilati in Ihoudæa dum esset Tetrarcha Herodes in Galilæa.

Caieta- in Euangelia. 5. Anno autem quinto decimo Imperij Tiberij Cæsaris Pilato Præside agente.

Augustinus. 6. Decimum quintum annum Tiberius Principatus agebat.

Nicolaus de Lyra in c. 3. Lucæ. 7. Anno decimo quinto Imperij Tiberij Cæsaris, Ioannis fuit 30. tempus debitum prædicationi.

Gregorius in Catena Sancti Thomæ. 8. Anno decimo quinto Imperij Tiberij Cæsaris quo Verbum prædicationis accedit.

Origenes in Catena. 9. Anno Prophetico sermone solis Iudæis prædicato.

Beda in Catena. 10. Anno duodecimo Tiberij Cæsaris, in quo Pilatus missus est in Iudæam,

DIFFICVLTAS I.

Quid intelligitur per hoc vocabulum Tetrarcha?

452. *Abul. q. 4. in 14. Matth.* QVæretur, quid est Tetrarcha, & quid significat hoc loco? Respondeo cum Abulensi q. 4. in Matth. 14. *Quod Tetrarchia est vox Græca, & illi dicebantur Tetrarchæ qui quartam partem alicuius regni gubernabant.* Pro quo sciendum est, quod tota gens Iudæorum quando cepit primo habere Regem fuit simul tota sub vno Rege, vt 1. Reg. 11. & 12. patet, vbi Saül *1. Reg. 11. 12.* electus à Deo fuit Rex, & tunc erat propriè regnum Principatus Iudæorum. Postea successit Isboseth filius Saülis, & vnctus est in Regem, vt patet 2. Reg. 2. Postea Tribus Iuda *2. Reg. 2.* recepit Dauid in Dominum, & quanquam esset Principatus diuisus, vterque tamen Principatus erat Regalis. Post mortem Dauid successit Salomon, mortuóque Salamone diuisum est Regnum, quia duæ tribus, scilicet, Iuda, & Benjamin manserunt cum Roboam filio Salomonis, & decem tribus transierunt ad Hieroboam 3. Reg. 12. Et sic fuit vterque Princi- *3. Reg. 12.* patus Regalis, & durauit sic longo tempore, vocabatúrque Regnum Roboam, & successorum eius Regnum Israël.

453. Rex verò Israël filius Oseæ, & decem tribus translatæ sunt in Assyrios, vt patet 4. Reg. 17. Et tunc desiit esse Regnum Israël, mansitque solum Regnum Iuda in terra Hebræorum *4. Reg. 17.* post aliquanto tempore vsque ad captiuitatem Babylonis, & tunc desiit esse Regnum Iuda, quia Iudæorum plurimi translati sunt in Babylonem, cæteri vero fugerunt in Ægyptum timore Chaldæorum occiso Godolia, vt patet 4. Reg. 25. & Hieremiæ 42. & tunc mansit terra Iudæorum deserta per Septuaginta annos, vt patet Paralipom. 36. *4. Reg. 25. Hierem 42. Paralip. 36.*

454. Post reditum vero Babylonis fuit apud Iudæos tota gens semper sub vnitate Principatus, & erat Princeps summus Sacerdos, & hoc durauit vsque ad filios Ioannis Hircani, qui sibi coronam imposuerunt Regalem, quia erant de stirpe Machabæorum, fuerúntque aliqui Reges de stirpe eorum vsque ad Aristobolum Hircanum qui de Regno contendentes Regnum perdiderunt, sequutáque sunt mala plurima in gente Iudæorum. Et tunc viuente Hircano, qui Rex, & summus Sacerdos fuerat Herodis Antipatri filius quem Ascalonitam nuncupamus concedentibus Romanis Rex Iudæorum factus est, & ibi cessauit principatus Iudæorum, & ablatum est sceptrum de Iuda; *Hircanus erat de stirpe successoris in Israël.* *Et Dux de femore, vt prophetatum erat; quia tunc venit ille, qui mittendus erat, scilicet, Christus, qui natus est nobis in diebus Herodis Regis,* vt Matth. 2. patet, *& sub hoc tota gens Iudæorum fuit sub vno Principe Herode, & sub vno principatu eorum, qui redierant de Babylone.* Nam decem tribus, quæ in Assyrios translatæ fuerant, nunquam postea redierunt, sed mixti inter Assyrios manent vsque ad præsentem diem. Quidquid fabulosi, & sommiantes Hebræi docent de flumine lapideo, sub sphæra habitante, vbi delirantes dicunt, quod manent vsque hodie. *Gen. 49. n. 10. Matth. 2. Authoris mens. Hebræorum delirium.*

455. Mortuo autem isto Herode successit Archelaus filius eius in regno, vt patet Matth. 2. & *Matth. 2.* ille cum regnasset decem annis relegatus est in Vienam Vrbem Galilææ propter accusationes Iudæorum, ibique mortuus est. Pro cuius exitu Octauianus Augustus diuisit terram Iudæorum in quatuor partes, & tradidit tres partes filiis Herodis; vnam verò commisit Pontio Pilato: & quilibet Principatus istorum vocabatur Tetrarchia, & Princeps vocabatur Tetrarcha. Et tempore Præcursoris Baptistæ erat iste *Tetrarchiæ origo.* modus Principatus in terra Iudæorum. Vnde Sanctus Lucas cap. 3. ponit clarè, & specialiter *Luc. c. 3.* Tetrarchias istas dicens anno quinto decimo Imperij Tiberij Cæsaris procurante, vel vt translatio alia citata dicit: *Gubernante Pontio Pilato Iudæam?* Tetrarcha autem Galileæ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituræa, & Trachonitidis regionis. Lisania Abilinæ Tetrarcha. Quasi diceret Euangelista, Principatus Israël per Tetrarchias gubernabatur, id est, per diuisiones quatuor partium Regni, eo modo quo declaratum est. *In quatuor partes diuisũ Regnum.*

456. Et si quæratur, quomodo Marcus Euangelista vocat Herodem Regem Marc. 6. *Vbi puellæ saltanti promisit dimidium Regni sui, & communiter vocetur ab omnibus crudelis Rex Herodes, qui misit, inquit Ecclesia, in officio decollationis Baptistæ, Rex incredulus ministros detestabiles, vt amputarent caput Ioannis?* Respondet Teophylactus, *Marc. 6. Quare vocetur Herodes Rex. Officium Ecclesiæ in decollatione Baptistæ.*

Theophylactus, quid Matthæus, & Lucas 3. non Regem, sed Tetrarcham vocant Herodem, aut quia filius Regis erat; aut quia hoc non ei, id est. Herodi congruum existebat. Vnde Abulensis quæst. 5. in Matth. 14. dicit, quod Tetrarcha, & Rex potuit in Herode subsistere, sed quia Romani nolebant Regem audire in Iudæam; ideò Tetrarcha communiter appellatur; quamuis ipse affectabat vocari Rex propter maiorem dignitatem, sed re vera Tetrarcha erat, vt Matthæus, & Lucas 3. aiunt.

Abul. q. 5. in Matt. 14. — Matth. c. 14. — Lucæ 3.

DIFFICVLTAS II.

Quare tam proceres Principes Sanctus Lucas enumerat?

QVæritur, quæ vtilitas est in enumeratione Principum tam iniquorum initio prædicationis Baptistæ.

457. 1. RESPONSIO Bonauenturæ nostri in Lucam 3. *Vt fundamenta fidei paterent omnibus, & scirent quod isti Gubernatores iniqui iam erant à Regno Iudaico exclusi, & quod Regnum de stirpe Iuda finierat, & adimpleta erat Prophetia* Genes. 49. num. 10. *Non auferetur sceptrum de Iuda, neque Dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus est.* Quasi dicat, Seraphicus Doctor, sciant gentes, quoniam prope est, in ianuis regnum Dei, & propheriæ iam in Christo incipiunt adimpleri. Ideò Lucas Euangelista Rumanorum Imperium memorat, quia Danielis 2. scriptum est, num. 31. *In diebus Regnorum illorum (id est Romanorum) suscitabit Deus cœli, & terra Regnum, quod in æternum non dissipabitur, & quod alteri populo non tradetur.* Quasi dicat, *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris principaliter Regnum Messia voce quasi pracone intonante Præcursoris Baptista.*

Bonau. in Luc. 3. — *Reges Iudæa nõ erant iam.* — Genes. 49. n. 10. — *Iudæi sine duce Imperio & Regno.* — Dan. 2. n. 31. — *Regnũ æternũ Christianorum.*

458. 2. RESPONSIO Sancti Gregorij in Catena Sancti Thomæ: *Redemptoris Præcursor, quo tempore Verbum prædicationis accedit; memorato Romana Reipublica Principe, & Iudaa Regibus designatur, cum dicitur, anno quintodecimo Imperij Tiberij, &c.* Quasi dicat, quia Christus prædicare veniebat, qui ex Iudæa quosdam., & mulros ex gentibus redempturus erat per Regem gentium, & Principes Iudæorum, prædicationis eius tempora designantur.

S. Gregor. in Cathen. S. Thom. — *Christus fecit vtrũque populum vnum.*

459. 3. RESPONSIO est Origenis in Glossa citati, qui ait, *In prophetico quidem sermone solus Iudaus prædicatur, solum Iudæorum regnum describitur.* Visiu (inquit) Isaiæ in diebus Oziæ, Ioatham, Acham, & Ezechiæ Regum Iuda: Isai cap. 1. n. 1. *At in Euangelio quod erat prædicandum vniuerso mundo Dominium describitur Tiberij Cæsaris, qui totius orbis Dominus videbatur.* Quasi dicat, respondendo ad quæsitum, nemo miretur quia ponuntur ab Euangelista Tetrarchiæ Tyrannorum, & sub Imperio Tiberij Cæsaris; quia fastidium malorum Principum assignatur, vt gaudium, & consolatio totius orbis magis elucescat aduentu Messiæ, qui per excellentiam vocatur Rex Pacificus, & Pastor ouium errantium.

Origen. in Glossa cit. Is. 1. — *Tyranni addiciũ fastidiant.* — *Officium Ecclesi. in die natiuitatis Domini.* — Ioan. 11. n. 24.

460. 4. RESPONSIO *Vt magis appareat Reipublica miserrimus status, vbi tot venenosa dominabantur Serpentes: nam Tiberius fuit crudelis, qui omnes Senatores interfecit. Pilatus, dum proprium scelus recusabat in passione Christi timendo Cæsarem alienum crimen acquisiuit. Herodes vulpes lasciua, qui fingendo diligere Ioannem, eum occidit. Philippus vecordia onustus, Annas & Caiphas ambitione. Sed de hoc ad mores infra.*

Auctores mens. Gubernatores tunc ij dominantur sordi.

461. 5. RESPONSIO est Bedæ in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Tetrarchia ab Euangelista designantur, vt constet quod Regnum Iudæa quominus validum fieret id Augustus per tetrarchias diuidere curauit.* Quasi dicat, sicut Regnum diuisum desolabitur, sic Romanorum prætextus laborabat diuidere in quatuor Tetrarcharum partes Regnum Iudæorum, vt ruina periret, & diuisionibus consumeretur.

Beda in Catena — Matth. c. 12. n. 24.

462. 6. RESPONSIO est Tertulliani aduersus Iudæos cap. 13. qui secundum Isaiam 51. num. 7. ait, *Regionem vestram alieni deuorant, id est, ô Iudæi supplicium irrefragabile euenit vobis, eo quod tempus visitationis non cognouistis, quod populus, & ciuitas, quæ erat Domina gentium fieret sub tributo Romanorum; nulla enim maior infelicitas excogitari potest quam monarchia, & regnum ab omnibus æstimatũ, & veneratum ab omnibus, in opprobrium, & contemptum perueniat.* Vnde vt notat Sylueira Cluniacceus eleganter dixit de Saüle, *Quod plus torquebatur præsentia Dauidis, quàm spiritu dæmonis malo: nam iste torquebat corpus; ille vero cor tanquam hostis è quo videbat occupandum suum Regale solium, vt ipsemet confessus est.* 1. Reg. 24. num. 21. Quasi dicat, nullum tam rigidum supplicium, tota inferni multitudo infligere valet, quàm dum homo à suo se videt loco depositum, & inimicum suum in eum introductum.

Tertull. aduers. Iudæos c. 13. — Is. c. 51. n. 7. — Sylueira cit. Cluniaceus tract. contra Iudæos. — 1. Reg. c. 24. n. 21. — *Inuidia plus torquet quã Dæmon.*

463. Vltima Responsio Lyrani, qui ait, in sua glossa, *Tempus hoc quo Ioannes incepit prædicare fuit 30. annorum, & hoc est debitum prædicationi, quia tunc viget ætas virilis.* Et addit, *Quod Tiberius Cæsar, de quo dicit Lucas, quod anno quintodecimo Imperij sui factum est Verbum Domini ad Ioannem successit Octauiano Augusto, sub quo natus est Christus, scilicet, quadragesimo anno Imperij eius. Et similiter Ioannes Baptista per dimidium annum ante eum. Augustus autem imperauit quinquaginta septem annis, & sic anno quintodecimo Imperij Tiberij Ioannes fuit triginta annorum. Et Ioseph quando stetit coram Pharaone* Genes. 41. Et Ezechiel quando incepit prophetare. *Erant omnes triginta annorum*, vt patet Ezechiel cap. 1. narrauit autem Lucas cap. 3. *Omnes circumstantias temporis, & Principum, & diuisionem in Tetrarchias propter magnitudinem historia narranda, vt memoria, & fidei à generatione in generationem.*

Lyranus in Glossa. — *Prædicatores nõ impuberi.* — Gen. 41. — Ezech. c. 1. — Luc. c. 3.

***

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS III.

Quare ponuntur Sacerdotes Anna, & Caiphas in ista enarratione?

QVæritur, quare Sacerdotes introducuntur in ista narratione?

464. Lyranus apostes in c.3. Ioann. & Ioseph hist. scholast. 1. RESPONSIO est, Lyrani, qui ait, *Quod secundum Iosephum, & historiam scholasticam Sacerdotium non procedebat tunc secundum genealogiam, & dignitatem generis, prout in lege fuerat statutum, sed passim à Romanis vendebatur. Ita quod non solum singulis annis mutabatur Sacerdotium, sed etiam aliquando in eodem anno, & ideò à quintodecimo anno Tiberij Cæsaris, quo incepit prædicatio Ioannis vsque ad decimum octauum annum Tiberij, in quo passus est Iesus, plures fuerunt Sacerdotes, quam isti duo. Sed quia Anna erat summus Sacerdos, quando Ioannes cœpit prædicare, & Caiphas, quando passus est Iesus.* ideò Lucas de istis duobus tantum mentionem fecit.

Officia venalia signū regni perituri.

Luc. c.3.

465. Euthym. cit. à Maldon. in c.3 Matth. Ioan. c.10. n.8. 2. RESPONSIO est Euthymij, qui ait, *Annam verò, & propriè fuisse Sacerdotem, Caipham vero, quia gener eius erat*, vt ait Ioannes cap. 10. num. 8. *Non Sacerdotem propriè, sed Sacerdotis adiutorem fuisse, quales nunc confectus senio Episcopis dare solent.*

466. Maldonatus in Euang. c.3. Lucæ. 3. RESPONSIO est aliquorum quos refert Maldonatus, *Asserentium Caipham vero Sacerdotem fuisse; Annam vero, quia eius erat socer. Et quia ipse antea functus fuerat Sacerdotio; quamuis ab eo per Valerium Gratum motus fuisset, appellationem tamen honoris remansisse; sicut solent hodie, eos, qui aliquando Episcopi fuerunt, etiamsi Episcopi non sint in exercitio appellamus Episcopos.*

467. Sent. eiusdē Auctoris in Luc.3. 4. RESPONSIO est Maldonati in Lucam cap. 3. *Annam & Caipham largitionibus à Romanis obtinuisse, vt alternis annis Sacerdotio fungerentur, omnia enim tunc apud Romanos, & Iudæos venalia erant*, vt Iosephus citatus à Lyra in Glossa dicit, & nos supra retulimus, Vnde Ambrosius citatus in Cathena S. Thomæ ait: *Legalibus namque, tunc præceptis vi, & ambitione cessantibus nullis Pontificatus honor, vita, vel generis merito reddebatur, sed Romana potestate summa Sacerdotij dignitas præstabatur.*

Ioseph. Lyran. Ambros. in Catena.

468. Syluius lib. 3 ad c.1 Ioan. Ioseph. cit. 5. RESPONSIO non displicet mihi, Syluestra lib. 3. ad c. 1. asserentis, *Quod Caiphas pro illo tempore solus esset Pontifex*, vt ait Iosephus supra citatus; *Tamen Annas ita dicebatur. Imo & prior ipse nominatur, quam Caiphas, quia apud ipsum gratia, & auctoritate multum valebat; ita vt nihil eo inconsulto ageretur, & aliquando in nostra Republica Christiana euentum est, vt ille qui intimus à secretis est Regis æstimetur plurìs quàm ipse Rex. Et probatur hoc assumptum ab auctore isto, quia Christo Domino à Iudæis comprehenso*, ait Ioann. cap. 18. num. 13. *Adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.*

Primati à Rege perniciosi.

Ioan. c.18. n.13.

469. Primatus Regem regit. Et interrogatus, cur Dominus Iesus prius adducitur ante alium, quam ante summum Sacerdotem, cum causa illius ad Religionem pertineret. *Dicebant enim, quia filium Dei se fecit*, Ioann. cap. 18. Respondetur, *Quia Annas erat, qui gratia, & amicitia apud Pontificem plurimum valebat; ideò Saluator ad ipsum primo defertur.* Vnde D. Augustinus ait. *Non enim tacet causam, cur primum Dominus ductus sit ad Annam, subdens: erat enim socer Caiphæ.* Quasi dicat, socer affinitate consanguineus, & amore amicitiæ coniunctus cum supremo potestate. Quis eo inconsulto auderet passum abire? De hoc ad mores plura statim

Ioan. 18.

Augustin. in Ioan. 18.

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo factum est verbum Domini super Ioannem.

QVæritur, quomodo factum Verbum dicatur, cum dicta Verba potius & melius intelligantur?

1. RESPONSIO sit Lyrani, qui ait, *Factum est verbum ad Ioannem per reuelationem diuinam, per quam habuit mandatum de prædicatione exequenda.* Ac si dicat, *gratia Dei prius operabatur intus verbum; ideo dicitur factum est Et postea quæ Spiritus Sanctus inspirabat, Ioannes pronunciabat.* Hæc Beda in Glossa. 470. Lyra in Glossa ad c.3. Lucæ.

Bed. in Glos.

2. RESPONSIO Chrysostomi est, qui ait in Catena Sancti Thomæ, *Verbum Dei hic mandatum esse dicitur, quia non à se Zachariæ filius, sed à Deo ipsum mouente.* Quasi dicat, factum est verbum in corde Ioannis prius, & postea motus loquebatur. 471. Chrysost. in Catena. S. Thom.

3. RESPONSIO Ambrosij in Catena, *Congregaturus autem Ecclesiam Dei filius ante operatur in seruulo, & ideo bene dicitur factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, vt Ecclesia non ab homine cœperit, sed à Deo.* Quasi dicat, Ecclesia Dei sic habet fundamenta à Deo inspirata, non ab hominibus plantata; Et ita verbum diuinum prius operabatur intus quàm foras loqueretur. 472. Ambros. in Cathena.

Interna inspiratio omnes mouet.

4. RESPONSIO, *Factum est verbum super Ioannem non in Ioanne; quia compendio Euangelista vsus est, vt personam Ioannis declararet; quia nullius eget iudicio sui, qui verbo Dei abundet; vnum enim annuntians omnia declarauit.* Quasi dicat, Prophetæ & Sancti Dei encomiis, & laudibus egent, cum narrantur eorū gesta, & mirabilia. At vero Ioannes Euangelista dixit compendio tacendo omnia elogia, solum dicendo Verbum Dei factum super eum. 473. Auctoris mens

Laus eximia Præcursoris.

5. RESPONSIO Chrysologi serm. 157. *Quare Verbum Domini super Ioannem, & non ad Ioannem Quoniam quod desursum est, super omnes est; quia Ioannes vox est, Deus Verbum, factum est Verbum Domini super Ioannem, super seruum Dominus, super vocem.* Quasi dicat: O vos homines, qui deuote, & attentè mirabilia Ioannis audistis, aduertite, quod verbum Domini est super eum, id maius eo est; quia Ioannes est vox, Christus verbum caro factum, ne excellentiorem putetis, quia etsi sit maior hominibus, non tamen Deo, quia super eum factum est verbum. 474. Chrysolog. serm. 157.

Prædicator non potest resistere mandatis internis Dei.

Verbū maius est Ioanne.

6. RESPONSIO

475. Maldonat. in Euang. Carthus. in Euang.

6. Responsio Maldonati, *Factum est Verbum super Ioannem, id est, iussus est à Deo Ioannes cum in deserto esset, prædicare; hoc enim Hebraica phrasis significat, id est, dictum est ad Ioannem per Angelum*, vt Carthusianus insinuat.

476. *Hæreticorum delirium.*

Ridiculosa est interpretatio Hæreticorum, quam ad propositum refert Maldonatus, *acriter & doctè eos impugnando: Dicant enim, colligimus nullos esse veros Doctores, nisi quibus à Deo iniunctum est munus, nec sufficit Verbum Dei habere, nisi accedat spiritualis vocatio. Si ergo summi Prophetæ vocationem Dei expectarunt, quales sunt, qui hodie se ingerunt? Hæc Caluinus. Testimonium Caluini verum est*, vt de Cretensibus dicit D. Paulus 1. Titi cap. 13. *Sed nullo Testimonio potuit melius labefactari peruersa eorum Ecclesia: nam si non sufficit Verbum Dei nisi accedat vocatio, Quid de Caluino, & Lutheranis dicemus, qui nec a Deo vocati sunt, neque Verbum Dei, sed Diaboli habent.* Hæc Maldonatus citatus. Quasi dicat, si factum est Verbum Domini super Ioannem in deserto ieiunantem, orantem, pœnitentem, vt Abulensis dixit, quod non fuit Anachoreta in toto orbe ita austerus; quomodo ministri Caluinistarum, & Lutheranorum luxuriosè viuentes, & cum monialibus nuptias celebrantes, & voluptatibus dediti, inobedientes Ecclesiæ, & Conciliis; vitam austeram, & Religiosam contradicentes vocationem Spiritus Sancti ad prædicandum habebunt; sed populus eorum, sicut Sacerdotes eorum. Sed Verbum Domini, vel sermo Domini, vt translatio Syriaca dixit, *Super Ioannem pœnitentem factum est*: quia vt translatio Hebræa dicit: *Dominus allocutus est Ioannem, & seruos Dei, quia quoties loquuntur opere adimplent, quod ore prædicant.*

Luxuriosi nō prædicent. Maldonatus citat. Abulens. supra cit. Translat. Syriaca. Translat. Hebr.

DIFFICVLTAS V.

Quomodo intelligenda sunt verba, Et venit in omnem Regionem Iordanis, prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum?

QVæritur, quomodo venit Ioannes per Regionem Iordanis prædicans Baptismum in remissionem peccatorum:

477. Chrys. in Catena S. Thom.

1. Responsio est Chrysostomi in Catena Sancti Thomæ citati: *Cum enim nondum oblata esset hostia, neque descendisset spiritus, qualiter erat facienda remissio: Erant siquidem Iudæi ignaui, nec culpas proprias perpendebant: quoniam igitur hæc erat causa malorum, vt peccata agnoscerent ad Redemptorem quærendum venit Ioannes hortans illos pœnitentiam agere, vt per pœnitentiam effecti meliores, atque contriti ad recipiendam veniam satagant.* Ac si dicat, rectè venit Ioannes prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum; quia suadebat illos pœnitere, vt subsequentem veniam faciliùs impetrarent credentes in Christum. Vnde Baptismus illud nullam aliam habebat causam, nisi quod præparatorium erat ad fidem Christi.

Lucæ c. 3. *Baptismus Ioannis quid.*

Franc. Rojas in Euang. Tom. I.

2. Responsio Ambrosij in Catena. *Ideo plerique Sancto Ioanni typum legis imponunt, eo quòd lex gratiam denuntiare potuit, donare non potuit.* Ac si dicat, lex semper dabat gratiam per Christum futurum, & Baptismus annuntiabat illam proximam, non dabat. 478. Ambros. in Catena

3. Responsio Gregorij Nazianzeni in Catena, *Baptizauit Moyses*, (inquit,) *sed in aqua, nube, & mari; hoc autem figuraliter agebatur. Baptizauit quoque Ioannes, non vtique ritu Iudæorum; non enim solum in aqua, sed etiam in remissionem peccatorum; non tamen omnino spiritualiter, neque enim in spiritu baptizat Iesus, & hic est perfectio.* Quasi dicat Sanctus, maior fuit Baptismus Ioannis, quàm Baptismus Moysis, sed minor quàm Baptismus Christi; quia non in Spiritu Sancto, hoc est, gratiam Sancti Spiritus non dabat Baptismus Ioannis, sicut Baptismus Christi. 479. Greg. Naz. in Catena

Baptismus Ioannis gratiam non præstabat.

4. Responsio Abulensis in Matth. c. 3. quæst. 38. qui ait, *Quod primus institutor Baptismi fuit Ioannes, & probat hoc auctoritate* D. Augustini dicentis, *Nulli præcedentium Prophetarum fuit datum baptizare, nisi soli Ioanni.* Quasi dicat, efficiens causa Baptismi Ioannes est; eius materia aqua materialis, *Sub nulla verborum forma dabatur.* Ita Suarez 3. part. tom. 3. disp. 25. sect. 1. *Ideoque tota essentia eius in exteriori ablutione consistebat. Et effectus huius Baptismi non erat gratiam conferre, immediatè, & ex opere operato: hoc enim proprium est Baptismi Christi*, vt docet Sanctus Thomas q. 38. art. 2. Sotus in 4. dist. 2. quæst. 1. art. 1. Canisius lib. de Baptismo Ioannis cap. 7. *Et ideo dicebat Ioannes; ego baptizo vos aqua; ipse vero vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni*, Lucæ 3. n. 16. Quasi dicat, ego vos baptizo in nomine Christi, qui vos baptizabit in gratia, & charitate Spiritu Sancti. Et sic Baptismus Ioannis erat quædam quasi protestatio, qua homines profitebantur semetipsos pœnitentiam acturos in cuius testimonium dabatur Baptismus, & virtute ipsius pœnitentiæ comparabatur remissio peccatorum. Hæc est S. Thom. 3. part. quæst. 38. art. 3. ad 1. Quasi dicat, remissio peccatorum Baptismi Ioannis, non ad Baptismum refertur, sed ad pœnitentiam veram, de qua signum contritionis erat receptio Baptismi; quia vt Concilium Tridentinum ait sect. 7. Canon. 1. *Si quis dixerit Baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi anathema sit.* Vnde constat Act. 9. num. 4. & 5. *Baptizatos à Ioanne, iterum à Paulo Baptizatos esse*, vt refert D. August. lib. 5. de Baptismo contra Donatistas.

480. Abulens. in Matth. c. 3. q. 38. August. cit. apud Abul. Suar. 3. p. tom. 3. disp. 25. sect. 1. S. Thom. q. 38. art. 2. Sotus in 4. dist. 2 q. 1. art 1. Canis. lib. de Bapt. Ioann. cap. 7. Luc. 3. n. 16. S. Thom. 3. p. q. 38. n. 3 ad 1. Conc. Trid. sect. 7. Canon. 1. Act. 9 n. 4. & 5. Augustinus lib. 5. de Bap.

5. Responsio est Gregorij Magni in Catena Sancti Thomæ citati, qui ait, *Sicut incarnatum Patris Verbum præcurrebat verbo prædicationis Ioannes: ita Baptismum pœnitentiæ, quo peccata soluuntur præcurrebat suo Baptismate.* Quasi dicat, erat Ioannes Angelus, vt Malachiæ cap. 3. dicitur, qui venit præcedere in omnibus mysteriis Verbum Dei. Et sicut Ioannes verbo, & voce prædicationis præcurrit Verbum æternum: Sic suo Baptismate quasi tuba admirabili notificauit Baptismum gratiæ per Christum dandæ. 481. Gregorius in Catena

Malach c. 3. *Ioannes Angelus officio, non natura.*

TRACTATVS XIV. AD MORES, In Caput III. Lucæ.

DIFFICVLTAS VI. ad mores.

Quare inter tot sceleratos Tetrarchas factum est Verbum Domini super Ioannem?

QVÆRETVR, quare inter tot sceleratos Christus non nominatur, sed solus Ioannes?

482. Tertull. cit. in litt. *Societas malorum examinanda.* 1. RESPONSIO est Tertulliani; *Quia societas malorum fugienda est; ideo quando Tiberius ante Senatum proposuit, vt Christus pro Deo inter cæteros haberetur. Rennit Senatus, sic præueniente diuina prouidentia; quia Verbum, quod à Patre procedit, & inter diuinas enumeratur personas cum Diis falsis non erat enumerandus.*

483. Theod. cit. Interrogat D. Theodoretus, *Quare nautæ qui cum Propheta Iona nauigabant inter spumantes vndas, & crescentes maris in naufragio positi interrogauerunt eum quæ terra tua,& quo vadis?* Ionæ c. 1. v. 8 *vel ex quo populo tu es?* Ionæ cap. 1. vers. 8. Et respondet Theodoretus, *Vt ex communibus gentis studiis, & institutis hominis vitam agnoscerent.* Quasi dicat, talis, & tam pestifera malorum societas est, vt nautæ ignotum Ionam ex conuersatione, & natiuo ortu eum cognoscere studuerint; quia axioma commune est *Axioma Hispanorum.* inter Hispanos: *Dime con quien andas, y direte quien eres?*

484. Lypoman. in Gen. c. 16. Gen. 16. n. 8. Vnde interrogat Lypomanus, *Cur Angelo sciscitanti ab Agar ancilla Sarai, vnde venis, aut quo vadis?* Genes. 16. num. 8. Respondet: *A facie Sarai Dominæ meæ ego fugio. Vbi Agar non respondit ad omnia; dixit quidem, vnde veniret, no quo iret. Cuius rei causam si scire desideras hæc est; quia erubuit confiteri à domo sancti viri, probatæque Dominæ ad Ægyptios rursus redire idololatras.* Quasi dicat, inglorium *Erubescant Religiosi declinantes à suo instituto. Conuersatio impiorum fugienda.* quidem est à societate iustorum declinare. Et multo peius est inter Sanctos, & insignes viros virtutibus præditos, & ornatos societatem agere, & cum sceleratis, & incompositis, cum quibus, & de quibus semper procedant eloquia vana praua, & irreligiosa tractare.

485. Rupert. cit. 2. RESPONSIO est Ruperti, *Quod Euangelista absque vllo encomio, & elogio diuini Præcursoris nominauit Ioannem filium Zachariæ, tacendo Sacerdotem, & nobilitatis prosapiam, non alia de causa nisi quia inter Tetrarchas sceleratos de illo tractabat.* Et interrogat Rupertus, cur regnante Roboam pars magna Regni diuiditur, & ad Ieroboam transit 3. Reg. 12. num. 20. Cum vero Saül Sceptrum Israël teneret vsque ad mortem in manu eius perseuerat 1. Reg. vlt. & tunc Dauid Rex constituitur? *Cur non antea viuente Saül? Nam re vera ille prior erat Roboamo. Vnde eius nomen Saül infernum significat*, vt Venetus tom. 1. de histor. Sacrâ sect. 8. problemat 453. ait, *Quod sicut infernus nullis vnquam malis satiatur; ita Saul erat immensus quidam gurges, ac profundum barathrum vitiorum. Nam Saul quidem Sacerdotale munus vsurpauit.* 1. Reg. 13. num. 9. *Deo inobediens extitit* 2. Reg. 15. num. 8. *Sacerdotes sacros occidit* 1. Reg. 22. num. 18. *inuidia atque ira Dauidem persequebatur, aliaque innumera perpetrauit mala. Cur ergo ipso viuente non scinditur regnum ab eo, sicut à Roboam, & ad Dauid defertur?* Et respondetur ex ipso Ruperto: *Quia Dauid erat Sanctus, & perfectus, & cum Saule peruerso regnare non conueniebat; Roboam autem cum Ieroboam imperet, quia similes cum similibus facilimè congregantur, & mali cum malis quasi spinæ inuicem complectuntur*; Ioannes autem, & Pater eius Zacharias transitoriè, & festinanter inter sceleratos viuunt, & sic honorem inter illos non ostentant, sed dolorem, opprobrium, & pœnitentiam.

(Idem Abb. Sanctus. 3. Reg. 12. n. 20. 1. Reg. vlt. Ven. tom. 1. de hist. Sacr. sect. 8. prob. 453. Mendoça tom 3. lib. 1. Reg. 1. Reg. 13. n. 9. 2. Reg. 15. n. 8. 1. Reg. 22. n. 18. Nahum 1. n. 10.)

3. RESPONSIO fit Oleastri, *Quod Ioannes inter Tetrarchas sceleratos quasi fulgur descendens de cœlo versabatur, & genimina viperarum vocat sectatores eorum; quia cum peruersis; & hæreticis, neque in modo loquendi debemus eis assistere.* Et interrogat Oleaster quare præcepit Moyses Deuter. c. 7. cum alienigenis, neque pactum, neque Verbum inite, *Perdendo perdes eos*, Deut. 7. n. 3. *Non panges pactum cum eis.* Sic legit Pagninus. Et respondet, *hic Moyses Iudæos, (& sæpissimè in sacris literis) admonet ne aliqua concordiæ specie eis iungantur, qui eos ad ruinam, & Dei sui offensam inducere possunt.* Quasi dicat, quod cum Hæreticis, neque communicare, neque loqui debemus. *Ideo vox Domini super Ioannem quasi tonitrum venit, & per gesta Tetrarcharum velociter sermo eius.* Vnde ad mores aduertit Oleaster, *Quod amicis, & coniugibus cum quibus multum conuersatur vix aliquid potest negari.* Ex quibus colligit raro coniuges diuersarum sectarum posse diu manere, quin alter alterius sectam complectatur, & quod maximè dolendum est, eum, qui falsos sequitur Deos, facilius eum, qui verum Deum colit in suam abducere perfidiam, quin vice versa. Ex quo optimè transcurrit velociter Euangelista

(486. Oleaster cit. Deut. 7. n. 3. Translat. Pagnin. *Cum hæreticis non loquendum.* *Captiuæ Christianæ facilè fidem abnegant.*)

sta T[illegible] h[illegible] enumerando, neque sectas illorum [illegible] tendo.

487. 4. RESPONSIO est, *Vt magis miserabilis status Reipublicæ appareret inter tantos Tetrarchas sceleratos, vbi Præcursor erat quasi lilium inter spinas*; quia eo magis præclarior, & pulchrior appareat, quo inter vepres, & perditos homines elucere videbatur. Vnde interrogat Diuus Anselmus in præfatione ad Matthæum, *Quare factum est Verbum Domini super habitantem, & clamantem in deserto? Numquid quia scelera hominum sceleratorum considerabat? Numquid singulariter de se agnoscebatur? Et respondet intento Euangelista circa regnum Christi versatur. Vnde inchoat Euangelium suum à voce clamantis in deserto.* Quasi diceret, non attendit Ioannes ad sceleratos mores hominum, quia nulla vox melius regnum Christi exprimere poterat, quam vox illius, qui omnium mores obliuiscens in solitudine, & deserto sibi viueret.

Cant. 2. n. 2.

Anselm. in præfat. ad Matth.

Vita Prædicatoris sicut lilium inter spinas.

488. 5. RESPONSIO sit Sancti Zenonis, *Qui scelera Principum, & Regum cum omni patientia, & prudentia reprehendenda asserit, ne intempestiuus, & temerarius Prædicator videatur, vt vulgo complaceat*; ideo Præcursor non Tetrarchis & Herodi Regi, statim vt factum est, Verbum Domini super eum aspera dixit, sed expectauit tempus, & maiorem dignitatem, vt Regibus notam faceret illam scilicet, quæ in Iordane illi data est; manum suam super caput Christi ponendo, vt illum baptizaret. Vnde interrogat Zenon Sanctus, *Quare Ioseph non patrem suum certiorem fecit de iniuria à fratribus illata, de missione in cisternam, & de venditione Ismaelitis?* Et respondet, *Quia tacendo, & patientiam vsque ad tempus reseruandam ostendit cum culmen dignitatis consequeretur, & magnus Princeps esset constitutus in Ægyptum, tunc reprehendit aspere suos ipsos fratres: Ioseph patiens inuenitur*, (inquit Sanctus Zenon, *sermone de Patientia,*) *cum à fratribus rapitur, patiens cum in puteum dimittitur, patiens in carcere, patientior in regno.* Quasi dicat, ô quam magna est virtus prudentiæ, & necessaria in prædicatoribus Verbi diuini; quia necesse est opportunitatem, & occasionem expectare, vt non conuertantur Principes in furorem audiendo audacias sine fructu, ideo non statim, vt Verbum Domini factum est ad Ioannem scelestos mores Tetrarcharum reprehendit, sed expectauit occasionem.

S. Zenon cit.

Prædicatores non audaces esse cum Rege.

D. Zenon.

Gen. 41. n. 4.

Prudentia in Prædicatoribus necessaria ad reprehendendum.

Prudentia fal virtutum.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare Herodes cum esset Tetrarcha vocabatur Rex?

Quæritur quare si tantum quartam partem Iudææ Herodes gubernabat, & erat Tetrarcha, quare vocabatur Rex?

489. 1. RESPONSIO est Abulensis citati in littera, qui ait, *Quod vere erat Tetrarcha Herodes, vt patet ex Matth. 14. Lucæ 3. Sed quia ipse affectabat vocari Regem; etiam Romanis renuentibus, à multis Rex vocaretur.* Quasi dicat, quod in Palatiis Principum semper adulatio veritatem eliminat.

Abulens. cit. in litter.

Luc. c. 3. Matth. c. 14.

Interrogat Oleaster in Genes. c. 12. *Qui fuerunt illi impij homines, qui apud Pharaonem nimis pulchritudinem Saræ exaggerauerunt? nam inquit scriptura. Et laudauerunt eam apud Pharaonem* num. 12. nom. 15. Et respondet, *Qui laudauerunt magnates fuerunt adulatores, desiderantes Regi placere vt suam ambitionem saciarent.* Et addit: *Audiant hec, qui coram Principibus, aut proximis aliquid laudant, quod Princeps possit male cupere, quia terribile iudicium Dei expectat illos.* 490.

Oleaster in Gen. c. 12. n. 15.

Aulici Regi amici ad peccandum.

Et insuper interrogat Oleaster, *Cur cum legati missi fuerunt à Iudæis*, Matth. 11. *vt interrogarent, tu quis es? cur non clarè interrogarunt, tu es Messias Rex Israel? Et respondet, ideò fecisse, ne Ioanni praberent occasionem ambiendi nomen, ac munus Messiæ Regis, si ipse non esset.* Quasi dicat, quod cauendi sunt homines proponere magnatibus regnare, vel quod ipsi ambire, vel malè possunt desiderare. Vnde patet, quod Herodes Tetrarcha, quia ambiebat regnare adulando, omnes eum Regem vocabant, adhuc eum capitali periculo, si Romani scirent. 491.

Oleaster cit.

Rex insipiens secum traditores portat.

2. RESPONSIO est Origenis in Ioan. cap. 8. qui ait, *Quod infirmitas non inest in eis, in quibus Verbum Dei loquitur; & propterea Ioannes, ex quo Verbum Domini factum est super illum non vocabat Herodem Regem*, vt Marc. 6. num. 18. ait, *Dicebat Ioannes Herodi, non licet tibi habere vxorem fratris tui*; quia Herodem non timebat; imò textus Marci 16. ait, *Herodes timebat Ioannem quasi virum iustum.* Vnde interrogat ipse Origenes loco citato, quare cum Christus Dominus Ioann. 7. num 30. aspere respondere Sacerdotibus, & Scribis in gazophylacio docens, *Nemo in eum misit manum, neque apprehendit eum?* Et respondit, *Quia eius verba valentiora erant iis qui eum volebant comprehendere.* Quasi dicat: ô quanta vis verbi diuini, maxime in eis qui iustè, & exemplariter viuunt, quia Reges eum timent, & inimici etiam vulnerati in cordibus tacent; neque oculos contra innocentem, & innoxium prædicatorem leuare audent. 492.

Origen. in Ioan. c. 8.

Marc. 6. n. 18.

Origen. in Ioan. c. 7. n. 30.

Prædicatores virtuosi sine metu.

Et addit Origenes, *inenarrabilis fuit prouidentia Dei suo Christo filio præcipiendo, vt Pilato non responderet, cum multa flagella, & tormenta super corpus Iesu superuenirent; nam si verbum locutus esset crucem, ex infirmitate sublatus non esset.* Quasi dicat, non est infirmitas, neque timor in eis, in quibus verbum Dei loquitur, vt in Præcursore patet, postquam Verbum Domini factum est super eum, Herodem tantum nominauit, id est, Tetrarcham sceleratum. 493.

Origen. Matth. c. 27. n. 14.

3. RESPONSIO est Teophylacti in littera citati, qui ait, *Vocabatur Rex, quia filius Regis erat. Quasi dicat, Hostis Herodes Pater fuit istius Tetrarchæ, qui occidit omnes innocentes propter Christum, & iste in impietate, & crudelitate Patrem suum sequebatur, quia semper mali peiores sunt.* 494.

Theophyl. citat. in litt. Matth. 2. n. 16.

495. Olcaster in Exod.c.21. num.11. Interrogat Oleaster, *Quare vt affligerentur filij Israel posuerunt super eos Principes tributorum*. Exod. cap. 21. num. 11. Respondet, *Quia quemadmodum Sancti semper in bono proficiunt; ita impij continuo deteriores fiunt. Et sic Pharao conatus est Israëlitas affligere famulatu duro in operibus vilibus luti, & lateris, postea marium suffocatione per obstetrices, tertio aperta iactatione in flumen*, quia Paulus 2. ad Timoth. 3. num. 13. ait, *Malos, & seductores in peius proficere errantes, & in errorem mittentes*. Quasi dicat, hæc est Regum misera infelicitas habere consiliarios cautiores, astutos, & sapientes in damnum Regnorum suorum; quia Castidiorum consilia sunt impia: nam cum Dominus doceat non esse mala propter bona facienda, dum publicum bonum augere volunt, ipsum minuunt. Et si præteriti Reges grauissimas sicut Salomon gabellas imposuit; filius eius Roboam durissimis, & intolerabilibus oneribus, & tributis grauauit. Et ista sunt consilia Castidiorum impia, si bella imminent, & Tyranni rebellantur, considera quæso quibus armis, quibus meritis, quibus militibus futuro bello occurrere volunt, nempè occisione innocentium, sicut Pharao, hoc est asperissima tributa super pauperes imponendo. Et dicunt, quod sequuntur vestigia Regum prædecessorum, & multiplicant mala, sicut Tetrarcha Herodes, quia filius erat Regis, & de hoc gloriabatur Tyrannide successiua, & innata.

Potentes filij sequuntur gressus Patrum suorum. Exod.c.1. n.11. Ibi.n.14. Ibi.n.22. 2.ad Timot. 3.n.13. *Consiliarij Senatores impij fugiendi.* Ad Rom.3. n.8. 3.Reg.12. p.11.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare tum Proceres Gubernatores enumerat Euangelista?

QVæritur, cur cum fundamenta Euangelicæ prædicationis initientur, tam impij Gubernatores numerentur?

496. Bonau.cit. 1. Responsio Sancti Bonauenturæ citati, *Vt populo Iudaico voce tuba sonantis notificaretur, quod propter scelera maiorum finis imponebatur regimini Regum, & Ducum, quia scriptum est, non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat, qui mittendus est*. Genes. cap. 49. num. 10. Quasi dicat, notum sit omnibus, qui actiones Regis cuiusuis regere conantur, quod si tyrannicè, & in proprium commodum sui, & suorum amicorum, & consanguineorum contra bonum Reipublicæ commune gubernauerint, quod illi citò deficient, & suæ Reipublicæ, & seruis suis semper Deus fauebit.

Genes.49. n.10. *Tyranni gubernatores citò moriuntur.*

497. Theodoret. in Dan.c.5. Interrogat Theodoretus in Danielem cap. 5 *Cur rari sunt Regum priuati, qui à culmine Regis amicitiæ non caduni?* Et respondet, *Quia propriis student lucris, & non curant de bono communi, cuius Deus propitius semper est*. Vnde Daniel, *Tres Reges successores propitios habuit, quia cum dona temporalia illi offerebant, Respondebat munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da*. Daniel cap. 5. num. 16. Vnde Theodoretus *Regum successiones nihil de eius honore mutauerunt, sed illi morte extincti sunt. At Daniel æqualem illis omnibus regnantibus splendorem obtinuit*. Quasi dicat, notum sit omnibus Tyrannis priuatis, qui sua solum, & suorum quærunt, quòd cito, & sine honore perituri sunt, & à Regia familiaritate casuri, quia opem suam suis, & Regna sua Deus consumere, aut afferre non consueuit, sed mutare monarchias, & transferre à possessoribus iniustis, & sceleratis, & date iustis, & Sanctis, vt patet in Tetrarchis istis pessimis quibus notificatur publicè mutatio Regni Iudæorum, & Romanorum, quia fundamenta Euangelica iaciuntur.

Dan.5.n.16. Theod.cit. *Priuati Regis cito decidût.*

498. Oleaster in Exod.c.1. n.7. Interrogat Oleaster, *Quare mortuo Ioseph, filij Israël creuerunt, ita dicitur*. Exod. cap. 1. num. 7. *Mortuus est Ioseph, & filij Israël creuerunt?* Et respondet, *Quia non consueuit Deus opem suam suis auferre, & si vnum adiutorium deest, aliud affert*. Quasi dicat, cum Ioseph, qui suis auxilium, & robur erat, ab hac vita sublatus esset, ita multiplicauit, & roborauit eos Deus, vt nemo eos posset omnino delere, quia suos, & Rempublicam iustorum in æternum conseruabit, & reliquiæ impiorum peribunt, Psalm. 36. num. 38. vt videre est in exitio, & fine lamentabili Iudæorum à Tetrarchis Tyrannis imperatis, & superueniente Verbo Domini super Ioannem tam fundamenta Ecclesiæ Euangelicæ reuelata sunt cum clade, & interitu Tyrannorum, qui non possunt diu subsistere, quia Verbum Domini manet in æternum.

Iustis Deus auxiliatur. Ps.36.n.38. *Respublica Dei æterna*

499. Beda citat. in littera. 2. Responsio sit Bedæ citati, qui ait, *Tetrarchia ab Euangelista designantur, vt constet, quod Regnum Iudeæ quominus validum fieret eo angustius per Tetrarchas diuidere conatur*. Quasi dicat, hæc est misera Regnorum opulentorum conditio, quod quo magis à Deo fauoribus amplificantur, eò deterius iu vanitatibus, & superbia inflantur, & patientia Dei, abutuntur: nam multoties per Prophetas, & Prædicatores admonentur, & reprehenduntur, vt cum suauitate puniantur, & in se reuertantur, vt patet in verbis Matth. *Nam videns Hierusalem, & ministros detestabiles, fleuit super illam Iesus dicens, si cognouisses quæ ad pacem tibi*. Lucæ 19. num. 42. Quasi dicat; attende Iudæa ad mites monitiones, & correctiones meas, quia venient dies, quando non benignitate sicut Deus punit, sed crudelitate sicut homines assuefecuit, non reliquent lapidem in se super lapidem.

Luc.c.19. n.42. *Correctiones amplectenda.*

500. S.Ambros. lib.5.ep.32. Interrogat Sanctus Ambrosius lib.5.epist.32. *Cur Dominus Iesus, quando eiecit de templo prophanos venditores Sacerdotes vsus est flagello lineo (vt communis sententia est,) & fecit quasi flagellum*, vt Ioann. 2. num. 15. *Et Roboam filius Salomonis minatus est populum dicens: Pater meus cædit vos flagellis; ego autem cædam vos Scorpionibus*, 3. Reg. 12. num. 14. *Scorpio enim (teste Caietano,) erat instrumentum ferreum*

Ioan.2. n.15. 3.Reg.12. n.14. Caietan.

ferreum ad verberandum fortiter, & crudeliter? Et respondet, *Quia prius Dominus flagello exturbat sacrilegos, & nequaquam prosequitur ferro.* Quasi dicat, quod validum, & copiosum regnum, cum à Deo flagellatur, prius mitissimè corrigit, & vt filium suum per Prædicatores iterum, atque iterum minatur, si vero tanquam ingrati peiores beneficiis fiunt aduertant quod habet plumbatum in manu ad affligendum lorum vt Roboam, & Tetrarchas Romanos, vt Tytum, & Vespasianum, quos misit, vt crudeliter flagellarent protervos Iudæos rebelles, ingratos, vt scirent quod Regnum quo validum sit, eo angustius per flagella connectitur, vt in Hierusalem contingit, vbi vt refert Iosephus lib. de bello Iudaico: *Matres fame, & rabie filios proprios dentibus lacerabant, & nostra Hispania propter scelera Principum: & Sacerdotum*, vt refert Mariana tom. 1. *à Sarracenis deuastata fuit*, vbi regnum, & monarchia Hispaniæ, quæ omnibus erat admirabilis in opprobrium, & sybilum transeuntibus versa fuit, (& precor cælestem Regem, ne bis perdita sit) iterum propter innumerabiles vanitates, & ingratitudines perdatur.

Flagellū Dei homines crudeles.

Ioseph. lib. de bello Iud.

Marian. tom. 1.

501. 3. Responsio Tertulliani loco citato, qui ait, *O Iudæi irrefragabile supplicium euenit vobis, eo quod non timuistis Deum tempore visitationis vestræ, quia semper pauidi, & timidi manebitis.* Quasi dicat: successores Machabæorum, & fortissimorum filiorum Israël propter scelera sua tia timidi, & imbecilles remanebunt, quod in prouerbium dicatur in mundo, *Mas temerosos que Iudios cobardes*, quia semper timidi, ambitiosi, & fallaces, inquieti, & fœminis infirmiores.

Tertull. sup. cit.

Axioma Hispanum.

502. Interrogat Oleaster, *Quare tantum exagerat scriptura, quod timuerunt obstetrices Deum*, Exod. cap. 1. num. 17. Et respondet, *Quid his fœminis fortius mundus tunc temporis habuit, quæ atrocitatem Regis non timentes masculos contra eius imperium seruauerunt?* Quasi dicat, audiant Aulici omnes timendum magis esse Deum, quàm Regem, qui vt voluptatibus Regum obtemperent Dei mandata non curant, & Principes pro Diis colunt. Vnde flagellum irrefragabile euentum est, vt fœminæ fortiores sint his temporibus viris, & Principibus, qui ad bella semper debebant esse parati: nam qui lectulum Salomonis Regis custodiebant ex fortissimis erant Israël; nunc autem sunt infirmiores, & imbecilles, & dediti ludis, & voluptatibus, & vanitatibus, fœmineisque vestibus, & ornamentis induti, & hoc incredibile supplicium vnius Reipublicæ est, & præsagium malorum futurorum.

Oleaster in Exod. c. 1. n. 17.

Aulici imbecilles.

Cant. c. 3. n. 7

Vestimentis fœmineis vtuntur viri, olim fortes.

503. 4. Responsio est Lyrani, qui ait, *Quod factum est Verbum Domini super Ioannem, cùm esset triginta annorum; quia tunc viget plus ætas virilis.* Quasi ad mores dicat, quod plus gratiores, & amabiliores fiunt Deo, qui in iuuentute, & virili ætate vigent, & nobiliores, & pulchriores, & ditiores qui diligunt eum, plus obligant eum, vt probatur Lyranus in Ioseph, *Qui pulcher iuuenis, prudens, & decorus rogatus, & molestatus à Domina sua viriliter castitatem, & honorem Domini sui seruauit.*

Lyranus

Idem supr. Gen. 39.

Interrogat Oleaster, *Quare tanto amore af-* 504.
fecta est filia Pharaonis, cum infantem vagitus proferentem super spumantes vndas fluminis audiuit? Et respondit cum textu secundum translationem Pagnini Exod. 2. *Quia vidit eum, quod pulcher esset, & abscondit tribus mensibus.* Et addit: *vbique pulchritudo in pretio est, vt cunctis amabilis; neque immerito; non enim mirum est, vt nobis amabiliores illi sint, quos Deus selegit, & fecit cæteris, aut doctiores, aut pulchriores, aut meliores.* Quasi dicat, quid mirum est, si virens Ioannes in tam virili ætate, tantisque virtutibus præditus Verbum Dei super eum factum fuisset, quia erat speciosus præ filiis hominum, & si pulchritudo amabilis ab omnibus est, cur non à Deo, qui scrutatur, & videt quæ intrinsecus latent & animæ indicibilem pulchritudinem præstant.

Oleaster. in Exod. c. 2.

Translat. Pagnini.

Pulchritudo est amabilis.

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare Annas, & Caiphas ponuntur ab Euangelista inter tot sceleratos?

QVæretur, quare Sacerdotes intermisit Euangelista in sua enarratione?

1. Responsio est ex Lyrano, & 505.
Historia scholastica, *Quia Sacerdotium non ingrediebatur secundum dignitatem, & vt in lege disponebatur, sed passim Romanis vendebatur. Qua enim potest esse maior calamitas, vt ad ministrandam Ecclesiam rapacissimi eligantur.* Exod. cap. 36. legitur, *Quod plura olim munera ad Tabernaculi fabricam totus populus conferebat, quam necessaria viderentur. Et quod artifices venire compulsi dixerunt Moysi, plus offert populus quàm necessarium est.* vbi Augustinus quæst. 171. notandum, *Quòd illi qui sapientes appellabantur effectores operum, Sancti etiam moribus tales erant.* Et addit ad nostrum propositum; *poterant, si vellent multa auferre, sed modestia prohibuit, vel Religio terruit.*

Lyran. citat. supra. Hist. scholastici.

Exod. 36.

Aug. q. 171.

Pondera, sed modestia prohibuit, vel Re- 506.
ligio terruit, quomodo non capilli capitis eriguntur hæc audiendo, si inter sæculares propter modestiam, & timorem religionis tanta fulgebat sanctitas & fidelitas in recipiendis pecuniis ad Tabernaculum oblatis, quomodo sectatores Annæ, & Caiphæ Sacerdotes non timent passim Sacerdotium, & dignitates à Romanis, & ministris emere? Quomodo non audiunt Abacuc dicentem cap. 2. *Væ illi qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densum lutum.* Opes non suas timeat Sacerdos, & Prælatus qui congregat diuitias, vt augeatur, & ad meliorem dignitatem transferatur. Congregat non sua; qui præter necessaria ad strictum vsum Sacerdotalem non distribuit pauperibus, quia pauperum bona sunt. *Et opes furto, rapinave possessas denso luto comparat Propheta;* quia quemadmodum

Abacuc c. 2. n. 6.

Dignitates nostris temporibus emuntur muneribus & pecuniis.

qui denso luto adhærescunt, quo magis se expedire volunt, eo magis obruuntur. Ita Sacerdotes, qui in rapinas propter augendas dignitates incidunt, in voraginem lutulentam dilabuntur, vnde difficilius soluuntur: *Quia abyssus abyssum inuocat: Et si amor nummi crescit, quantum ipsa pecunia crescit*: Multo magis Sacerdotes qui dignitates consequuntur anhelant ad maiora præcipitia, & ingrediuntur non secundum legem ad Sacerdotium, sicut Annas, & Caiphas, id passim emunt à Tetrarchia ministris, *Qui sicut infernus ad recipiēda munera, nunquam dicūt sufficit, quia nō satiantur muneribus, & donis.*

Ps. 41. n. 8. Poeta.

507. Vnde Sanctus Petrus Damianus lib. 1. epistol. 32. de talibus ambitiosis sceleratis Sacerdotibus in perpetuo motu ad dignitates anhelantibus, & munera cum scandalo superioribus offerentibus, & paruulos, & Sanctos Religiosos scandalizantibus conqueritur his verbis: *Quanti ergo sanguinis reus est, qui sub sacri habitus schemate talem se per suscepta professionis incuriam exhibet, vt quærentes accedere peruerse viuendo deturbet.* Quasi dicat Sanctus, isti qui in perpetuo motu, & influxu rotare propter Dignitates videmus iam donis, iam nummis, & muneribus ineffabilibus, & passim officia, & dignitates consequuntur, tolerabilius fuerat, vt in eius quem relinquit mundi vestigine rotaretur, quàm multos à salutiferæ stationis reuocaret accessu, hoc est *Vtinam mola asinaria in profundum maris isti demergerentur, quia ipsi soli perirent.* Sed heu dolor, quia scandalizantur simplices, & paruuli talia videndo, & audiendo fugiunt ab statu Religionis, & in Ægyptio barathro permanent obstupefacti, cogitantes, quod Sacerdotium, & dignitates venundatæ sunt à Romanis, & ministris Christianis, & quod à Sacerdotibus sectatoribus Annæ, & Caiphæ emuntur.

B. Petr. Dam lib. 1. ep. 32. *Præuaricatio Religiosorum.* Idē S. Dam. *Scandala fugienda.* *Qui anhelât.* S. Petr. Dam. Lucæ. 3.

508. 2. Responsio est Euthymij, qui ait, *Quod Annas verè erat Sacerdos illo anno, sed Caiphas Sacerdotis adiutor, quia erat gener eius. & propter honorem semper appellabatur Sacerdos, quia fuit aliquando.* Quasi dicat; hæc est misera hominum conditio eorum qui in dignitate constituti fuerunt, vt honorum, & vanitatum non obliuiscantur; suorum vero principiorum pauperum immemores sint.

Euthym. cit. *Ambitiosi memoriosi antiquarum dignitatū & torquentur earum memoria.*

Miratur & rationabiliter Oleaster, quare ponderat scriptura, *Quod Moyses, cum inter aulas Regias morabatur, & inter honores filia Regis illum nutrientis, & natiuo amore diligentis.* Quare dicitur Exod. 2. *Quod ad pauperes seruos, & captiuos in laboribus laterum, & luti operantes visitandos ibat. Et egressus est ad fratres suos*, inquit textus Exod. cap. 2. Et respondet, *Quia non est oblitus generis sui infimi, & laboribus afflicti, inuenis in aula Regia nutritus, & à filia Pharaonis in filium adoptatus* Quasi dicat, discant aulici, & Religiosi ex infimis eleuati non obliuisci debere suorum principiorum, & parentum pauperum, in quo etiam discant, qui in sublimioribus constituti sunt labores & dolores suorum, & miserorum maximè considerare: aliàs semper manebunt mutationibus obnoxij; quia memores sunt honoris, & officiorum iam extinctorum, & immemores beneficiorum Dei, de quibus Senéca ait: *Ingratis quoque pœna cum ipso munere incurrit.*

509. Oleaster in Exod. c. 2. Translat. Pagnin. * *Religiosi miseri superbi Prelati.* Seneca de Beneficiis.

510. 3. Responsio est Maldonati, qui ait: *Quod Annas, & Caiphas largitionibus, & muneribus à Romanis obtinuerunt, vt alternis annis Sacerdotio fungerentur.* Quasi dicat, quod omnia erant temporibus illis venalia pro Sacerdotibus, & Sæcularibus. Vnde Ambros. lib. 1. de dignitate Sacerdotali cap. 3. *Postquam dixit nihil esse in hoc; mundo Sacerdotibus excellentius.* Addit, *Quod sumus professione actione potius, quàm nomine demonstremus, vt nomen, congruat actioni, & actio respondeat nomini, ne sit nomen inane, & crimen immane, ne sit honor sublimis, & vita deformis.* Quasi dicat, nonne crimen immane est titulo Sacerdotis inter illicitos, & lucratiuos tractatus versari? nonne nomen inane Sacerdotis est illius, qui diu noctúque inter nocituas voluptates coinquinantur? *Est ne Sacerdotis dignitatis inter epulas, & ebrietates tempus redimere? Caueamus ne loquutionem simulemus columbinam*, (inquit Ambrosius,) *& mentem habeamus caninam, ne professionem monstremus ouinam, & ferocitatem habeamus lupinam.* Ac si dicar, væ Sacerdotibus hypocritis, qui simulant sanctitatem, vt abundent commoditatibus, & foris sunt tanquam oues sine macula; *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces, non quę Iesu Christi sunt quærentes, sed sua, & vt dignitates rapiant mundana transfuerunt, & omnia Sacramenta faciunt venalia, sicut Anna, & Caipha, qui muneribus, & largitionibus Sacerdotale officium emebant.*

Maldonat. in Euang. citat. Ambr. lib. 1. de dign. Sacerdot. c. 3. *Sacerdotale munus grande.* Ambros. cit. Matth. c. 7. n. 15. Luc. c. 3.

511. Viscera timore trementia sentio cum Diuum Chrysostomum lego homil. 3. in Acta Apostolorum. *Non arbitror*, (inquit Sanctus,) *inter Sacerdotes multos esse qui salui fiant, sed multo plures qui pereant.* Et statim rationem dedit, *Quia multa habent officia ad quæ exequenda teneantur.* Quasi dicat, perfecti multi in professione pro dignitatibus, & officiis anhelant, & statim suas tantum commoditates, & vanitates quærunt neque adæquant se ad implenda, quæ officio expetunt. de quibus in Chronicis cuiusdam sanctissimæ Religionis scriptum est, *Officia Ordinis duxerunt nos ad tartara*

Chrys. hom. 3. in Acta Apostol. *Sacerdotes multi damnantur.* Tom 1. Chronic Fr. Minor. Euseb. epist. ad Damas.

Audiamus Eusebium in Epist. ad Damasum, de morte Diui Hieronymi. *Ecce*, inquit, *mundus vndique feruet Sacerdotibus, & tamen tam sunt verissime Sacerdotes, quod vix de centum vnus reperiatur bonus.* (Et addit) *nulla certè in mundo tam crudelis bestia, quam malus Sacerdos. Nam corrigi non patitur, neque veritatem audire potest. & vt breuiter dicam, omnes præeminent malitia.* Quasi dicat, propter ambitionem, & obtinendas dignitates nulla malitia excogitari potest, quam ambitiosus Sacerdos non exequatur: nam illi qui optimi esse debebant cum à suo statu deficere incipiunt, pessimi efficiuntur, inquit, S. Petr. Damian. à Mendoça citatus tom. 1. in lib. Reg. ann. 19.

512. 4. Responsio est Sylueira, qui ait, *Quod Annas non erat Pontifex anni illius, sed apud Caipham gratia, & auctoritate multum valebat. Ita vt illo inconsulto nihil ageretur. Sed quid hoc statu miserabilius potest excogitari quomodo permanere poterat Respublica Iudaica, olim auro optimo comparata; & tam miserabiliter obscurata, nisi quia non habebat Regem, neque Pontificem, qui per se, sed per priuatos gubernaret.* Audiamus Chrysostomum in Psalm. 48 *Sit Rex*

Peribat Respublica, quæ à Priuatis gubernatur.

Chrysost. in Psalm. 48. *Rex malus, & priuatus, bonus, videamus quis sit Dominus alterius, & vbi nam resplendeat Dominatus, quis est qui imperat, & qui paret alterius imperio.* Quasi dicat, ô quam felix est regnum qui talem, ac tam prudentem, & sanæ intentionis habet priuatum apud Regem, vt non sua lucrifaciat, neque ad augendas diuitias, sed solum ad bonum commune Reipublicæ attendat. Et si Rex rem malam, & scelere plenam priuato impetet non solum non acquiescit, neque obedier, sed etiam eum, qui impetrar conabitur abducere ab instituto, licet mori oporteat. Et per consequens infelix Regnum, quod superbum, iracundum, ferocem priuatum habeat, qui sibi inconsulto nil in regno agere permittit, sicut Annas, qui multum valebat apud Caiphani, & ideò inter summum Sacerdotem ab Euangelista numeratur.

Priuati apud Reges sinceri.

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quomodo Verbum factum super Joannem intelligitur?

QVæretur, quare Euangelista non dixit dictum est verbum ad Ioannem filium Zachariæ, sed factum est verbum?

513. Lyran. cit. 1. RESPONIO Lyrani citati, *Quia per reuelationem diuinam habuit mandatum de prædicatione exequenda.* Quasi dicat, quod non debent se exasperare peccatores, etiam Principes, & Potestates, cum Verbum Dei audiunt, & reprehedntur a Prædicatoribus; sed considerare debent, quod tales sunt designati à Domino, & quod habent mandatum diuinum de prædicatione exequenda, & increpandi peccatores,

514. Oleaster in Exod. c. 2. num. 14. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster in Exod cap. 2. num. 14. *Quare tam acriter punctus est à Moyse Ægyptius ille, qui turbatus respondit Prophetæ rixas excusare cupienti, & pacem quærenti, Quis deposuit virum Principem, & iudicem?* Quasi diceret Ægyptius reprehensus: solis Principibus, & iudicibus competit ex officio punire mala, Sacerdotibus peccatoribus illa reprehendere? Et respondet Oleaster, *Peccauit Moyses sub Zabulo sepeliendo Ægyptium, sed ad mores, docet nos factum; impios nolle Principem, aut iudicem habere super se malaque sua impunita fore desiderare. Neque peccatores potentes perpetrare peccata debent, & Verbum Dei tanquam præcipui Christiani audire velle, & renuere, & exasperare se, cum à Deo missi concionatores acriter, vel leuiter reprehendunt eos: ne forte illis contingat, quod Ægyptio, quia quem mitem fratrem noluit audire postmodum, vt Iudicem pertulit?* Sic & Prædicatoribus adeò missis aduersantes, & persequentes postmodum à supremo Iudice damnabuntur.

Potentes non sunt irritandi contra Prædicatores.

Rebelles à Deo puniuntur.

515. Bed. in Glos. 2. RESPONSIO est Bedæ in Glossa? *Ideò dicitur factum Verbum; quia gratia Dei prius operabatur intus in corde Ioannis, & postea prædicabat.* Quasi dicat, prudens prædicator prius debet verbum, quod prolaturus est, considerare, si intus in corde suo factum est, & sic quæ de ore eius procedunt, non erunt irrita, sed fructuosa. Vnde Bernard. lib. 2. de Consideratione ad Eugen. *Sume exemplum de summo omnium Patre Verbum suum, & emittente, & retinente: Verbum tuum consideratio tua. Quod si procedit, non recedat; sic progrediatur, vt non egrediatur: sic exeat, vt non deserat.* Quasi dicat, sic prædicatoribus in exemplum cælestis Pater, qui ita intelligendo producit filium Verbum, vt ab ipso non separetur, sed in ipso maneat, & sicut omnia intelligit in suo verbo, ita ea regit, & gubernat. Sic etiam verbum prædicatoris, sic à se emanet, vt in se intus remaneat, & non recedat. Et sicut intelligit ita operetur. Et sicut dicit verbum sentiat, quod intus factum est, sicut Præcursori contigit. Quia aliàs, vt inquit Cassianus, collat. 11. cap. 4. *Nunquam erit efficax instituentis auctoritas, nisi eam affectu operis sui cordi affixerit audientis.* Quasi dicat, verbum quod à prædicatoribus profertur, & ab auditoribus scitur factum in corde suo fixum, & immobile permanet propter auctoritatem dicentis, & deuotionem audientis.

Ber. lib. 2. de Consid. ad Eugen.

Verbum æternum producitur, & nō separatur à Patre.

Cassian. coll. 11. c. 4.

Prædicatores intus operantur quod loquuntur.

516. Ambrof. supra cit. 3. RESPONSIO Sancti Ambrosij citati, qui ait, *Compendio Euangelista vsus est, dicendo: factum est Verbum Domini super Ioannem, quia vnum dixit, & omnia declarauit.* Quasi dicat, tantum de interna inspiratione loquitur Euangelista illuminante mentem ipsius; quia vera laus iusti ab his, quæ soli Deo innotescunt, non quæ ab hominibus laudantur.

517. Oleaster in Gen. c. 7. n. 1. Translat. Pagn. in Gen. Matth. c. 6. Interrogat Oleaster: *Quare Dominus dixit Noe: Te inueni iustum coram me.* Genes. cap. 7. num. 1. iuxta translationem Pagnini Et respondet, *Vt sciamus esse iustos in oculis vulgi, de quibus Christus dicit recepisse mercedem suam.* Matth. cap. 6. *Alios vero in oculis suis, qui miseri, & contemptibiles, & ceci ab aliis prædicantur. Quare soli illi iusti sunt, qui in oculis Domini iusti inueniuntur.* Quamobrem dixit Paulus 1. Corinth. cap. 4. num. 3. *Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die; qui autem iudicat me Dominus est.* Quasi dicat parum est, vt à vobis, aut à me metipso iudicer; multum verò si Deus, qui neque falli potest, neque fallere, me bonum discernat: nam ante tribunal Dei, vbi aliter iudicatur, quàm in mundo, laudari desidero, & hoc verbum intus factum est Ioanni.

Fugienda acclamatio vana.

Paul. 1. Cor. c. 4. n. 3.

Iudiciū Dei timendū, qui a verax.

518. Origen. in hom. 3. 4. RESPONSIO Origenis, qui ait, *Quod factum Verbum dicitur ad Ioannem, quia ita obediens fuit, opere quod ad nutum voluntatis Dei inspirantis in omnem Iordanem venit baptizans, & pœnitentiam prædicando.* Vnde interrogat ipse Origenes, Cur sponsus Cantic. 2. num. 7. *Tanto studio de somno Sponsæ dormientis curare videtur, vt dicet: Ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad vsque ipsa velit. Estne inquit Doctor, in manu dormientis excitare? Minimè. Quomodo ergo dicitur, quoad vsque ipsa velit?* Respondet homil. 3. vt videre est apud Gislerium in Cant. cap. 2. num. 7. cum translatione ista, *donec ipse velit.* Quasi dicat, *ad nutum Sponsi dormitabat Sponsa. Proinde suscitabatur, vel dormiebat, quomodo Sponsus disponebat.* Et sic cum factum est verbum super Ioannem celeriter, & festiuè venit in omnem Regionem Iordanis, prædicans Baptismum Pœnitentiæ.

Cant. 2. n. 7.

Gislerius in Cant. 2. n. 7.

Obedientia priuata in Ioanne.

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quomodo prædicabat Ioannes, & baptizabat in remissionem peccatorum?

519. QVæretur, quomodo Ioannes baptizabat in remissionem peccatorum?

Chrysost. sup. citat. 1. RESPONSIO Chrysostomi citati: *Hortabatur eos Ioannes per pœnitentiam effecti meliores, & contriti ad recipiendam veniam satagant.* Quasi dicat, *neque aliquis parui pendat pœnitentiæ fructum, post cuius praconium cœlorum regnum prope fore nuntiabatur; nam nuntius certus erat, quod non procul stabat regnum cœlorum, sed in ianuis per virtutem, & gratiam Christi.* Vnde Sanctus Paschasius in Matth. lib. 2. ait: *Non debet contemni pœnitentia per quam gratis ad regnum cœlorum nos inuitat.* Vnde Carthusianus ait: *Necessaria fuit Iudæis præparatio ista: nam cum rudes fuerint immediatè capaces non erant supernaturalium, ac cœlestium documentorum Christi: sed pedetentim inducendi erant ad sublimiora* Quasi dicat, paulatim res magnas non subito disponit Deus, & Ioannes per Baptismum suum, & pœnitentiam ad Baptismum Christi.

Pœnitentia complectenda celeriter. S. Paschas. l. in Matth.

520. Magister sent. in 4. Interrogant Theologi in 4. sentent. *Quid sit pœnitentia, & largo modo diffinitio eius est nihil aliud quam pœnam tenere*, & quis non miratur, quod cum quotidie tot tantisque flagellis cor humanum torqueatur, tantisque pœnis affligatur pro adipiscendis rebus temporalibus, & earum amissione, pro commissione suorum peccatorum tam difficulter pœnas patiatur.

Pœnam tenere est pœnitentia.

521. Gen. 7. n. 18. Vnde interrogat Oleaster, quare scriptura sacra Gen. 7. n. 18. dixit, *Quod multiplicatæ sunt aquæ, & leuauerunt arcam. Nonne ad subleuandam arcam aqua totius maris sufficientes erant? Maximè. Sed voluit nos docere, quod eisdem aquis multiplicatis impij suffocantur, & demerguntur, quibus piorum nauis eleuatur, vt quod impiis sit in ruinam; bonis autem sit in subleuationem.* Quasi dicat, quod pœnis multiplicatis torquentur plus peccatores, quàm pœnitentiis quibus iusti eleuantur in cœlum. Vnde dixit Gregorius citatus apud Oleastrum, *Eodem igne palea fumant, & aurum rutilat.* Ac si dicat, eisdem pœnis pœnitentiæ probantur iusti per ignem, & reprobi pœnis & doloribus ineffabilibus hic & in æternum cruciantur. Ideo Ioannes pœnitentiam peccatorum prædicabat, vt ad gratiam disponerentur peccatores per Baptismum Christi recipiendum.

Greg. apud Oleaster.

Peccatores plus torquentur quam pœnitentes.

522. Abulens. cit. 2. RESPONSIO sit Abulensis, qui ait, *Quod Baptismi Iordanis Præcursor fuit primus institutor; quia nullus ante illum tale mysterium instituerat, cuius causa laude ineffabili dignus est.* Interrogat Sanctus Zenon, *Quare Abraham Pater omnium Israëlitarum nominatur, & nomen suum super arenas quæ sunt in littore maris, & super stellas cœli celebratur?* Genes. 17. num. 15. Et respondet, *Quia fuit primus homo qui legibus naturæ cedit quia sub tanto non dicam humanitatis, sed ipsius naturæ metu lætatus est.* Quasi dicat, qui natura stupefacta proprio filio suo non pepercit, sed cum lætitia gladio illum offerebat, dignus est vt colonus inter homines laudibus celebretur.

S. Zenon serm. de per. Gen. 17. n. 15.

523. Ioan. 12. n. 16. Hic noster Legislator Christus cum crudelissimas crucis pœnas subire incepit dixit Ioann. 12. num. 16. *Nunc glorificatus est filius hominis. Sed quare glorificatus est qui ab æterno, cum Patre, & Spiritu sancto glorificatur?* Respondet Cyrillus Hierosolymitanus Cathechesi 11. *Glorificatus est patientia ferens coronam.* Quasi dicat, inter omnia merita quibus pro suis amicis coronatus est, prima & ineffabilis fuit, quia primus colonus patientiæ & tormentorum fuit; ideo Præcursori, tanquam primo institutori ritus Baptismi, & pœnitentiæ Ecclesia canit:

Patientia corona victoriarum.

Serta ter denis alios coronant,
Aucta crementis duplicata quosdam,
Trina centeno cumulata fructu
Te Sacer ornant.

Hymnus Ecclesi. in festo S. Ioan.

Quasi dicat, multiplici honoris corona primus inuentor eremi, & cultor pœnitentiæ, Baptismique institutor coronandus est.

524. Greg. Naz sup. citat. 3. RESPONSIO est Gregorij Nazianzeni in littera citata, qui ait, *In nube, & aqua Moyses baptizauit; sed Ioannes in remissionem peccatorum, quia maior fuit eius Baptismus quam Moysis; minor vero Iesu Christi.* Ac si dicat, in domo Dei Patris mansiones multæ sunt; sed vna maior altera; ideo de Præcursore scriptum est Isaiæ 49. num. 2. *Posuit os meum quasi gladium acutum, & posuit me quasi sagittam electam*; quia per gladium, qui est in ore, verba prædicationis: per sagittam electam, vel limatam & tersam, vt est in Hebræo, exempla vitæ Ioannis intelliguntur. Vnde Cyprianus lib. de duplici martyrio, ait: *Efficacius est vitæ quam linguæ testimonium.* Quasi dicat: *Lingua Præcursor prædicabat Baptismum, sed opere pœnitentiam demonstrabat, & penetrabat corda peccatorum*; quia opera plus mouent, quam eloquia & habent suam linguam penetrabiliorem omni gladio, & omni sagitta acuta, & tersa. Ex quo ad mores debes discere, quando maior sit gloria, & honor debitus prædicatoribus qui tempore vno *calamo tacente prædicauerunt & senectute adueniente lingua tacente calamo loquuntur.* De Ioanne autem Baptismum pœnitentiæ prædicante scriptum est, *accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè.* Ps. 44. n. 4. quia vox eius prædicationis potentissima fuit, & venit super omnem Regionem Iordanis, prædicans Baptismum. Vnde sequitur, *Sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent.* Ps. 44. *Quia plures victorias exemplo suo & pœnitentia reportauit.* Ita vt Abulensis in Matth. 3. dicat, *Quod plus crediderunt ex Iudæis propter sanctitatem, & rigorosam pœnitentiam, & testimonium Ioannis in Christo, quam propter eius miracula.* Et hoc patet, quia Andræas & Petrus, & alij Discipuli filij Zebedæi propter verbum, & auctoritatem Ioannis Christo crediderunt absque vllo miraculo, quia tunc neque Christus adhuc fecerat, neque vnquam Ioannes fecit, sed quia est maior, & Baptismus suus maior erat quam Moysis.

Ioan. c. 2. n. 2. Isai. c. 49. n. 2. Translat. Hebr. Cyprian. de duplici martyr.

Egregius Doctor cum lingua tacet calamo loquatur.

Ps. 44. n. 4. Idem Ps. Abulens. in Matth. c. 3. Lucæ 3.

525. Gregor. in caten. citat. 4. RESPONSIO sit Gregorij Magni citati in catena, qui ait, *Quod Ioannes quasi tuba admirabili notificauit Baptismum gratiæ per Christum dandæ.* Quasi dicat, *Nulla est ætas in homine, nullum*

Sufficient omnium gratia nemini denegatur.
Matth. 25. n. 37.

nullum tempus in generationibus sæculorum, vbi non sint destinati Prædicatores, & inspirationes loquentes ad cor vt per auxilium gratiæ Dei veritati obediant, & non dicant, quando te vidimus, vel audiuimus.

526. Chrysolog. serm. 67. de diuite & Lazaro. Lucæ c. 16. n. 27.

Interrogat D. Petrus Chrysologus. Quare non misit Deus Lazarum vt petitioni diuitis epulonis satisfaceret, & fratres sui ad meliorem vitam reuocarentur? *Roga te Pater* (*dicebat Diues*) Luex cap. 16. n. 27. *Vt mittas Lazarum in domo Patris mei. Et respondit ei Abraham habent, Moysem, & Prophetas, audiant illos.* Et addit

Chrys. citat.

Chrysologus respondendo ad quæsitum, *Quia nolunt impij, nolunt referre visa, qui volunt audita non credere.* Quasi dicat, multi peccatorum hoc dicunt: O si quis veniret ex mortuis, & quod ibi agitur, referret, omnes crederent ei. Quibus respondet Chrysologus serm citato: *Scimus & vitam parari bonis, & malis tormenta præparari, sed dum vitiis capti virtutum tempus nolumus aduenire, & fingimus nescire quod scimus; quia sentimus vitia præterire. Et ideo quamuis mortui ex inferno resurgerent, impij in tenebris cantiscerent, & immobiles in vitiis permanerent.* Vnde perfidiæ, non ignorantiæ est petere ab inferis prædicatores venire; quia Moysem, qui mirabilia fecit Exod. 7. & 14. & 17. non solum non audierunt, sed & mortem moliti sunt. *Et quem Prophetarum non persequuti sunt iniqui?* Quem Euangelium prædicantem martyrio non coronarunt Gentiles? Quem veritatem annuntiantem, & correctionem pronuntiantem peruersi non sunt detestati? Quia semper à prima vsque ad horam nonam semper Paterfamilias mittit operarios in vineam suam. Matth. 20. n. 6. vt vnus succedat alteri, sicut Baptismus Moysis in figura præcessit in nube, & aqua, & minor Baptismo Ioannis, & Ioannis minor Baptismate Christi gratiam exhibenti.

Impij neque mortuis credunt cum voluptatibus sunt mancipati.
Exod. 7. 14. & 17.
Act. 7. n. 52.
Matth. 20. n. 6.
Lucæ 3.

TRACTATVS XV.

AD LITTERAM,

In Cap. III. Lucæ.

TEXTVS.

3. ET venit in omnem Regionem Iordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. 4. Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ, vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. 5. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. 6. Et videbit omnis caro salutare Dei.

EXPOSITIO TEXTVS ad litteram.

527. Lucæ c. 3.

EXPLICATIS iam verbis Euangelistæ, quomodo Ioannes venit per regionem Iordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, & quomodo sit vox clamantis in deserto solum restat explanare aliquas Isaiæ Prophetias, nempe, quomodo vox facere poterat vias Domini planas, & rectas? & quomodo colles, & montes humiliauerant se? Vnde primo aduertit Abulensis quod Ioannes in ista Prophetia Isaiæ, non à semetipso loquitur, sed à Deo à quo missus esset, & de sua missione pronuntiatum fuerat multo tempore ante per Isaiam, scilicet, pluribus quam septingentis, & quasi quinquaginta annis, & sic testimonium eius ab Euangelista narratur, cum Deus illum antea approbauerit quam esset. *Dicitur autem vox clamantis in deserto.* Isai. 40. n. 3. vt quidam quos refert Abulens. q. 1. in c. 3. Matth. intelligunt, *Quod Christus sit clamans, & Ioannes vox eius.* Tamen hoc non placet Abulensi, *quia Ioannes non est propriè vox Christi, sed magis ipse ad Christum præparat, cum dicat, parate viam Domini, & ille Deus est Christus.* Sed hoc supra latè disputauimus.

Abul. in c. 3 Matth.
Isai. 40. n. 3.
Abul. cit. q. 1.
Isai. 40. n. 4.

528. Parate viam Domini rectas facite semitas eius. Hic loquitur Propheta ex persona de Iudæorum reductione ex Babylonica captiuitate, auctore Cyro, & sub eius figura, de alia maiore, veriore que reductione à captiuitate Diaboli per Christum facienda, qui vias planas, ad suum aduentum voce præconis Præcursoris præparat, vt consuetudo nos docet, quia ad Regem iter agendum montes & colles vnde transiturus est summa diligentia explanantur. Beda & Origenes homines superbos valles futuros humiles aduentu Christi, intelligit, sed de hoc ad mores infra.

Maldonat. in Euang.
Beda Origen.

529. Et videbit omnis caro salutare Dei nostri, id est, Isai. 40. n. 5.

id eſt, *Salutem quam Dominus populo ſuo daturus eſt.* Quaſi dicat ſalutem, quæ ex aſſumptione carnis per verbum æternum reſultanda eſt omnis
Ioan.1.n.14. cato participabit? quia vt Ioannes dixit: *Verbum caro factum eſt, vt habitaret in nobis.* Et de tam ineffabili Sacramento incarnationis, omnis cato, id eſt. omnis populus & gens participabit;
S.Thom.in opuſc. *Quia non fuit natio tam grandis*, vt S.Thomas dixit: *Quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter per beneficium incarnationis appropinquauit nobis*, & hoc eſt videre ſalutare Dei
Abulenſ.cit. noſtri, id eſt, nulla ſit creatura, quæ tanti beneficij non ſit particeps. De quo latius diſputauimus in ſequentibus difficultatibus.

VERSIONES variæ.

Vulgata editio.	1.	Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, &c.
Tranſlatio Vatabli.	2.	Omnis mons & collis reddetur humilis, vertunturque obliqua in rectum.
Tranſlatio Syriaca.	3.	Omnes valles implebuntur, omneſque montes & colles deprimentur & fiet tumulus humilis & aſpera regio plana.
Origenis.	4.	Omnis ſuperbus mons collis humilis fiet.
Tranſlatio ex Hebræo.	5.	Vt omnis mons impleatur, & collis humilietur, & obliqua erunt recta.
Nyſſen. in cat. Sancti Thomæ.	6.	Omnes montes & valles repleti erunt & collis non erit concauus.
Theophilactus.	7.	Fient, quæ obliqua ſunt directa.
Tertullianus lib. 5. contra Marcionem.	8.	Et colles æquabit vallibus, & obliqua diriget in rectitudines, & campos.
Abulenſis q. 1. in Matthæi c.3.	9.	Erunt praua in vias rectas, quia rectitudo ſemitas rectas facit.
Caietani.	10.	Montibus & collibus depreſſis, & vallibus impletis reducetur via æqualis. Et erunt viæ lenes.

DIFFICVLTAS I.

Quomodo intelligantur verba Iſaiæ, parate vias Domini, rectas facite ſemitas eius.

QVæretur, quomodo vias Domini, & ſemitas 530.
eius rectas facere poſſumus?

1. Responsio eſt Abulenſis q.1. in c.3. Abul.q.1.in
Matth. qui ait, *Vias rectas per quas Deus venit ad* c.3.Matth.
nos, & per quas nos ad Deum vadimus, eſt obſeruatio mandatorum, à quibus declinando erramus & ob hoc dicitur. Deuteron.5.n.32. *Quod non de-* Deut.5.n.32
clinemus ad dexteram, vel ſiniſtram ab ipſa lege, ſed ſecundum eam operemur. Quaſi dicat, obſeruatio præceptorum eſt aliquantulum difficilis. Propterea homini inclinato ſecundum carnem arcta, & aſpera videtur. Ideo dicitur Matth.7. Matth.7.
n.14. *Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci* n.14.
ambulant in ea, vel inueniunt eam. Vnde in Pſ.16. Pſ.16.n.14.
dicitur, *Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras*, id eſt, quia tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, ego cuſtodiui illa, licet durum ſit ea cuſtodire; Ioannes autem loquebatur de aduentu Dei ad nos, quia annuntiabat Meſſiam venturum, ad quem recipiendum debebant
Iudæi parare viam ſuam; quia oportebat eos Lucæ 3.
dimittere antiquam & carnalem conuerſationem, & hoc eſt facere rectas ſemitas eius.

2. Responsio eſt Tertulliani lib.5.contra 531.
Marcionem. qui ait, *Quod aduentu Meſſiæ, id eſt,* Tertul.l.5.
Chriſti colles æquabit vallibus, & obliqua diriget contra Mar-
in rectitudines & campos; quia omnes legis diffi- cionem.
cultates in Euangelij facilitates, & æquitates conuertet. Quaſi dicat, illud iugum legis antiquæ, *Quomodo*
quod vt Petrus dixit, *Neque nos, neque Patres* *iugum Chri-*
noſtri portare potuerunt. Act.15.num.10. quia tot *ſti ſit ſuaue?* Act.15.n.10.
montibus, & difficultatibus præceptorum imple- *Lex Chriſti*
batur, quaſi vallis nemoroſa & placida æquabitur *ſuauis.*
in compendio legis Dei, diligendo Deum & proximum.

3. Responsio Euthymij. *Impletur omnis* 532.
vallis in recto, quod deerat, videlicet pietate, ac Euthym.in
virtute, deprimitur vero omnis mons & collis abla- Euang.
to ſuperfluo puta impietate, & prauitate. Quaſi dicat, *quando Deus, qui omnia poſuit* (Sapientia ſua) Sap. c.11.
in pondere & menſura faciat iudicium & iuſtitiam n.21.
in aduentu ſuo, tunc æqualiter, & rectè dabit vnicuique ſecundum opera ſua; Et qui montes fuerunt in hac vita, erunt colles; & valles humiles abundabunt frumento, hoc eſt, diuitiis, gloria, & honoribus; quia vt æqualis fiat menſura, iuſtus
humilis exaltabitur, & ſuperbus mons humilia- Pſ.64.n.14.
bitur. Et in hoc ſenſu conueniunt Auguſt. ſerm. Aug. ſer. 36.
36. de Sanctis. Chryſoſtom. hom. 10. in Matth. Chryſoſt.
Gregor. homil. 20. in Euang. D. Leo. ſerm. 7. Gregor. D.Leo.
Origen. Theophylact. & multi Patres quos om- Origen.
nes citat S.Thom. in caten. ad cap.3. Matth. Theoph.in cat.S.Thō.

4. Responsio eſt S. Cyrilli in caten. 533.
S.Thom. citati, qui ait, *Quaſi quis reſponderet, &* Cyrill. in
diceret; qualiter viam parabimus Domino? vel caten.
qualiter ſemitas eius rectas faciemus, cum plura ſint impedimenta honeſtam viam volentibus ducere? Ad hoc Propheticus ſermo reſpondit:
Sunt enim viæ quædam, & ſemitæ, nequaquam ad Iſai.cit.
eundum

eundum habiles, quas oportet rectas facere. Quasi dicat, excusationes in peccatis dant peccatores, sed nil inultum remanebit; quia remedium præstat omnibus modis Christus aduentu suo, sed de hoc ad mores latius postea.

Impij excusationes quærunt falsas.

534. 5. RESPONSIO est Origenis in caten. cit. qui ait, *Quando venit Iesus, & spiritum suum misit omnis vallis repleta est operibus bonis, & fructibus Spiritus sancti, quos si habueris, non solum vallis esse desistis, sed etiam mons Dei esse incipies.* Quasi dicat, tunc implebuntur montes, quando Messias aduentu suo, & prædicationis verbo in omnem superbam gentilitatis terram mittat operarios suos, vt doctrina Euangelicæ fidei, mentes superbæ quasi montes repleantur gratia baptismatis. Et hoc insinuat Translatio ex Syriaca omnes valles implebuntur, omnes montes deprimentur, & fiet tumulus humilis, & aspera regio plana.

Orig. in cat. S.Thomæ. — *Anima ad Deum conuersa cumulatur virtutibus.* — Translat. Syriac.

DIFFICVLTAS II.

Quomodo praua erunt in directa.

535. QVæritur, quomodo praua in directa conuertenda sint aduentu Messiæ?

Gregor. in homil.

1. RESPONSIO est Gregorij Magni in homil. qui ait: *Praua autem directa fiunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta ad iustitiæ regulam diriguntur.* Quasi dicat, aduentus Christi ita corda Iudæorum praua & detorta fecit recta, & directa; quia eo mortuo multi pectora sua percutientes reuertebantur Lucæ 23. n.48. *Ad veram iustitiam & pœnitentiam*, vt in Actibus Apostolorum patet, *Quod dicebant audito Euangelio quid faciemus veh nobis:* aspera autem in vias planas immutantur, cum immites, atque iracundæ mentes per infusionem supernæ gratiæ ad lenitatem mansuetudinis redeunt.

Lucæ 23. n.48. Act.2.n.37.

536. 2. RESPONSIO Hieronymi in cap. 40. n.4. Isaiæ. *Per montes & valles gentiles intelligit; montes quia elati; valles vero quia vitiis depressi tenebantur.* Quasi dicat, multi sunt in sua æstimatione, montes supremi inaccessibilesque, valles vero abiectissimi inconstantia, & fortitudine ad virtutem obtinendam, de quibus scriptum est Ps.73.n.23. *Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper.* Sed de hoc ad mores postea.

Hieronym. in c 40. Isai. n.4. — *Superbi inconstantes.*

537. 3. RESPONSIO Lyrani est, qui ait: *Hæc auctoritas, quæ habetur Isaiæ 40.n.4. exponitur à Iudæis de reditu captiuitatis Babylonis, de qua prædixit Isaias, tunc complanari per hoc quod valles eleuarentur ad æqualitatem planitiei, & colles deprimerentur, vt sic Iudæi de Babylonia reuertentes in Iudæam possint de facili transire per viam.* Sed hoc neque in Scriptura sacra, neque in alia Historia authentica inuenitur esse impletum. Ideo ad verum sensum de aduentu Christi reducendum est.

Lyran. nost. in glossa sua. Isai.c.40.n.4 — *Auctoris mens.*

538. 4. RESPONSIO: *Aspera in vias planas, id est corda contra Christum indurata, mollificabuntur sicut patet de Paulo, qui Christum persequens à Deo illustratus, statim ad mansuetudinem obedientiæ fuit conuersus dicens, Domine quid me vis facere.* Actor.9.

Lyran. citat. in Gloss. — Actor.9.n.6.

539. 5. RESPONSIO Caietani, erunt praua in vias rectas; *Quia rectitudo semitas rectas facit, id est, montibus & collibus depressis, & vallibus repletis fiet via æqualis, & erunt viæ leues.* Quasi diceret, intentum aduentus Domini fuit, vt domus exasperatrix Iudæorum reduceretur, & humiliaretur, fidem incarnationis recipiendo; quia ideo venit Dominus, vt filij Israël salui fierent.

Caiet. citat. in Euang. — *Iudæi duræ ceruicis.*

DIFFICVLTAS III.

Quomodo intelligantur verba, & videbit omnis caro salutare Dei.

540. QVæretur, quomodo omnis caro potuit videre salutare Dei?

1. RESPONSIO est Interlinealis in glossa, quæ ait, *Homo Iudæus & Gentilis, vir, & mulier, iuuenis, & senex Christum videbit, vel quia inter Gentiles & Iudæos subintelliguntur omnes nationes; vel quia in die iudicij omnes homines videbunt salutare Dei, id est Christum in forma humana, in qua salutem operatus est.* Sic interpretatur noster Sanctus Antonius de Padua Dom. 4. aduentus sequutus Remigium epist.2.ad Thessalonienens. Greg. hom.22.

Interlinealis glossa. — S.Anton.de Pad.Dom.4. aduent. — Remig.ep.2. ad Thessal. — Gregor. hom.22.

541. 2. RESPONSIO est nostri Lyrani in sua Glossa, qui ait, *Videbit Christum omnis caro; quia ex omni lingua, populo, & natione conuersi sunt aliqui ad fidem; quia vt Theologorum axioma est cum Sanct. Thom. non datur ignorantia inuincibilis mysteriorum fidei, cum scriptum sit, in omnem terram exiuit sonus eorum* Ps.18.n.5. Et insuper auxilium sufficiens nemini denegatur, vel per prædicationem, vel per inspirationem, vel per notitias indicibiles, & ineffabiles, per quas Deus notum facit omnibus hominibus salutare suum. Et hoc est, quod Propheta Isaias dicit, cap.50. *Videbit omnis caro salutare Dei nostri.* Et in hoc sensu coincidit Titus Bostrens. qui ait, *Quod fructus legis Euangelicæ, & prædicationis Christi ad omnes remotissimas nationes & Prouincias perueniendi sunt.*

Lyran. in Gloss. sua. — *Theologorum axioma.* — Ps.18.n.5. — *Non datur ignorantia inuincibilis fidei.* — Isai.c.50. — Titus Bostrensis.

542. 3. RESPONSIO est Bedæ in Glossa Lyrani citati, qui ait, *In hac vita omnis homo Christum videre non potuit.* Quasi dicat, oculis corporalibus videtur impossibile, quod omnis caro, vel homo Christum videret, & oculis fidei possibile est, quia in Apocalypsi 7. n.9. scriptum est, *Vidi turbam magnam &c. ex omni populo, tribu, lingua, & natione.*

Beda in Gloss. ordin. — Apoc.7.n.9.

543. 4. RESPONSIO Maldonati in cap.3. Lucæ, *Vt omnes homines conspecturi essent, quomodo Deus populum suum primum à Chaldæorum, deinde à Diaboli tyrannide liberaturus esset, sicut* Ps.73.n.12. dicitur; *operatus est salutem in medio terræ, id est, toto inspectante terrarum orbe,* & Ps.97.n.3. *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.*

Maldonat. ad c.3. Lucæ. — Ps.73.n.12. — Ps.97.n.3.

544. 5. RESPONSIO: *Omnis caro videbit salutare Dei, id est, omnes homines gustabunt comedendo carnem eius in Eucharistia Sacramentatam. Et quicumque voluerit oculus fidei illam videre & gustare salutare Dei, expers erit; quia quicumque manducauerit ex hoc pane viuet in æternum, & per* Ioann. cap.6. dicitur, *Nisi manducaueritis carnem &c. & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.* Vnde idem Isaias cap. 55. num.1. *Inuitat*

Auctoris mens. — *Salutare Dei Eucharistia Sacramentis.* — Ioan.c.6. — Isai.c.55.n.1

Gaudia comedentium Christi corpus inaudita. *Inuitat ad videndum salutare Dei, omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, edite, & comedite, venite emite absque argento, & absque vlla commutatione* &c. *videbitis, & gaudebit cor vestrum.* Quasi dicat, omni gaudio replebitur quicumque oculis fidei accesserit
1.Cor.2.n.9 ad videndam carnem salutarem Dei; *quia neque auris audiuit, neque oculus vidit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus videntibus, & gustantibus salutarem carnem Sacramentatam Dei nostri.*

545. Chrysost. in caten. S.Thom. 6. Responsio Chrysostomi in caten. S.Thom. qui ait: *Vsque ad finem mundi diffundetur Euangelij virtus, atque cognito ex more ferino, & obstinata voluntate ad mansuetudinem, & lenitatem, humanum genus conuertetur* Et addit Sanctus; *non autem solum Iudæi & proselyti; imo tota humana natura salutare Dei videbit.* Quasi Euangelij virtus magna. dicat, cum scriptum sit, *quod fiet vnus Pastor, & ouile vnum.* Ioan. cap. 11. n. 16. vsque ad tale tem- Ioan.c.11. n.16.
pus prædicatio Euangelij aspera corda, & dura conuertet ad fidem, & lenitatem Euangelicæ doctrinæ, & cum omnes gregem, & Pastorem recognoscant tunc videbit omnis caro salutare Dei nostri. Et tunc sententia Tertulliani adimplebitur, *quia fient, quæ obliqua sunt directa, & colles æquabit vallibus, & obliqua diriget in rectitudines, & campos.* Pastor Christus omnes conuertet ad fidem. Translat. Tertull.

TRACTATVS XVI.

AD MORES,

In Cap. III. Lucæ.

DIFFICVLTAS IV. ad mores.

Quæ sint viæ rectæ quas Domino debemus parare?

546. Abul.q.2. in Matth.c.3. Quæretur, quomodo vermis homo potest præparare vias Domino?

1. Responsio est Abulensis q.2. citata in littera, qui ait, *Vias per quas Dominus venit ad nos, & nos ad eum tendimus, est obseruatio legis Dei. Sed væ nobis, quia antequam discedamus de hac vita possumus dicere: ergo errauimus à via*
Sap.5.n.6. *veritatis*, Sap. cap. 5. n. 6. *Quia licet omnes legem Dei confiteamur; tamen à recta via obseruationis legis erramus.*

547. Orig.hom.1. in Iudic.3. Interrogat Origenes hom. 1. in Iudic. quomodo de filiis Israël, cum ingrederentur terram promissionis, dicitur: *Nouerunt omnia opera*
Iudic.2.n.7. *Domini.* Iudic. 2. n. 7. *Nunquid quia nouerunt vias Dei operati sunt circa obseruantiam legis? Num propter intelligentiam legis facti sunt operatores eius?* Et respondet *quis est, qui cognouit omnia opera Domini, nisi qui facit ea.* Et addit: *sicut enim de filiis Heli dicitur, quod erant filij pesti-*
1.Reg.2. n.12. *lentiæ nescientes Dominum.* 1. Reg. 2. n. 12. *Non quod ignorarent Dominum, qui vtique & Doctores erant cæterorum. sed quia sic agebant, vt agunt illi, qui nesciunt Dominum.* Quasi dicat, vias Domini non præparat qui solum cognoscit legem, & tanquam Ethnicus & Gentilis obseruat eam: O miseri ingeniosi, & subtiles, in intellectu, quantum à vera via Dei aberratis, viuendo sicut Barbari; qui non cognouerunt vias Domini.

548. S. Cyrill. Alex.lib.6. in Ioan.c.11 Vnde interrogat Sanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Ioan. cap. 11. *Qui sunt illi, de quibus Christus loquitur, est Pater meus qui glorificet me, quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non*
Ioan.8.n.54. *cognouistis eum?* Ioan. 8. n. 54. Et respondit *Legis periti, & Doctores legis, qui quamuis legem legebant, eam tamen non obseruabant, & sic non intelligebant: nam soli cognoscere Deum dicuntur* (inquit Cyrillus) *qui viam mandatorum eius*
Cyrill. citat. *perambulant, neque ab ea declinant.* Quasi dicat: O quanti sunt in Ecclesia Dei, qui quamuis speculatiuè Deum cognoscunt practicè nescire dicuntur; quia vias Domini nolunt parare, de quibus Apostolus loquitur ad Titum 1. n. 16. *Qui* Ad Tit.1. n.16.
confitentur nosse Deum; factis autem negant. Sic igitur Iudæi, quia Dei præcepta non obseruabant rectè de illis Isai. 40. dicitur, *Parate vias Domino,* Isai 40.n.3.
rectas facite semitas eius per quas possitis ad Deum tendere, & Deus ad vos venire.

549. Tert. citat. 2. Responsio Tertulliani citati, qui ait, *Vias obliquas planas facit, qui in compendio diligit Deum, & proximum suum.*

550. Oleast. in Exod.20. n.6. Transl Pag. in c.20. Exod. Interrogat Oleaster in Exod cap 20. n. 6. *Qui sunt qui custodiunt mandata Dei,* de quibus dicitur Exod. 20. n. 6. *Diligentibus me, & custodientibus mandata mea?* Et respondet: *Illi in compendio diligunt Deum, qui non solum verbo, sed exemplo, & opere diligunt,* sicut dicitur Ioan. 14.
Ioan.14. n.23. n 23. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & qui non diligit me sermones meos non seruat.* Quasi dicat, aduertite quantum noceat iniquitas, & quid valeat dilectio vt iniquitas non solum noceat facienti, & dilectio non solum prosit ipsi diligenti. Amoris effectus.

551. 4.Reg.c.5. n.15. Exemplum est de vtroque in 4. lib. Reg. cap. 5. n. 15. *Gyezi seruus Elisei obcæcatus desiderio pecuniarum à Naaman festinus munera petiit, & non solum*

Cupiditas nocuit multis. *solum sibi, sed & Elisæo innocenti nocuit sua cupiditate à qua opprimebatur, quia infamauit Prophetam nota cupiditatis, & peccato venditionis miraculi.* Vides quomodo iniquitas non solum noceat facienti. Sed quomodo *Dilectio inimicorum vtilis.* dilectio prosit non solum ipsi diligenti patet; quia ingens miraculum fecit Elisæus sanando Naaman, singulareque præbuit exemplum pecunias pro curatione oblatas negligendo, & Giezi peccatum cupiditatis parcendo, & sicut proximum diligendo, & ista dilectio non solum profuit Elisæo sed Naaman: nam admiratus dixit, *Non faciet vltra seruus tuus holocaustum aut* 4. Reg. 5. n. 17. *victimam Diis alienis, nisi Domino.* 4. Reg. 17. Quasi dicat: plus motus fuit Naaman *Bonū exemplum multū prodest.* exemplo dilectionis Elisæi ad inimicum Giezi quam miraculo sanitatis à lepra; quia pro miraculo tantum dixit: *Verè scio quod non* 4. Reg. 5. n. 15. *sit alius Deus in vniuersa terra.* 4. Reg. 5. August. serm. 207. num. 15. *Sed pro dilectione Giezi inimici,* inquit Augustinus serm. 207. *Mox Naaman diuinam sibi disciplinam indicit, superstitiosam abscindit, continuo se Deum venerari testatur, & detestari idolum profitetur.* *Peccatores magis bono exemplo reducuntur.* Quasi dicat, quod si iniquitas non solum nocet facienti; dilectio non solum prodest ipsi diligenti, & hoc est, quod Tertul. cit. lib. 5. contra Marc. Tertullianus insinuat, vias obliquas rectas facit, qui in compendio diligit Deum, & proximum.

552. Euthym. cit. in litt. 3. RESPONSIO sit Euthymij in littera, qui ait, *Quod implebitur omnis vallis in recto quod deerat pietate, & virtute, &c.* Quasi dicat, *Æqualitas inter Religiosos amabilis.* ad mores, quod differentias, & singularitates in domo sua odit Deus; quia nil ita docet, & conturbat viros perfectos, quam videre differentias in communitatibus, ita vt vnus manducet olera; alter delicatos cibos.

553. Bern. serm. de nat. Virg. Interrogat Sanctus Bernardus serm. de natiuit. Virgin. *Quare tam dulciter, & amabiliter loquitur sponsa cum sponso, vt vnanimes corde, ore, & opere videantur dicere, dilectus meus mihi, & ego illi?* Et respondet ex ipso textu, *qui pascitur inter lilia.* Quasi dicat, etiam si iustus Prælatus debet permanere sicut lilium, & omnibus virtutibus plenus pullulare videatur; *tamen si non æqualiter pascitur inter lilia non complacet illi*; quia nihil ita subditos scandalizat quam singularitas in victu, potu, & vestitu: nam etsi iustus Bern. cit. germinat *sicut lilium* (inquit Bernardus) *sed non ad lilium sponsus pascitur, nec in singularitate complacet sibi.* Quasi dicat, ad hoc *Amicorum sublimatio impios facit.* Messias missus est in mundum, vt obliqua adæquet, & valles æquitate impleantur, & abusus mundi extinguatur, quod vnusquisque solum quæ sua sunt & amicorum suorum quærat.

554. D. Hilarius in Matth. c. 5. n. 15. Ideo interrogat D. Hilarius in Matth. cap. 5. Quare Christus comparat Synagogam lucernæ positæ sub modio Matth. cap. 5. num. 15. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub* Luc. 11. n. 33. *modio?* Et respondet, *quia erat singularis, & sibi solum, & filios suos tantummodo diligebat, quasi gallina pullos suos, & quasi modius qui ad mensuram granos continet.* *Synagogam Dominus digne modio comparat,* (inquit Hilarius) *quæ susceptos fructus intra se tantum receptos certum modum dimensæ obseruantiæ continebat.* Quasi dicat, odiosa *Synagoga erat particularis ad suos, ideo fugienda.* erat Deo Synagoga, quatenus singularitatem superueniendo obseruabat, & solis suis amicis, & consanguineis Sacerdotes fouebant, & ipsi potibus delicatis, & cibis vtebantur, & erant singulares in actionibus suis aliud faciendo, & differenter prædicando; ideo dicebat Iesus, *Omnia quæ dixerint vobis, facite, solum opera eorum nolite facere.* Matth. 23. num. 3. *Ideo venit Messias,* Matth. 23. n. 3. inquit Abulensis, *vt rectas vias & planas faciat;* Abul. cit. quia rectitudo & æqualitas semitas rectas facit; singularitates vero tortas, obliquas & odiosas.

4. RESPONSIO est D. Hieronymi, *Qui* 555. *per montes intelligit superbos; per valles, qui* S. Hier. cit. *vitio linguæ in abscondito loquuntur magnalia, & in occasione neque fortes, neque virtuosi, sed ignobiles, & imbecilles ostenduntur.* De quibus Sanctus Bernardus lib. 5. de S. Bern. lib. 5. de consider. ad Eugen. consideratione ad Eugenium dicit: *Docuerunt linguam suam grandia loqui; cum vero operarentur exigua.* Quasi dicat, quanti sunt in mundo, quos Hispanica phrasis vocat *Valientes de entremes de comedia*, qui *Hispanica phrasis.* superbi sunt, laudanturque de mirabilibus factis, & cæteros tam in armis quam in litteris vilipendunt, & sunt in perpetuo murmure de alienis actionibus, & ipsi ad nihilum valent, nisi vt conculcentur ab hominibus.

Interrogat Dionysius Carthusianus, *Quare* 556. *Iudith cum esset fœmina nimis delicata & pul-* Dionys. Carthus. in l. Iudith. *chra ausa est contra Assyrios ad pugnam in arenam descendere? Nunquid in brachio fortitudinis suæ poterat caput Holofernis abscindere?* Et respondit *superbia Assyriorum, quæ veluti montes opprimere volebat valles humiles Hebræorum, dedit illi victoriam. Audiamus quo-* *Humilitas exaltatur.* *modo exaltati loquebantur montes illi inflati superbia. Egressi sunt, vel ausi sunt,* (vt translatio Græca, ait) *egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos.* Iudith 14. num. 13. Quasi Iudith 14. n. 13. dicat, aspernantes humiles. *Maiori punitione digni sunt Israëlitæ propter audaciam, quam propter resistentiam. Sed ideo in fugam conuersi sunt* (inquit Carthusianus) *quia aspernanter* Carthus. cit. *loquuti sicut Assyrij de Israëlitis ex magnitudine electionis.* Quasi dicat, semper superbi sunt loquaces, & lingua exaltantur semper virtute sua, *sed Deus superbis resistit; humilibus autem de-* Iacob. 4. n. 6. *dit gratiam.* Et hoc dicit sententia Caietani, Translat. Caietani. *montibus & collibus depressis, & vallibus repletis reducetur via æqualis, & erunt viæ leues.*

5. RESPONSIO est Cyrilli citati in 557. caten. qui ait, *Quod Propheta respondit ad illos* Cyril. in cat. *qui ad parandam viam Domini ponunt impedimenta, quia semitas possumus rectas facere non obliquas & indirectas: nam sunt nonnulli ministrorum, præsertim qui subreptitiè & tacitè di-* *De propriis, non de alienis opera facienda.* *tantur; omniaque officia venalia faciunt, & aliquando quærant semitas, vt obliqua recta faciant, scilicet ædificando monasteria, vel capellas construendo, & alia pia opera exercendo (quod quidem bonum est) & laude dignum: sed aduerte, tu qui talia*

talia facis, quod melius eſt rectè & fideliter viuere, & de propriis, non de alienis eleemoſynas facere.

558. Oleaſter in Leuit. c. 16. — *Primo reſtituere, deinde benefacere.* — *Hiſpanica loquutio.* — Marc. 16. n. 1. — 1. Paral. c. 1. — Matth. 27. n. 6. — Tranſlat. Tertul. cit.

Interrogat Oleaſter, *Quare præcipiebat Deus,* Leuitic. 16. *quod, ad offerendum Deo hoſtias pro populo ſuſciperet Sacerdos à cœtu filiorum Iſrael duos hircos?* Sic legit Pagninus. Et Reſpondet; *quia vnuſquiſque tenebatur ex propriis; hoſtias, quibus expiandus eſt Sacerdoti ſuppeditare.* Quaſi dicat, *ſuperuacaneum eſt quærere placere Deo de rebus alienis, & furto ſublatis; cum vnuſquiſque teneatur reddere vnicuique quod ſuum eſt:* nam contrarium facere Hiſpanica phraſi dicitur *Eſſo es hurtar el puerco y dar los pies por Dios:* De fœminis enim quæ venerunt ad monumentum, vt vngerent corpus Ieſu, notauit Marcus cap. 16. num. 1. *Quod ex propriis emerunt aromata ſancta mulieres, non de alienis. Sic Dauid noluit Deum ſuum mutuatis aut grato quæſitis holocauſtomatibus placare, ſed propriis,* 1. Paralip. cap. 1. *Quia dilacerare pauperes Reipublicæ & ſtatim mittere in corbonam templi.* Neque Iudæi crucifixores Ieſu permiſerunt dicentes: *Non licere in corbonam mittere, quia pretium ſanguinis eſt*; id eſt, neque de pretio Diſcipulorum Iudæ, qui de pecuniis venditionis ſanguinis Chriſti voluit pia opera facere. Et de his dicitur in ſententia Tertulliani, *Quod quærunt obliqua recta facere, quærendo ſemitas aſperas, & difficiles per quas Chriſtus non ambulat.*

559. Origen. cit.

6. RESPONSIO eſt Origenis citati, qui ait; *Quod aduentu Meſſiæ valles miſeri deſiſtent eſſe abiecti, & opprobriati, & montes eſſe incipient, quia fructibus Spiritus Sancti replebuntur peccatores, & propter Dei amorem animam ſuam ponent, vbi oſtenditur maior charitas.*

560. Oleaſter in Leuit. c. 16. Tranſl. Pag.

Interrogat Oleaſter, *Quare præcepit Deus, ſi duo hirci ad Altare afferantur, Sacerdos daret ſuper ambos ſortes?* Leuit. 16. iuxta tranſlationem Pagninam. Et reſpondet, *adumbratur in his duobus hircis peccator, qui pro ſceleribus ſuis dignus eſt qui immoletur Domino, ſed Dei munere liber euadit, & in ſolitudinem mittitur ſeu liberatur.* Quaſi dicat, ſit benedictus Dominus noſter, qui mortem, quam pro peccatis noſtris commerueramus in hircum tranſtulit, & poſuit in eo peccatum omnium noſtrum.

561. Leuit. 16. Oleaſt. cit. — *Peccatores abiecti pœnitentia ſublimes fiunt.* — Pſ. 134. n. 11.

Et ſi quæras, *Quare in ſortes mittebatur hircus ſacrificandus, & alter in deſertum mittebatur?* Reſpondet Oleaſter in Leuit. cap. 16. *Voluit Dominus oſtendere in ſortibus diſcrimen, in quo eſt peccator propter peccata ſua, quod videlicet aut feris tradendus eſſet in montibus, aut Deo in altari immolandus.* Quaſi dicat: ô quam Beatus eſt ille peccator, qui quaſi vallis abiecta & obliqua, quæ non valebat, neque audebat ad cœlum leuare oculos ſuos pondere peccatorum oppreſſus. Sed ſorte diuina vſque ad montes Dei peruenit per martyrium, aut per pœnitentiam, de quo ſcriptum eſt, *pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius.* Et hi ſunt valles humiles, qui aduentu Meſſiæ conuerſi ſunt in montes Dei, & repleti fructibus gratiæ diuinæ de quibus ſcriptum eſt, *& valles abundabunt frumento.* Pſ. 64. n. 14.

560. Chryſoſt. citat. in cat. S. Thom. — Idem.

7. RESPONSIO eſt Sancti Chryſoſtomi in caten. citati, qui ait, *Quod colles ſunt homines ita elati, & ſuperbi, quod quaſi deſperati viuunt ſine ſpe alicuius boni operis quemadmodum collis in deſerto fructum nullum profert; neque aliquis in eo ſeminat quia in vacuum laboraret: colles deſperatos appellat,* inquit Sanctus, *non ſolum propter ſuperbiam mentis, ſed propter deſperationis ſterilitatem; collis enim nullum fructum producit.*

563. D. Zeno. ſerm. 5. de Iſai. Iſai. c. 1. n. 2. — *Pietas Dei flagellum grande aliquando.* — S. Zenon citat. — *Reprobi non beneficiis obligantur & omnibus nocent.*

Interrogat Sanctus Zeno ſerm. 5. de Iſaia, *Qui ſunt illi filij de quibus conqueritur lamentabiliter per Iſaiam cap. 1. num. 2. filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me?* Et reſpondet, *filios populi ſui, quos beneficiis ineffabilibus exaltauit, minatur; quia tam crudeles, & infructuoſi ſteterunt, quod pietate, & benignitate diuina abutebantur, & pro ſeminatis beneficiis terra cordis eorum perfidias & crudelitates pullulabat, & nullum germen, neque fructus ſperabatur de eis, quia ſemper ſteriles colles erant, Iudaicum populum* (inquit Sanctus Zeno) *vniuerſum ſalutis ſuæ præſidium offendiſſe textus diuini carminis oſtendit, in quo eum non ſeueritas condemnauit ſed pietas.* Quaſi dicat, nullum maius ſupplicium Dei eſt, quam id, quod oſtendit cum ſceleratis, qui abutuntur ſua pietate quia ſteriles peccatores ſunt, ita vt nulli proſint, & omnibus noceant.

564. S. Ambroſ. — *Iudas quare Chriſtum oſculauit.* — Matth. 27. n. 6. — *Proterui mala morte pereunt.* — Idem Sanct. — *Peccatorum abyſſus abutitur patientia Dei.* — Origen. cit. Iſai. 28. n. 19.

Vnde Ambroſius interrogat, *Quare clementiſſimus Ieſus permiſit proditori ſuo oſculum in ſacroſancta eius facie dare?* Et reſpondet, *vt ſua pietate ſceleratum Diſcipulum flagitaret: nam benignitate & manſuetudine ſua pluſquam ſi fulgur deſcenderet de cœlo eum percuſſit. Unde tanquam vallis deſperata, & ſine fructu eum dereliquit, & ſtatim laqueo ſe ſuſpendit.* Matth. 27. num. 6. *Neque immerito* (inquit Ambroſius) *grauiori telo tanta dignitatis percuſſus eſt, quam ſi eum fulmine percuſſiſſet.* Et addit Sanctus Ambroſius: *Denique patientiam Domini ferre non potuit, qui maieſtatem prodidit. Itaque abiit, pecuniam refudit & laqueo ſe ſuſpendit.* Ecce fructus deſperationis, & vallis ſterilis, cordiſque indurati ſuperbi, & elati, quod multoties benignitate, & patientia Dei abutitur, & deſperatur, & vſque ad abyſſum non ceſſat peccare, vbi vt Origenes inquit, ſuperbi montes humiliabuntur, quia vexatio dabit intellectum.

DIFFICVLTAS V.
ad mores.

Quomodo praua erunt directa?

QVæritur, quomodo praua per aduentum Chriſti conuerſa ſunt in directa?

565. Gregor. in hom.

1. RESPONSIO eſt Sancti Gregorij in Homil. qui ait: *Praua autem directa fiunt, cum*

cum malorum corda per iniustitiam detorta ad iustitiæ regulam diriguntur. Quasi dicat, in hoc apparet potentia Dei incarnati, vt Principum corda, & ministrorum eius per iniustitias detorta ad iustitiæ regulas dirigantur propter quod Prouerb. 21. num. 1. de conditione horum terribilium Principum dicitur: *Sicut diuisiones aquarum*, vel vt Septuaginta legunt, *Sicut impetus aquæ, ita cor Regis in manu Domini:* Quasi dicat, cor Regis induratum, à solo Deo coërcetur, quia si aliquis Prædicator, vel iustus voluerit ad iustitiam cum reducere, quasi impetus aquarum rapit quidquid ei opponitur, sic cor obliquum Principis omnes confundere conatur.

Prou.21. n.1. Transl.70. *Rex incapax irreprehensibilis.*

566\. Interrogat Oleaster, *Quare prodigia Moysi contra Regem Pharaonem inceperunt per virgam, quæ versa est in Draconem.* Exod. cap.7. num.10. Et respondet *à Dracone incepit, vt Regem deterreret magis, sed non profuit.* Quasi dicat, corda indurata Regum, & ministrorum eius, neque draconibus terrentur, & si detorta monstrantur neque terroribus, neque prodigiis cœli ad iustitiam reuocantur.

Oleaster in Exod.c.7. n.10. *Ministri detestabiles.*

567\. Miratur Eusebius lib. 11. de Præparatione Euangelica cap. 7. *De prudentia mirabili mulieris Thecuitis, quæ de conditione Regia sic alloquuta est cum Dauid, omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* 2.Reg.14.num.14. Quasi dicat, ô Rex aduerte, quod conditio Regum similis est aquæ decurrentis, quæ facilè labitur; sed difficilè reuocatur.

Euseb.lib.11. de Præparat. Euang.c.7. 2.Reg.14. n.14.

568\. Hine iterum Oleaster interrogat, quare dixit Dominus Moysi, *Vade iterum ad Pharaonem, & aquæ conuertentur in sanguinem coram Pharhoh*, sic legit Pagnin. Exod. 7. num. 18. Et respondit, *quia solet Deus Regum impiorum compedes aggrauare; prius enim leuiora proponit; postea grauiora.* Quasi dicat, ita corda magnatorum detorta sunt vt leuioribus, neque grauioribus suppliciis, & prodigiis cælestibus ad veram iustitiam reducantur, ideo additur *in cordibus Parahoh.* Quasi dicat, mirum valde est, quod dederit Deus oculos impiis, Principibus & ministris, etiamsi in oculis eorum quotidie signa faciat; neque tamen sinat eos videre, vt à malo retrahantur; & negare non possumus Dei magnum munus esse cognoscere Reges & ministros flagella Dei; quia si cognouissent, praua recta facerent, & corda detorta ad iustitiam reuocarentur. Et ideo immobiles in obstinatione persistunt, quia non cognoscunt se posse errare; quia non sunt ignaui & ignorantes, sicut cæteri homines. Vnde Heraclius dicere solebat, vt refert Eusebius loco supra citato cap.7. *Sicut nemini licet eumdem fluuium bis intrare, quia cum iterato intrat, iam alter est. Ita neminem posse in eundem hominem bis incurrere, quia si mutatur status in singula penè momenta ab eo qui fuerat mutatur.* Quasi dicat, sicut fluuius nunquam in eodem statu permanet, nam iam decrescit, iam alter est: sic homo qui ad statum dignitatis & ministri accessit varius est; neque se cognoscit, quia inflexibilis & alter est; neque ad veram iustitiam, si detortus est, reuocatur: nam qui antea mitis, & suauis, & humiliter se recognoscebat, iam *exaltat se supra se, neque vias asperas recognoscit, neque cor prauum liquescit, quia honores mutant mores, id est, conditiones.*

Exod.c.7. Translat. Pagnin. in Exod.7. n.18. *Corda Regũ dura.* Euseb.loc. cit.c.7. *Honores mutant mores, & opprobria similiter.*

2\. Responsio est Hieronymi in littera citati, qui ait; *Montes sunt qui sua æstimatione cæteros vilipendunt, & omnes in sua comparatione valles humiles reputantur.* Interrogat Chrysostomus in imperfecto hom.2. *Quare Herodes tanta crudelitate incensus occidit infantes, à quibus nullum damnum receperat?* Et respondet, *quia sua æstimatione, & cogitatione lacerabant viscera sua, eo quod Reges parui momenti quos ille tantum despexit illuderent eum. Irascebatur Herodes* (inquit Chrysostomus) *quia quibus ille sedens in throno regni, & vestitus purpura contempserat, his Iesus paruulus, & pannis inuolutus placuit.* Quasi dicat, hoc ad diuinam prouidentiam pertinet, vt elati à paruulis despectis multoties torqueantur. Exemplum euidens in Aman priuato à Rege, cui omnia obediebant, & qui omnes Principes aspernabatur (diuina prouidentia sic ordinante) à paruulo & humili Mardochæo torqueretur, vt exclamans diceret *Zara vxori suæ, Regina quoque Esther nullum alium ad conuiuium vocauit præter me, apud quam cras pransurus sum.* Esther cap. 5. num. 12. *Et addit ad probandum intentum. Sed nihil me habere puto quamdiu videro Mardochæum sedentem ante ianuam Palatij.* Quasi dicat, omnia mihi prospera in nihilum redacta sunt; quia video me à paupere Iudæo aspernatum. Idem contigit Pharisæo, *qui cæteros aspernabatur tanquam peccatores, sed Dominus despexit illum, & publicanum exaudiuit.* 569.

Hieron. cit. Chrysost. in imperfect. hom.2. *Superbi omnes despiciũt.* Idem Chrysost. citat. Esther c.5. n.12. Lucæ c.18. n.13.

Interrogat Chrysostomus, *In quo aggrauabant, & torquebant Ægyptij Hebræos, siquidem semper in operibus luti, & lateris diu, noctuque instabant?* Et respondet, *aggrauabant illudentes eis.* Exod. 1. num. 13. Quasi diceret, *nulla maior molestia neque labor afflictis superuenire potest quam illudi ab inimicis, verbis asperis, & aspernatione superba.* Sed Dei prouidentia puniti sunt illudentes: nam Ægyptum spoliatam Hebræi dimiserunt, & illusos superbos reliquerunt. Vnde dicitur, 1.Reg. num.16. *Quare aggrauatis corde vestra, sicut aggrauauit Ægyptius & Pharao cor suum.* Vnde Septuaginta legerunt, *Nonne postquam percussus est tunc dimisit eos.* Ac si dicat, vt Oleaster notauit; *Nonne qui alios illuserunt illusi sunt; quia accipientes munera pretiosa fugerunt, & mare transierunt, & Ægyptij illusis suffocatis remanserunt & filij Israel victores, quia prouidentia Dei est, vt aspera & dura corda, qui vt montes exaltati de vallibus humilibus irrident, obliqua & detorta remaneant & illudantur à iustis*, vt patet Sapient. cap. 5. num. 4. *Quando dicebant nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam: sed ecce, quasi dicant, illusi sumus, quia inter filios Dei computati sunt.* 570.

Chrysost. hom.8. in Matth. Exod.1. n.13. *Graue supplicium illusio.* 1.Reg. n.16. Transl.70. Oleaster in in Exod. Sap.c.5.n.4.

3\. Responsio est Lyrani, qui moraliter ait: *Aspera in vias planas erunt, quando per exercitium bonum efficitur leue, quod prius erat durum. Et sic disponitur auditor verbi diuini ad videndum salutare Dei.* Quasi dicat, Sacramenta 571.

Lyra. noster in Luc.c.3.

Inſpirationes Dei ineffabiles.

meota (id eſt , res abſconditas) quæ Deos per exercitium audieodi verba diuioa per inſpitationes condonat auditoribus ſunt ineffabilia.

Greg.l.mor. in Iob.c.4. n.12. Tranſl.alia.

572. Interrogat Sanctus Gregorius lib. moral. in Iob, quomodo intelliguntur verba illa Iob, cap. 4. num. 12. *Et quaſi furtinè ſuſcepit auris mea verba ſuſurri eius, vel vt alij legunt feſtinanter?* Et reſpoodet, *furtinè audit peccator verba Dei quando feſtinanter, & quaſi violenter audit ſermones verbi diuini. Sed quemadmodum viator, cum per deſerta loca tranſit ſitibundus, & à longe audit & non videt ſuſurrum fontis aqua de alto in vallem cadentis. Et attento iterum quarit ſonitum, & tandem inuenit ſcaturigines fontis, & bibens ſatiatur ab ardoribus ſitis & ſolis. Sic peccator non aſſuetus ad audiendum verbum diuinum aliquando audit verba, qua cor eius penetrant, & ſitim & calorem extinguunt*; quia inquit Gregor. *Vena aquarum ſunt inſpirationes interna, in quibus Deus loquitur, & peccator ſentit ſe erraſſe, & à fallacijs Diaboli prauaricatum ambulaſſe.*

Verbum Dei etiam impij audiant.

Gregor. cit.ſup.

Oleaſter in Gen.cap.3. n.14. Tranſl.Pag.

573. Ioterrogat Oleaſter, *Quare dixit Deus ſerpenti maledictus erit ſuper omni beſtia agri.* Geoeſ. 3. num. 14. ſic Pagninus. Et reſpondet, *vt videas quanti faciat Deus decipere ſeruos ſuos, & quam facilè decipi poſſunt, & quanti faciat reducere peccatores propter verbum ſuum.* Propter quod dixit Paulus, *Charitas omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuffert.* Ac ſi dicat, quia omnia ſperat propter verba prædicationis omnia ſuffert. Homo eoim qui magna & grauia mala patitur, quidquid ei de ſua liberatione dicitur facilè ſperat: qoiſquis autem ſperat, facilè narranti credit qood ſperat. Ideo ad Prædicatores pertioet dicere peccatoribus, *Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum.* Quibus verbis corda aggrauata, aſpera, & fatigata reſpirant, & poſtulant à Deo miſericordiam, vt inquit Lyranus citatus, quia per exercitiom audiendi verbum Dei quod erat aſperum & durom leue fit.

1.Cor.13. n.7.

Captiuus facilè credit ſuam libertatem.

Pſ.9.n.11.

Caietan.cit. in littera.

S Ambroſ. præfat.l.4. in Luc.

574. 4. Responsio eſt Caietani, qui ait, *Quod aduentu Domini aſpera erunt directa; quia corda Gentilium crudelia verbo Domini leniora & ſuauiora fient.* Vnde Ambroſ.præfat. lib.4. in Lucam ait, *Non claudenda igitur ſunt aures, ſed reſeranda, vt Chriſti vox poſſit audiri, quia quiſquis perceperit naufragium non timebit.* Qoaſi dicat, nullum profundum abyſſum gurgitum, aquarum eſt, qood verbum Domioi ſuaue & ſerenum nou conuertat.

Effectus mirabiles diuini verbi.

Lyranus in ſua gloſſa in Ecclеſ. c.4.n.20.

575. Ioterrogat noſter Lyranus in Eccleſiaſt. cap.4.num.20. *Cuius eſt illa tam ſuauis lingua, qua ſuper melodiam Tibia & Pſalterij lenitatem cauſat, & aſperitatem auertit? Tibia & Pſalterium*, inquit Eccleſiaſticus, *ſuauem faciunt melodiam, & ſuper vtraque lingua ſuauis.* Reſpondet Lyra, *lingua illa eſt Prædicatoris verbi Dei de fide & moribus diſſerentis, vt aſpera & dura corda ſuauia & lenia faciat*, vt Iſaias cap.40.n.5. dixit.

Iſai c.40. n.5.

576. Et quid mirum, quod verbum Dei dura, *Vt ſilices corda lenia & ſuauia vt aquas dulces faciat, ſi inſanos mores vtrinſque appetitus concupiſcibilis, & iraſcibilis ſopiat & frenet. Si ſonus muſica ſuauis animos ſuſpendit, & potentias eleuat.* Nam Timotheus teſte Plutarcho lib. de muſica. *Alexandrum leone duriorem adhibito conceptu reddebat agno mitiorem.* Vnde dicit Clemens Alexandrious in oratione ad gentes: *Solus cantor meus (id eſt Verbum diuinum) quod prædicabat difficillimas feras manſueſcit.* Exemplis vera mooſtrantur. *Erat Saulus vallis praua cum ſpirans minarum cædes in Diſcipulos Domini ab Hieroſolymis in Damaſcum petiit? Conuerſus fuit in lenitatem, & manſuetudinem agni quando Chriſto reſpondit.* Actor.cap.9.n.5. *Domine quid me vis facere?* Et quot peccatores duriores ſaxis, & feris crodeliores audito verbo Dei conuerſi ſunt, & quotidie conuertuntur, & ex peccatoribus facti ſunt præcones verbi Dei pœnitentiam clamantes, & diceotes cum Apoſtolo ad Galat.4. oum. 12. *Eſtote ſicut & ego, quia & ego ſicut vos.* Quaſi dicat, vt Auguſtinus ait, *Antea lupus rapax, nunc autem agnus manſuetus.* Vnde Iuſtinus Martyr orat.2. ad Græcos ait: *Sicut incantator peritus formidabilem ſerpentem fugat, poſtquam fecit vt de ſuo latibulo exiret. Sic Homo Dei ex intimis animi penetralibus formidabiles ſenſuum affectus expellit, ac primum cupiditatem ex qua quidquid formidabile eſt, naſcitur.* Ac ſi dicat, quemadmodum gelu condenſum calore ſolis liqueſcit & ſtillat liquidas & dulces aquas. Sic verbum Dei libidine extincta ſtillat dulces lachrymarum fontes, quæ quaſi in vehiculo exhauriunt ſerpentes, qui in corde latebant, & indurabant cor, & hoc eſt *praua facere directa & dura lenia*, vt Caietanus inſinuauit, & Pſalmiſta comprobat, qui ait, *Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea.* Pſ. 147. num. 18. id eſt, corda praua io recta reducentur propter aduentum Domini, & verba Euangelij ſui prædicata.

Plutarch.l. de muſica.

Clem. Alex. in oratione ad Gent.

Actor.c.9. n.4 & 5.

Ad Galat.4. n.12.

Aug. ſerm. de conuerſ. Pauli.

Iuſtin.mart. orat. 2 ad Græcos.

Prædicatores, Regum fugiunt, cum veritates prædicauerint quia venena contra illos machinantur.

Verbum Dei dura corda conuertit.

Lachryma corda dura moleſcunt.

Caietan.cit. Pſ.147.n.18.

DIFFICVLTAS VI. ad mores.

Quomodo videbit omnis caro ſalutare Dei?

QVæritor, qoomodo omnis caro poteſt videre ſalutare Dei, id eſt, eius iocarnationem cum remotæ nationes impoſſibile videtur quod poſſint Chriſtum paſſibilem videre? Textus Iſai. c.50.

1. Responsio ſit Sancti Antonij de Padua Dom. 4. aduentus citata, *Quod dic extremi iudicij intelligendum eſt quando forma humana ante tribunal Chriſti omnis caro apparebit.* 577.

S.Anton.de Pad.Dom.4. citata.

Intertogat Abulenſis in Matth.cap.25. *Quare iudicium Dei incipiendum eſt à iuſtis, & prædeſtinatis.* Et reſpondet ex diuino Gregorio, *quia electorum proprium eſt hic cogitationibus iudicij conteri, vt ad præmia æterna hæreditatis debeant peruenire.* Quaſi dicat, iuſti vident in hac vita præmeditando iudicem in carne impaſſibilem venturum, & ideo ex timore iudicij horribilis premuntur, & quemadmodum perfecta charitas foras mittit timorem: ſic perfectus timor introducit 578.

Abulenſ.in in Matth. c.25. Greg.apud Abul.

Iuſti ſemper cogitãt diem iudicij.

ducit Dei amorem. Et sic alacriter expectant iusti videre salutare Dei; impij vero, quia nunquam cogitationibus æterni iudicij conteruntur formidant videre quem contempsisse recordantur, vt idem Gregorius ait.

Idem Greg. in homil.

579. Theophy-lact. apud Abul. citat.

Interrogat Theophylactus citatus apud Abulensem in cap. 25. Matth. *Quare cum tam vehemens tempestas erat in mari, ita vt omnes timore repleti clamabant ad cœlum, quia nauis periclitabatur, & tunc Propheta Ionas dixit mittite me in mari, & cessabit tempestas, quia propter me orta est.* Ionæ cap. 1. n. 12. Quare ergo in tam periculoso discrimine nautæ accedentes ad Ionam dixerunt, *cuius causa malum hoc est.* Ionæ cap. 1. n. 11. Et respondit, *Percontantur vt vbi didicerint delictum, experiantur, expiare & emendare.* Quasi dicat, quærunt signa peccatorum Ionæ, vt & ipsi emendentur, & liberentur à simili tempestate. Propter hoc dicit Sanctus Antonius de Padua sermone citato, *Omnis caro videbit salutare Dei in die iudicij.* Quasi dicat, si tempestatem diei illius quis vult temperare, *in hoc sæculo prematur timore iudicij vt firmetur in amore Dei.* De signis & timore iudicij vide plura in nostro primo tomo fragmentorum Sanctorum Patrum serm. de iudicio fol. 2. 14. & 16.

Ionæ c. 1. n. 12. — Ibi. n. 11. — *Hispanica locutio Escarmentar en cabeça agena.* — S. Anton. de Pad. citat. — Auctor. 1. tom. fragm. Sanct. Patrū fol. 2. & 14. & 16.

580. Lyra citat.

2. RESPONSIO Nicolai de Lyra, qui ait, *Quod videbit omnis caro salutare Dei, quia fructus Euangelicæ prædicationis in omnem terram exibit, quia non datur ignorantia inuincibilis mysteriorum fidei,* vt cum S. Thom. tenent omnes Theologi 1. 2.

Theologi 1. 2. S. Th. ibi.

581. Chrysolog. ser. de tent.

Interrogat Diuus Chrysologus serm. de tent. *Quare Christus è pinnaculo templi non se manifestauit populo, vt omnes salutare Dei cognoscerent, & Verbum incarnatum adorarent?* Et respondet, *se Dominum vtique Deum intelligi voluit, qui non de pinnaculo templi tantum se dedit ad terram, sed è cælis ad inferos vsque iactauit.* Quasi dicat, non solum populo Hierosolymitano & Iudaico ostendit se Deum, sed ideo de cœlis descendit Christus vt à solis ortu vsque ad occasum innotesceret mysterium suæ incarnationis. Vnde Athanasius oratione de Verbi incarnatione, ait: *Ea igitur de causa verbum homo genitus est, vt præstringeret, obscuraretque rebus suis gestis quidquid vnquam ab hominibus gestum est.* Quasi dicat, Alexander in Græcia, Romæ Cæsares, Hispaniæ Gothi, Asiæ Imperator Constantinus. *Sed Christus rebus suis gestis, & miraculis per diuinitatem operatis in omnem terram per Euangelium prædicationis suæ innotuit, quod vnquam ab hominibus gestum est.* Et addit Sanctus Athanasius, *Vt vbicumque homines sensibus suis ad credendum numen praeoccupati essent, inde eos adduceret, & de Patre suo illos certiores redderet.* Quasi dicat, ita vsque ad vltimos fines terræ peruenit sonus Euangelij, quod Gentiles, Parthi, Medi, & Barbaræ nationes qui suis Diis præoccupati erant ore, corde & animo per Euangelium ad Deum Patrem omnipotentem reducti sunt. Et verbum caro factum per fidem viderunt. Et ideo dicitur per Isaiam 40. *Et videbit omnis caro salutare Dei.*

Omnes peccatores vult Deus saluare. — Athan. orat. de verbi incarn. — *Vniuersis nationibus Christus clarior.* — Athan. citat. — *Fidei promulgatio ingens.* — Isai. 40. n. 5.

582. Beda in Gloss. Lucæ 3.

3. RESPONSIO est Bedæ citati, *Qui in hac vita ait videre omnes Christum possibile est, sed oculis fidei; quia fides multo certior est, quam visio oculorum, ideo dicitur videbit omnis caro salutare Dei;* Quasi dicat, venturum est tempus, *cum erit vnus Pastor, & vnum ouile; quia Gentiles & Iudæi credituri sunt in Deum.* Ioan citat. c. 10 n. 16.

583. Cassian. l. 3. c. 13.

Interrogat Cassianus lib. 3. cap. 13. *Quare Herodes Rex vocauit Magos clam, & occultè, & non coram Scribis, & Doctoribus legis.* Et primo respondet ex Chrysologo serm. 158. *Quia palam nil audet simulata mens.* Quasi dicat, quia Herodes machinabatur mortem innocentium? Et si quæras, *Quomodo, & quando intrauerunt tres Reges interrogantes, vbi est, qui natus est Rex Iudæorum, non fecit illos clam vocare?* Respondet Cassianus, *quia Scribæ, & Sacerdotes, & legis Doctores dixerunt Regi Prophetiam Balaam: Ex te enim ô Bethleem exiet Dux, qui regat populum meum Israel & dixerunt Regi, quod Prophetiæ sunt magis credibiles, quam visio oculorum.* Ideo timuit Rex valde, & magis quam audiendo Reges dicentes: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum. Amplius tremefactus Herodes* (inquit Cassianus) *ex Prophetia in concione à legis peritis recitata, quam ex interrogatione Magorum.* Quasi diceret, quia testimonium Prophetæ pertinebat ad fidem, & Magorum testationem ad visum oculorum. Ideo clam vocauit Magos absque præsentia Iudæorum, quibus placeret sui Regis aduentus. Propter hoc dicit Beda citatus, *Quod oculis fidei videbit omnis caro salutare Dei, id est, magis euidentius, quam si oculis viderent.* Quia vt Petrus de fide loquendo, ait: *Habemus firmiorem Propheticum sermonem cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco.* Vnde Rupertus ait: *Sicut audiuimus sic vidimus in cœlo, id est, quæ de fide tenemus in cœlo videbimus, vbi multo certior, & verax est visio, quam ista temporalis visibilitas, vbi in phantasmatibus, & speciebus potest esse fallacia propter obiectorum conturbationem.*

Chrysolog. serm. 158. — Matth. c. 2. n. 2. — Cassian. cit. — Matth. 2. — Michæ. c. 5. n. 2. — Cassian cit. — *Fides certior visu.* — Beda cit. — 2. Pet. 1. n. 19. — Rupert. cit. — *In sensibus potest esse falsitas non in fide.*

4. RESPONSIO, *Tunc videt omnis caro salutare Dei, cum carnem Christi Sacramentatam oculis fidei videmus.* Et si dicas, *quod non capis, neque quod vides animosa firmat fides, & sic neque caro gustatur neque videtur.* Sed attende quid Christus dicat, *quotiescumque hæc feceritis in mei memoriam facietis.* Sed interrogo ad quid tunc memoria Christi? Respondet Drogo, *vt rememorarentur quod manibus suis panem fregit, & dixit,* Lucæ 22. num. 20. *Accipite, & manducate; quia quando fregit corpus suum medullam corporis, quæ intus latebat, ostendit, ideo dicit in mei memoriam facietis, id est, in diuinitatem meam credetis, quia dum patitur, cognoscitur, & oculis fidei creditur quando gustatur caro Christi.* Vnde Lucæ 24. n. 35. dicitur, *Quod duo Discipuli cognouerunt illum in fractione panis* Quasi dicat, *quod nunquam Christus melius cognoscitur quam cum patitur.* Hinc Drogo de Sacram. Dominicæ Passionis: *nisi enim patiaris non cognosceris.* Quasi dicat, *quotiescumque carnem tuam dentibus premimus & gustamus per fidem; apprehendimus quod Christum tangimus, & carnem eius gustamus, & hoc est videre, & gustare salutare Dei.* 584.

Auctoris mens. — S. Thom. in opusc. — Drogo de Sacram. Dom. Pass. — Luc. 22. n. 20 — Luc 24. n 35 — *Eucharistia encomia.*

Et si Aristoteles dixit, *Quod qualis apparet finis, talia omnia videntur quæ ad illum consequendum conducunt. Quare qui finem fidei apprehendit carnem Christi in Sacramento non gustauit, quamuis accidentia videat, & panem sapiat.* Interrogat Oleaster in Genes. cap. 3. n. 6. Quare 585.

Arist. citat. ab Oleast. in Gen. — Oleaster.

Tranſl.Pag. Oleaſter. *Imaginatio facit caſum.*

dicitur *quod vidit mulier quod bona eſſet arbor ad veſcendum* (ſic legit Pagn. vbi vulgata) fructum : *Nunquam enim Eua guſtauerat aut ſenſerat fructum arboris* (inquit Oleaſter) *vnde ergo nouerat fructum bonum ad veſcendum?* Et reſpondet *ex corrupto affectu , quo afficiebatur ſcientia boni & mali : quia fœmina cœpit affici ſcientia deſiderio , & ideo pomum apparuit deſiderabile. Et quod mirabilius eſt guſtui ſuaue. Si ergo qualis apparet finis talia omnia videntur. Cur non videbit omnis caro ſalutare Dei , cum carnem Chriſti manducat Sacramentatam ex affectu amoris Dei, quo per fidem afficitur & apprehendit,quod tangit corpus,& guſtat carnem eius.*

Quare dicitur admirabile Sacramentū Euchariſtiæ. *Fides ſuperat omnes affectus amoris.*

TRACTATVS XVII.

In Cap. I. Matthæi.

De Deſponſatione Ioſeph.

TEXTVS.

18. CVm eſſet deſponſata Mater Maria Ioſeph , antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto. 19. Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

EXPOSITIO LITTERÆ circa intentum Euangeliſtæ.

586. QVONIAM ſuperius dixerat Euangeliſta; Iacob autem genuit Ioſeph , cui deſponſata Maria genuit Ieſum , ne aliquis audientium exiſtimaret ſic eſſe natiuitatem , quomodo præcedentium Patrum , ipſe ordinem narrationis ſuæ præcedens dixit : Chriſti autem generatio ſic erat,quaſi dicat(inquit Chryſoſtomus in Matth.cap.1.*Generatio eorum quos expoſuimus Patrum ſic fuit , quemadmodum retuli ; Chriſti autem generatio non ſic , ſed ita erat. Cum eſſet deſponſata Mater Maria Ioſeph* ; quaſi aliquod nouum promitteret , modum generationis & diceret , *ne audiens virum Mariæ æſtimes natum eſſe lege naturæ.*

Chryſoſt. in hom.ad c.1.Matth.

587. Abulenſis q.38.in cap.1.Matth. *Reddit intentum Euangeliſtæ hoc ſcribentis ; quia Matthæus ſupra ſcripſerat Chriſti genealogiam , in qua oſtendit Chriſti veram humanitatem ex progenie Dauid. Hic oſtendit eius Deitatem per modum conceptionis mirabilem. Et ſic primo ponitur Virginis miraculoſa conceptio.* Secundo, *dubitatio Ioſeph.*Tertio,*clara dubij certificatio.*

Abul.q.38. in cap.1. Matth.

588. Inuenta eſt habens de Spiritu Sancto *à Ioſeph viro ſuo* , inquit Hieronymus , *qui pene licentia maritali omnia nouerat* , hoc eſt , vt Abulenſis q. citata , dicit ; *Quia ſponſus eius cognouit quod vterus eius iam turgebat creſcente corpore Dominico,& iam non poterat occultari,cum eſſet pregnans.* Et dicitur , *quod inuenta eſt habens de Spiritu Sancto*, non quidem quod Ioſeph hoc inueniret, imo potius contrarium putabat ; quia vacillabat cor eius,ſi fortè concepiſſet ex adulterio.Sic dicitur in textu Matth.1.*quia voluit occultè dimittere eam* : tamen ſi inueniſſet quod erat de Spiritu ſancto,nollet eam dimittere,vt bene notauit Abulenſis q.28. inuenit ergo Ioſeph,quod habebat Maria in vtero & non inuenit quod erat de Spiritu Sancto. Et ſic intelligendum eſt , quod conceptus ille Mariæ erat de Spiritu Sancto. Cætera in difficultatibus litteræ patebunt.

Hieronym. in Matth. cap 1. Abul.citat. Abul.q.28. in Matth.

TRANSLATIONES præter vulgatam circa Textum.

Vetus tranſlatio. 1. Cum eſſet deſponſata Mater Maria Ioſeph,antequam conuenirent inuenta eſt habens de Spiritu Sancto.

Tranſlatio noua Vatabli. 2. Cum enim Mater eius Maria deſponſata eſſet Ioſepho priuſquam , ſe cognouiſſent inuenta eſt grauida ab Spiritu Sancto.

Tranſlatio Syriaca. 3. Cum deſponſata eſſet Maria Mater eius ipſi Ioſepho priuſquam ſocietatem inirent, inuenta eſt habens in vtero de Spiritu ſanctitatis.

Euthymius. 4. Priuſquam conuenirent reperta eſt prægnans eſſe è Spiritu Sancto.

Caietanus

Caietanus in Euangelia. 5. Cum esset desponsata Maria Ioseph, non sponsalibus de futuro, sed per verba de præsenti.

Ambrosius libr. de Spiritu Sancto. 6. Inuenta est habens ex Spiritu Sancto.

Hieronymus ex Græco & apud Latinos antiquos. 7. Habens in vtero de Spiritu Sancto.

Abulensis q. 28. in Matthæum. 8. Cum esset desponsata Virgo Maria Mater eius Ioseph.

Origenes in Catena Sancti Thomæ. 9. Cum esset desponsata mater eius Ioseph mater immaculata, mater incorrupta mater intacta.

DIFFICVLTAS I.

Quare Virgo Maria desponsata est cum Iosepho.

QVæritur, quare Virgo Maria voluit Spiritus Sanctus quod desponsaretur cum Iosepho, ad hoc vt Verbum caro fieret. Et augetur difficultas, nam D. Augustinus in vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed velle nubere damnabile est: Maria autem virginitatem vouerat, ergo non licebat ei nubere. (August. cit. Tost. q. 38.)

589. 1. RESPONSIO est Magistri sententiar. in 4. distinct. 30. qui ait, *Quod nupta est, Beata Virgo, vt parentibus, & legi obediret, quæ dicebat*, Deuter. 7. num. 1. *Non erit apud te sterilis vtriusque sexus; ideo quæcumque mulier, quæ sine liberis moriebatur, quasi infelix reputabatur.* Et sic filia Iephte Iudic. 11. *Petiuit à Patre suo vt sineret eam plangere virginitatem suam duobus mensibus.* Vnde cum desponsaretur, Maria Virgo votum non fregit; quia votum de virginitate non fuit solemne, neque simplex, sed solum propositum, non explicitum de virginitate seruanda, nisi aliter Deo placeret. Vnde D. Augustin. libr. de nuptiis, & concupiscentia ait, *Beata Virgo in corde proposuit seruare virginitatem, sed non pronuntiauit ore.* (Magist. in 4. dist. 30. Deut. 7. n. 1. Iud. c. 11. *Virgo Maria non vere votum fecit virginitatis.*)

590. 2. RESPONSIO est Abulensis quæst. 39. in Matth. qui ait, *Quod desponsata est Domina nostra cum Iosepho, & post contractum matrimonium simpliciter emisit votum virginitatis; quia ipsa, & Ioseph reuelauerunt sibi mutuo intentiones suas, & tunc de communi consensu vouerunt virginitatem, & in multis Sanctis nouæ legis expertum est*, vt in Sancta Cæcilia, & Valeriano, & aliis multis. (Abul. q. 39. in Matth. Surius in hist. S. Cæciliæ.)

591. Vnde aduertit Abulensis quæst. citata, *Quod votum non est nunc, sicut in veteri testamento, quia quilibet quantumcumque sit in potestate Patris, dum tamen habeat vsum rationis, potest vouere castitatem, & parentes non possunt infringere votum, ideo tunc*, vt Augustinus dicit, *Volentibus velle nubere damnabile est: In veteri autem testamento non erant libera vota eorum qui erant sub potestate parentum; quia poterant irritare illa quacumque die scirent. Et sic liceret postea nubere.* Et sic Domina nostra quamuis fecisset votum, erat soluta à voto ex mandato parentum propter legem seruandam, & potuit nubere se, & debuit obedire. (Abul. q. cit. Aug. cit.)

592. 3. RESPONSIO quam amplectitur Maldonatus, est Imperfecti homil. 1. in Matth. qui ait: *Quoniam futurum erat, vt omnes Sancti de Virgine nascerentur, Ecclesia desponsata Christo: ideò Christus nascitur de Virgine desponsata, ne digniores nascerentur serui quam Dominus.* Sed de hoc mysticè postea. (Maldon. in Euang. Ibi Auctor. Imperfect.)

593. 4. RESPONSIO est Hieronymi in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Desponsata est Maria Ioseph, vt per generationem Ioseph origo Mariæ monstraretur. Secundo, ne lapidaretur à Iudæis vt adultera. Tertio, vt in Ægyptum fugiens haberet solatium mariti. Martyr etiam Ignatius quartam addit causam, vt partus inquiens eius celaretur à Diabolo, & quid interest quòd de Virgine natum sciret? Præterea quod Diabolus benè potuit scire, quod Beata Virgo virum non cognouerat. Quomodo ergo celari potuerat partus Virgineus? Etsi plus quæras quid interest quod partus celaretur Diabolo? Respondeo adhuc non clarè scire, sed coniecturaliter, quod Verbum diuinum ex Virgine conceptum erat, ne fortè publicaret, & impediret mortem apud Iudæos, quia scripturas benè sciebat, & illam*, Isaiæ cap. 7. num. 14. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Et ad primum respondeo quod modum quo ex Spiritu Sancto concepit Maria, ignorat Diabolus, quia fuit supernaturalis, & ignotus omni creaturæ.* Vnde Euthymius dixit: *Quomodo Maria concepit, hoc Euangelista non dixit, eo quod incomprehensibile sit, soliique Trinitati cognitum.* (Hieronym. in Cathen. S. Thom. Ignat. Mart. cit. à S. Hier. *Solutio Auctoris.* Isa. c. 7. n. 14. *Diabolus quomodo ignorauit incarnationem Verbi.* Euthym. in Matth.)

594. 5. RESPONSIO Gersonis est serm. de Natiuitate. *Sicut decuit, vt Virgo summa puritate niteret, sic decuit, vt haberet suo modo parem sponsum purissimum qui cum perpetua virginitate Virgo permaneret, vterque Regali progenie illustris. Vterque sanctificationem in vtero recipiens, cum Maria plena gratia fomitem vero reprimente mansit Ioseph plenus gratia.* Quasi dicat, similes cum similibus facillimè congregantur, ideò Maria immaculata in vtero (quamquam aliter) nam Ioseph sanctificatus fuit, & Virgo Maria antequam formaretur fuit ex præuisa morte Christi præseruata vt tenent omnes Scotistæ, & ferè omnes Patres Antiqui, & iam omnes Recentiores. Et quando dicitur reprimente fomitem Ioseph; id est extincto, quia repletus erat gratia ex contemplatione suæ sponsæ. Legatur noster Carthagena tom. 1. lib. 4. homil. 3. Ekius Doctissimus serm. de Sancto Ioseph. Iacob. Episcop. Chrysopolit. & alij quos citat prædictus Auctor, qui omnes tenent, (Gers. serm. de Natiu. *Maria sine peccato originali omnis vniuersalis schola Scotista & Sancti Patres antiquiores, & recentiores.* Carthagen. tom. 1. lib. 4. hom. 3. Ekius ser. de S. Ioseph. Iacob. Chrysopol.)

Auctoris mens. tenent, quod S. Ioseph habuit fomitem peccati extinctum, quod ego ita credo, quod si non haberet per gratiam gratis datam, puto infallibiliter quod ex splendoribus, & honestate ex facie Virginis procedentibus, quibus inspectis Dæmones componerentur, quid non sanctissimus Sponsus Ioseph?

595. S.Bernardin. Senens. tom.3.serm. de S.Ioseph. 6. RESPONSIO Sancti nostri Bernardini Senensis tom. 3. serm. de Sancto Ioseph, qui ait, *Quod desponsata beata Virgo Ioseph, quia creauit Deus talem hominem, vt esset adiutorium simile sibi, quod vsque ad illum diem nunquam creatum fuerat tale. Quomodo cogitare potest mens discreta quod Spiritus Sanctus tanta vnione, (coniugij scilicet,) vniret menti tantæ Virginis aliquam animam, nisi & virtutum operatione simillimam?* Et addit Sanctus, *Vnde credo Ioseph fuisse mundissimum in virginitate, profundissimum in humilitate, ardentissimum in charitate, altissimum in contemplatione, vt esset adiutorium simile virgini.* Quasi dicat, certabant sæcula, quod ortu dignissimi Ioseph gloriarentur. Accessit dies, & tempus desponsationis Ioseph, & non est inuenta in orbe creatura digna talis sponsi, nisi Virgo Maria; ideo Spiritus Sanctus congregauit, & vniuit illos in corde, & animo, sicut in virtutibus similes erant, & hoc insinuat Euangelista, cum esset desponsata Maria Ioseph?

S.Ioseph encomia. *Maria & Ioseph similes.* Citatus Bernardin.

596. Chrysost. in catena S.Thom. 7. RESPONSIO Chrysostomi in Catena Sancti Thomæ. *Ideòque fabro lignario Maria desponsata erat, quoniam Christus Ecclesiæ sponsus omnem salutem hominum operaturus erat per lignum Crucis.* Quasi dicat, desponsata est Maria sanctissima Ioseph fabro lignario, vt magis (si potest esse magis,) Deus obligaretur à Maria, quæ lignum Crucis, in quo, & per quod hominum genus redimendum erat, quasi in figura, & per vmbras lignorum semper versaretur, & imponeretur, vt staret iuxta Crucem Iesu Christi Ioan. 19.

Figura crucis ligna qua Ioseph operabatur. Ioan.c.19.

597. Rupert.in c.1.Matth. 8. RESPONSIO sit Ruperti in cap. 1. Matth. qui ait, *Desponsata fuit Maria Virgo sanctissima Ioseph; quia Spiritus Sanctus amborum est coniugalis amor.* Quasi dicat: quemadmodum verus, & intimus amor coniugatorum consistit in vna voluntate sub duabus personis existente. Ita vt velle vnius sit voluntas alterius. Ita Ioseph, & Mariæ vna erat fides, vna spes, vna charitas, vnus Deus, & vna voluntas quam Spiritus Sanctus vinculo amoris sui strictissimè vniebat, cordáque ligabat fortiter.

Coniugatorum amor quomodo.

DIFFICVLTAS II.

Quomodo intelligatur Verbum illud inuenta est habens de Spiritu Sancto?

598. Abul.q.46. in cap. 1. Matth. QVæretur, an benè dicatur Christus conceptus de Spiritu Sancto, & quid Spiritus Sanctus fecerit in conceptione Christi? Ad Primum respondet Abulensis quæst. 46. in cap. 1. Matth. ex auctoritate Sancti Ambrosij lib. de Spiritu Sancto. Ait igitur Abulensis. *Aliqui nolunt, quod Christus dicatur conceptus de Spiritu Sancto, & ex Spiritu Sancto, & verum est, quod magis propriè diceretur ex Spiritu Sancto, quia Corpus Christi propter quod iste dicitur conceptus non est de substantia Spiritus Sancti: nam ad filium Dei, qui est conceptus habet Spiritus Sanctus similitudinem consubstantialitatis, quia ambo sunt vna substantia ad Corpus Christi. Habet etiam Spiritus Sanctus habitudinem causæ efficientis cum sit Corpus Christi creatura.* Vnde Hieronymus citatus in Abulensi, dicit, *Quod ex significat causam efficientem in Deo*, vt patet ad Rom. 11. *ex quo omnia, per quem omnia, &c. Et sic Corpus Christi ex Spiritu Sancto dicitur conceptum. Sed parum instat dicere de Spiritu Sancto, vel ex Spiritu Sancto*; quia vtrumque tenent Doctores Ecclesiæ, & vno, & altero modo potest dici.

Ambros. lib. de Spiritu Sancto. Hieron. cit. in Abul. Ad Rom. c.11.n.36.

599. Maldonat. in Euang. Matth.c.1. 2. RESPONSIO est plus difficilis, *Quid Spiritus Sanctus egit in conceptione*, Maldonatus ait, *Quod Christus dicitur conceptus per Spiritum Sanctum, per illam vsitatam in Sacris litteris attributionem, quia quod tribus personis commune est propter officium, aut proprietatem vni tribuitur, vt quod potentia, & gubernationis Patri, quod Sapientiæ filio, quod benignitatis beneficij, liberalitatis, fecunditatis Spiritui Sancto. Et quia Spiritus Sanctus est quasi quoddam semen, quo omnia fecundantur. Et sic fecunditatis, & beneficentiæ causa fuit Spiritus Sanctus, & Christus dicitur conceptus de Spiritu Sancto. Sed non explicat Auctor iste, quomodo viuificauit, & fecundauit Spiritus Sanctus virginea viscera, ita vt Corpus Christi conciperetur*, sed lege quod Euthymius supra respondit.

Opera Trinitatis & attributa quid sint.

600. Chrysost. in Matth. 3. RESPONSIO fuit Chrysostomi apud Abulensem citati, qui ait, *Vnigenito Dei in Virginem in gressuro præcessit Spiritus Sanctus, vt præcedente Spiritu Sancto in sanctificatione nascatur (scilicet Christus) secundum corpus diuinitate egrediente pro semine.* Quasi dicat, quod Spiritus Sanctus fuit causa efficiens illius Corporis Christi, sed non explicat Sanctus quomodo fuit conceptio facta, vel creando semen nouum, vel aliud supponendo, quod tam vnum quam alterum non fuit, neque conueniens erat, vt statim dicam.

Difficultas Authoris.

601. Damascen. 3.sentent. 4. RESPONSIO est Damasceni 3. sententiarum suarum, qui ait, *Quod obumbrauit super Mariam Dei sapientia, & virtus Spiritus Sancti, velut diuinum semen*: Quasi dicat, *Quod tribuitur conceptio Corporis Christi Spiritui Sancto; quia gessit officium seminis virilis. Sed hoc est intelligibile.* Vnde Hieronymus citatus in Abulensi contrarium dicit, *Quod nequaquam Spiritus Sanctus gessit vicem seminis.*

Hieronym. in Matth.

602. Abul.q.46. in Matth. *Auctoris sententia.* 5. RESPONSIO. Vera tamen, & clara sententia, quam sequor; est Abulensis quæst. 46. in Matth. qui ait; *Quod sicut Christus non est natus de viro modo naturali: ita neque semine apposito per Spiritum Sanctum, siue de nouo creato siue assumpto de viro. Sed dicitur conceptus de Spiritu Sancto; scilicet, quia Spiritus Sanctus supernaturali operatione nullo alio agente naturali mediante, tanquam principali, neque tanquam instrumento; temperauit, digessit, & formauit menstruum Virginis Mariæ, donec*

Quomodo Spiritus Sanctus formauit corpus Christi.

corpus perfectè organizatum est, sicut virile semen facturum erat, si ibi commixtum fuisset. Quasi diceret: Quemadmodum dicimus, *Quod ignis comburit, & incinerat lignum. Et tunc comburitur lignum naturali illa actione ignis. Si autem Deus per semetipsum nullo alio naturali agente mediante lignum combureret, illa combustio supernaturalis diceretur; quia quidquid ignis naturaliter facturus erat, Deus supernaturaliter faciebat. Ita Spiritus sanctus egit in conceptione Corporis Christi, quidquid naturaliter aliud agens facturum erat, & hoc est quod dixit Euangelista, inuenta est habens de Spiritu sancto.*

603. S.Thom. in Catena. Idem apud Nouarinum, cit. de vmbr. virg.

6. RESPONSIO sit Sancti Thomæ in Catena qui ait, *Fuit desponsata Virgo Maria Ioseph, & concepit de Spiritu sancto, vt Christianis futuris nulla essent zelotypia.* Quasi diceret, zelus est, secundum diffinitionem Sancti Thomæ: *Amor incensus non admittens consortium in re amata.* Et cum Ecclesia Dei, sit eius sponsa castissima, purissima, & sine ruga, decebat vt Ecclesia zelotypia non haberet, vt Ioseph cum quo desponsabatur Maria Mater, & amor omnium Christianorum esset candidior luce, & sole excellentior. Vnde Augustinus serm. 14. de Natiuitate Christi, ait: *Sis Maria sponsa Christi carne Tua Virginitate seruata: sis autem, & tu Ioseph Pater Christi cura castitatis, & honorificentia virginitatis, vt de virgineis membris Dei genitricis sæculis Christianis nulla sit zelotypia.* Quasi dicat: Congratulatur Iosepho, tota curia cælestis, & Ecclesia militans eo quod cum Maria desponsatus existat (quasi possibilitas adforet) ex conuersatione, & inspectione tanti sponsi membra Virginea ex quibus Corpus Christi per operationem Spiritus sancti concipiendum erat, candorem splendorémque honestatis accipere potuerunt.

August. ser. 14. de Natiu. — *Iosephi laus eximia.*

DIFFICVLTAS III.

Quid intendebat facere Ioseph, quando desponsatus fuit Mariæ sanctissimæ?

QVæretur, quid intendebat facere Ioseph quando accepit Mariam in sponsam?

604. Abulens. in Matt. 1. q. 33. Magist. in 4. d. 30. Ibi. S.Thom.

1. RESPONSIO est auctorum, quos citat Abulensis quæst. 33. in Matth. inter quos est Sanctus Thomas, & Magister sentent. in 4. d. 30. *Qui omnes tenent, quod Ioseph volebat Mariam accipere in coniugem ad societatem coniugalem, non ad copulam carnalem quia habebat intentionem Ioseph sicut, & Maria seruandi castitatem perpetuam, & quod Spiritus sanctus reuelauit Ioseph, quod Maria habebat illud propositum, & reuelauit Mariæ, quod Ioseph hoc intendebat.*

605. Chrysost. in Matth. 1. Lyra ibi.

2. RESPONSIO est Sancti Chrysostomi in Matth. & nostri Nicolai de Lyra, in Matth. cap. 1. *Quod Ioseph à principio aliud intendebat quod Maria; quia ipsa perpetuam virginitatem semper proposuit in corde suo seruare, & ita cum Angelus nuntiauit ei, quod conceptura erat.* Respondit, *quomodo fiet istud, quoniam Virum non cognosco.* Luc. 1. *De Ioseph autem dicunt quod à principio intendebat accipere coniugem ad prolem procreandam. Et cum quæritur ab eis, quare ergo, cum teneret eam in domo non cognoscebat eam. Respondent quod erat consuetudo iustorum non consummare matrimonium per copulam, nisi prius vacarent orationi per aliquod tempus implorando diuinam misericordiam*, vt patet Tobiæ cap. 8. num. 5. *Cum dixit Tobias ad Saram, non debebant copulari prima nocte, quia erant filij Sanctorum.* Dicit autem Lyra, (& benè) *quod isto tempore quod Ioseph vacabat orationi reuelatum est sibi propositum Mariæ de seruanda virginitate, & tunc Ioseph votum fecit de seruanda virginitate.* Vnde eleganter ad propositum dixit Chrysologus ser. 140. *Peruolat ad sponsam festinus interpres, vt à Dei sponsa humanæ desponsationis arceat, & suspendat affectum.* Quasi dicat: vacabant honestissimi coniugati orationi, & tunc festinus Archangelus peruolat ad Iosephum, vt humanæ conuersationis cum sponsa suspendat desiderium, quod supra modum factum est.

Consuetudo coniugatorũ. — Tob. 8. n. 5. — Lyranus cit. suprà. — Chrysolog. ser. 140.

606. Abul. q. 33. in Matt. c. 1.

3. RESPONSIO est Abulensis quæst. 83. qui ait, *Quod Ioseph habuit propositum à principio procreandi liberos vsquequo videns virginem grauidam voluit recedere Angelúsque dixit ei, quod de Spiritu sancto conceperat, & tunc inspirauit eum Deus quod faceret votum castitatis perpetuæ, sicut factum est.* Et ideò ex hoc tempore mansit Maria in domo Ioseph, tanquam in domo plena gratiæ, & virginitatis. Vnde Sanctus Ambrosius in exhortatione ad virginem: *Neque enim Virgo Maria migrasset nisi ad possessionem gratiæ.* Quasi dicat; possessiones, & diuitiæ Ioseph fundatæ erant in thesauro gratiæ Dei, & sic festina sponsa eius iam coniugata ad domum mariti peruenit, & ad possessionem gratiæ. *Vnde mortuo Ioseph cum esset mater Iesu iuxta crucem Ioannes accepit illam in suam.* Ioan. 19. num. 27. *id est, in possessionem gratiæ.* Quia vt dixit Ambrosius citatus, *Quæ sua habebat Ioannes? qui sæcularia non habebat? Sed erat bonus sapientiæ, Verbique possessor, bonus receptor gratiæ, sicut & Ioseph sponsam coniugem suam recepit in bonis possessionibus gratiæ Dei, honestatisque thesauris.*

Ambros. in exhortat. ad virg. — Ioan. 19. n. 27. — Ambr. cit. — *Iosephi laus eximia & Ioannis.*

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo intelligantur verba, Ioseph autem cum esset iustus, & nollet eam traducere voluit occultè dimittere eam?

QVæretur. Quomodo & quando Ioseph dubitauerit, & quid significat traducere in scriptura?

607. Lyran. sua in glossa.

1. RESPONSIO circa dubitationem Ioseph est Lyrani in sua glossa, qui ait, *Quod emisso voto virginitatis per Mariam, & Ioseph Gabriel Angelus venit ad eam ignorante Ioseph, & impregnata est de Spiritu sancto,* Lucæ cap. 1. Luc. 1. *Et statim de licentia Ioseph abiit ad cognatam suam*

Cum licentia Maria iter egit. *suam Elisabeth, vt ei pregnanti seruiret, & mansit ibi quasi tribus mensibus vsque ad natiuitatem Ioannis, & tunc redeunte Maria vidit Ioseph vterum eius grauidum, & incurrit in magnam suspicionem.* Sed vt ait Chrysostomus in Matth. 1. *Tantum confidebat de sanctitate Mariæ, quod videbatur ei quasi impossibile, quod ipsa peccaret.* (Chrysost. in Matth. c. 1.)

608. S. Augustin. ser. de Nat. 2. RESPONSIO est Augustini, serm. de Natiuit. qui ait: *Intelligens enim Ioseph Mariæ vterum grauidum turbatur, quia Mariam, quam de templo Domini acceperat, & nondum cognouerat, grauidam sentiebat, secumque æstuabat disputans, & dicens quid faciam, prodo, aut taceo. Si prodidero, adulterio non consentio, sed vitium crudelitatis incurro. Si tacuero, malo consentio, & cum adulteris portionem meam pono.* (Ps. 49. n. 8.) *Quoniam ergo tacere malum est, adulterium prodere peius est, dimittam eam à coniugio.* Quasi dicat Sanctus, quoniam à zelotypia tormenta sunt ineffabilia, & zelus nascatur ex intenso amore non admittens consortium, lacerabatur cor Ioseph tantum quantum amor rei tantum amatæ arcebat, & dissipata sunt viscera Ioseph, & pro solatio habebat cogitare eam relinquere. (*Definitio zelotypiorum.*)

609. Rhemigius in Cathen. S. Thom. Is. c. 11. n. 1. 3. RESPONSIO Sancti Rhemigij in Catena citati: *Videbat eam grauidam quam nouerat castam, & quia legerat: Egredietur virga de radice Iesse, vnde nouerat Mariam duxisse originem; & legerat etiam, Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, non diffidebat hanc Prophetiam in ea esse implendam.* Quasi diceret, *Cor amantis facilè credit satisfactioni, & cum tantum Ioseph Maria diligeret proponebat ante oculos mentis suæ, (& consolabatur) loca Sacræ Scripturæ in fauorem alicuius Virginis, sed nesciebat si Maria vxor sua esset, & istis vacillationibus anxiabatur.* (*Torquentur zelotypiis corda.*)

610. Origen. in Cathen. S. Thom. 4. RESPONSIO Origenis, qui ait: *Sed si suspicionem in ea non habebat, quomodo iustus erat, vt immaculatam dimitteret?* Et respondet: *Ideò ergo dimittere volebat, quoniam magnum Sacramentum in ea esse cognoscebat, cui approximare se indignum æstimabat.* Quasi dicat, cum Sacramentum Incarnationis percepisset quasi de zelotypio turbatus, & de suspicione confusus voluit Mariam dimittere; quia ex reuerentia, & turbatione ante tam columbinos oculos se proponere non audebat. Vnde inquit Abulensis quæst. 42. in Matth. *Euangelista posuit turbationem Ioseph ad probationem Virginitatis Mariæ; quia nullum testimonium conuenientius reddi poterat*, sicut ait Ambrosius super Lucam) *Quia locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset delere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non cognosceret Sacramentum.* (*Ioseph verecundus ante Mariam.* Abul. q. 42. in Matth. Ambr. in Luc.)

611. Glossa ord. 5. RESPONSIO Glossæ, *Cum vellet eam dimittere, iustus erat; cum occultè pius notatur eam ab infamia defendens, & hoc est, cum esset iustus voluit dimittere eam, cum nollet eam traducere in publicum, id est, diffimare, & ita voluit facere occultè.*

612. S. Aug. serm. 16. de Verb. Dom. 6. RESPONSIO est Sancti Augustini, serm. 16. de Verbis Domini. *Mariti dolor non vindictam quæsiuit, sed voluit prodesse peccanti, non punire peccantem. Ideò inquit, Euangelista noluit eam diuulgare, & voluit eam occultè dimittere.* Quasi dicat, inæstimabilis, & pretiosa fama est, & irrecuperabilis eius læsura. Et cum verus amator plus timet periculum rei amatæ quam suum, noluit famã Mariæ lædere, sed absentando se pericula, & dolores pati plus quam exhonorare Mariam, quam plus quam se diligebat. (*Fama bona diligenda.* Matth. 1.)

DIFFICVLTAS V.

Quare Maria non dixit veritatem rei Ioseph?

QVæritur, quare Virgo Maria videns turbatum Ioseph per suspicionem, non ei indicauit veritatem, vt quiesceret à cogitatione dimittendi eam?

1. RESPONSIO nostri Lyrani, qui ait, *Quod Domina nostra non dixit mysterium Ioseph, quia talia secreta non sunt reuelanda, nisi quantum voluntas diuina se extendit, & ideò benè Virgo tacuit tenens firmiter, quod sicut secretum fuerat reuelatum sanctæ Elisabeth, vt habetur*, Lucæ 1. *Vnde hoc mihi vt veniat Mater Domini mei ad me, & sic cognoscebat esse Matrem Dei: Sic reuelaretur suo sponso tempore competenti.* (Lyran. sua in Glossa. *Vxores mariti multa taceant.*)

2. RESPONSIO est Abulensis q. 40. in Matth. cap. 1. qui ait, *Quod licitè potuit reuelare mysterium Maria sponso suo Ioseph etiamsi in tantam laudem sui ipsius resultabat quia cum fama periclitatur alicuius personæ, potest & debet dicere magnalia opera sua, etiamsi* Prou. 27. num. 2. dicatur, *Laudet te alius, & non os tuum. Si tamen quis non possit famam suam restaurare, & defendere nisi dicendo laudes suas, potest illas referre*, vt patet de Paulo 2. Corinth. 11. & 12. *Vbi se volebat defendere contra quosdam falsos Apostolos, ex quo periclitabatur Euangelium, ideò ille laudauit se ibi, nimirum tam de reuelationibus quam de laboribus, quam de potestate à Christo tradita, ostendens se excedere in immensum omnes illos: sic etiam Abdias dispensator Regis Achab timens mortem si exequeretur mortem Eliæ orauit ipsum, ne traderet eum morti*, & ad hoc enarrauit laudes proprias, scilicet, quomodo ipse pauerat Propheias Domini in abscondito custodiens eos à facie Iezabelis 3. Reg. 18. 613. (Abul. q. 40. in c. 1. Matt. Prou. 27. n. 2. 2. Cor. 11. & 12. *Laudes propria dicenda aliquando.* 3. Reg. 18.)

3. RESPONSIO & vera est meo videri, *Quod Domina nostra nesciuit Ioseph turbatum, quia ista turbatio Ioseph durauit modicum dum Angelus apparuit ei, dum ista cogitaret*, vt patet in littera; *Quia Ioseph nolebat eam traducere in domum suam.* Et sic poterat esse turbatus Ioseph, & quod Virgo illud non cognouerit. 614. (*Sententia Auctoris.* Matth. c. 1.)

4. RESPONSIO est Sancti Ambrosij, qui ait, *Hoc factum est mysterio diuino, vt per Angelum magis certificaretur, & non haberet causam interrogandi, sed venerandi coniugem suam.* Vnde concludit Ambrosius, *Erat quidem cura coniugalis pudicitiæ, sed maius erat studium maturandæ deuotionis, ne prætulisse custodiam sponsæ mandatis videretur celestibus.* 615. (Ambr. lib. 1. c. 2. n. 11.)

Quasi

Quasi dicat, id quod contigit Abrahæ cum Sara vxore sua pulcherrima antequam ingrede-
Gen.12. retur in Ægyptum Genes. 12. quia ex vna parte timebat pulchritudinem vxoris suæ, & ex
Perplexitas in Sanctis contigit. alia obedire præceptis Dei determinauit. Hoc & Ioseph contigit, quia audito Angelo suspicionem auertit, & sponsam suam, vt Dominam Dei sui adorauit, & confusus ad pedes eius indulgentiam impetrauit.

616. Abul.q.41. in c.1.Matt. Vltimo respondit Abulensis quæst.41. *Quod neque Ioseph aliquid ausus est interrogare de conceptu Virginem sponsam suam, ne Virgo affligeretur, vel verecundiam pateretur, ideo posuit Deus in corde eius, quod non loqueretur illi de hac re.*

Et eodem modo soluit difficultatem circa 617. Idem q.43.
turbationem Parentum Virginis videndo eam prægnantem, & post multas opiniones circa hoc dicit, *Quod reuelante Maria, Parentes certiores fuerunt de mysterio Incarnationis.* Sed *Auctoris sententia.*
meo iudicio parentes Mariæ adduxerunt illam de domo Elisabeth; quia æquum non erat, neque decens, quod sola veniret pulcherrima Virgo per itinera, & Elisabeth narrauit parentibus *Parentes filias solas nunquam relinquant.*
Mariæ, quomodo exultauit Ioannes in vtero eius, vt Verbum incarnatum in ventre Mariæ vidit, & illi crediderunt Elisabeth, & postquam venerunt in domum Ioachim, Angelus in somnis apparuit Ioseph, vt suspicionem eius tolleret. De quo postea, nunc ad mores aliqua. Luc.c.1.

TRACTATVS XVIII.

AD MORES,

In Caput I. Matthæi,

De Desponsatione Ioseph cum Virgine Maria.

DIFFICVLTAS VI. ad mores.

Quare Virgo Maria desponsata est cum Ioseph?

QVÆRITVR, quare Virgo Domina nostra coniugata fuit Ioseph; siquidem Virgo concepit, virgo peperit, & virgo permansit?

618. 1. RESPONSIO fuit Magistri sent. *Qui vt obediret legi Dei asserit hoc fecisse, quia præcipiebat, quòd non esset sterilis in Israël.*

619. Oleaster. in Deut.c.6. n.6. Interrogat Oleaster in Deut. cap. 6. num. 6. *Quare tanto studio præcepit Deus legem meditari vt ambulans in itinere dormiens, atque consurgens eius legis recordemur.* Et respondet, *Quia sunt verba, & colloquia, quæ hominem à Deo auertunt. Ideo oportet hominem habere alia quibus animus tueatur, idcirco Phylacteria seu*
Matth.23. *membranulas diuinis præceptis inscriptas circa pectora gestabant, vt quemadmodum non potest virgo obliuisci ornamenti sui, nec sponsa fasciei*
Ier.2.n.32. *pectoralis suæ*, Ieremiæ 2. num.32. *Ita illi nun-*
Hieron in c.23.Matth. *quam immemores redderentur.* Vnde Hieronymus in cap.23. Matth. ait, *Quòd acutissimas spinas inferebant, vt quoties incederent toties illis puncti aculeis diuinam legem in memoria reuocarent.* Vnde Oleaster addit, *Sunt multi, qui*
Oleaster cit. *Lex Dei semper meditanda.* *verba Dei solo ore habent loquentes multa de Deo, sed nihil eorum quæ loquantur facientes;* ideò [Domina nostra coniugata] fuit sanctissimo Ioseph; quia præcipiebat lex, quod omnes nuberentur.

2. RESPONSIO est Abulensis; *Quia Io-* 620.
seph, & Maria desponsati sunt, quia vterque Abul.cit.
reuelauerunt sibi intentiones de seruanda castitate. Quasi dicat, quòd in Ioseph, & Maria proposuit Deus Ecclesiæ suæ exemplar, ex quo omnes qui matrimonium contraherent assumerent, reuelando intentiones vnius alteri, & omnia ad laudem Dei tribuendo. *Coniugati secreta non in se habent.*

Interrogat Bernardus serm.13. in Cant. Quid 621.
sibi vult Apostolus, cùm dicat, *Qui gloriatur* Bern.ser.13. in Cant.
in Domino, glorietur 1. Corinth 1. num.31. & 1.Cor.n.31.
2. Corinth 10. num. 17. Et respondet, *Qui* 2. Cor.10. n.17.
vxorem, quæ sit gloria viri adeptus est, in Domino glorietur; quia tale donum non meritis humanis consequitur, quia præmium est diuinum, fidelis reuera famulus es (inquit Bernardus,) *si de tanta gloria Domini tui transeunte per te nihil tuis meritis peruenire contingat.* Quasi dicat, non est humano sensu, neque viribus naturæ possibile cogitandum donum, quod consequitur, qui vxorem duxerit gloriam capitis sui. *Vxor gloria viri, & si bona procul pretium eius.*

Interrogat Oleaster, *Quare respondit impu-* 622.
dica fœmina Ioseph roganti, & dicenti dormi Oleaster in
mecum, Genes. 39. num. 8. *Quare respondit* Gen.39.n.8.
Ioseph, quomodo faciam hoc malum grande?
Sic legit Pagninus, *quod malum grande hoc est?* Translat. Pagn. in c.39.Gen.8.
Et vnde se tam impotens Ioseph ostendit iuuenis, & pulcher, cui omnia domus suæ Dominus eius Putifar ei in manu sua tradiderat? Et respondit: *Excedit enim iustorum vires peccatum.* Quasi dicat, peccatores dum peccare volunt habent hoc quod omnia facilitant, & attenuant, vt desiderium *Iusto impossibile videtur peccatum.*

desiderium suum adimpleatur; iusti vero omnes eius neruos extendunt, & tam graue & magnum faciunt, vt vires eorum omnino excedat, vnde grande malum excedens vires humanas Iosepho visum fuit, vt complaceret vxori Domini sui; quia pro gratia qua apud eum pollebat, ipse ingratus gloriam suam, id est, honorem auferret. Quasi dicat, inquit Bernardus: *Ioseph eum omnia bona Domini sui sibi credita sciret, Dominam non ignorabat exceptam, quia mulierem nouerat gloriam esse viri, & inglorium facere eum, qui se faceret gloriosum, impossibile indicabat.* Et ideo dixit, *quomodo possum hoc grande malum facere.* Quod sequitur semper in coniugibus qui non reuelant sibi intentiones, & corda sicut Ioseph, & Maria.

Bern.in Gen. c.39. — Oleaster cit.

623. Maldonatus citat.

3. RESPONSIO est Maldonati, qui ait, *Quod desponsata est Virgo Domina nostra Ioseph, quoniam futurum erat, vt omnes Sancti de Virgine, id est, de Ecclesia nascerentur.* Quasi dicat, quod sanctitas multum mouetur exemplo.

624. Thaumatur. ser.2. Luc.1.n.39.

Interrogat Gregorius Thaumaturgus serm.2. *Quare cum tanta festinatione Maria post salutationem Archangeli Gabrielis, & incarnationem Verbi diuini* Luc. 1. n.39. *exurgens abiit in montana.* Respondet, *Quia semper bonum exemplum Sanctorum tangitur, & virginitas de cœlo venit, & in cœlo sponsum habet*, (vt Ambrosius ait,) *ideò virgo Maria exemplo Archangeli tacta, qui peruolando venit ad annuntiandum mysterium Incarnationis. Ideo festina vadit ad Elisabeth: arcanum diuinum reuelare eum festinatione ad Elisabeth cognatam contendebat* (dicit Gregorius) *& ingressa domum Zachariæ salutauit Elisabeth Angelum imitata.*

Ambros. in Luc. — *Virtutes imitantur.* — Gregor.cit.

625. Oleaster in Gen.c.38. n.26.

Oleaster interrogat, *Quare Patriarcha Iudas cum se conuictum à nuru sua Thamar vidit, dixit, Iustior me tu es*, Genes. 38. num.26. Et respondit: *Considera hic veritatem Sanctorum Patrum. Poterat ille negare pignora esse sua, & noluit, & vltra hoc fatetur ingenuè iniustitiam suam.* Quasi dicat, *Vt exemplo suo tangeretur, Thamar, & veritatem diligeret, etiam in aduersis causis, & propriis dicendam; quia exempla Sanctorum nimis tangunt iustos, & timoratos.* Et addit Oleaster: *Discant parentes omnes exemplo Thamar non detinere nuptias filiis, & filiabus nobilibus, ne in fœdiores concubitus prolabantur.*

Filiæ non cogantur intrare Religionem.

626. Gers.cit.

4. RESPONSIO est Gersonis citati, qui ait, *oportuit, vt desponsaretur Virgo Maria Ioseph, vt haberet suo modo parem sponsum consimilem in pudicitia; quia sicut similes similibus facillimè congregantur, sic moribus dissimiles perpetuò molestantur.*

Impudici quærunt non castos ad loquendum.

627. Oleaster.in Genes.39. n.10. Translat. Pagnin.

Interrogat Oleaster, *Quare dicitur de muliere Putiphar, quod molesta erat adolescenti.* Genes.39. num. 10. Vel vt legit Pagninus, *loquebatur ad eum dietim.* Quasi dicat, *Perpetuo, & infatigabiliter quærebat occasiones loquendi, & videndi Iosephum, & semper illi erat mulier molesta. Quare hoc respondit, quia moribus dissimiles erant, Ioseph castior; illa impudica, & importuna in desideriis suis; & non sinebat adolescentulum quiescere, vsquequo concederet quæ petebat, sed confusè eiecta est; quia dissimiles erant moribus illa & Ioseph. Domina vero nostra desponsata est, vt haberet consimilem in pudicitia sponsum.*

628. S.Bern. de Sen. cit.

5. RESPONSIO Sancti Bernardini asserentis, *Quòd sæcula certabant, vt Iosephi ortu gloriaremur.* Quasi dicat, quod nulla sunt feliciora sæcula neque tempora nisi illa in quibus Sancti viri, & præclari alumni nascuntur; & per consequens tempora infælicissima sunt, vbi filij, & gubernatores impij, & vitiosi sunt, quia calamitatibus Respublica consumitur, & annihilatur.

Nobiles vitiosi sæcula infælicissima faciunt.

629. Lyran. in Ezech.27. n.26. Hieronym. in Ezech.

Interrogat Lyranus noster, *Quare tam lachrymosè lamentatur* Ezechiel cap. 27. n. 26. dicens, *In aquis multis adduxerunt te remiges tui. Hi Remiges*, vt adnotauit Hieronymus, *erant Principes, & sapientes Tyri, & in aquis secundum Lyranum est deuenire in tribulationibus, & calamitatibus. Et sic lamentatur Ezechiel*, Quasi diceret, *in calamitatibus, & miseriis, ô Tyre adduxerunt te filij tui sapientes, & Principes; quia Rempublicam Gubernatores, & ministri suis fraudibus deperdunt, & clauum tenentes regiminis, suis peccatis occultis, & sceleribus palliatis, calamitatibus, & miseriis Regem, & Regnum dissipauerunt.* Et hæc verè sunt infelicissima tempora, vbi tam scelerati, & effæminati Principes, & equites nati sunt, sicut beata, & nimis fælicia certantia inter se, vt ortu dignissimo Ioseph, & Mariæ glorientur.

Hypocrita lamentandi. — *Felicitas temporis quo natus est Ioseph.*

630. Ruper.cit.

6. RESPONSIO est Ruperti asserentis, *Quod amborum, (scilicet Ioseph, & Mariæ) Spiritus Sanctus fuit coniugalis amor.* Quasi diceret, ita indiuisus, & vnus erat Spiritus Sancti amor circa coniugatos istos, quod non erat amor circa Mariam alter ab amore circa Iosephum; quia verus amor nescit diuidi.

631. Rupert.cit. Ioan.c.1. n.3. Athan.orat. 3.contra Arrianos.

Rupertus interrogat, quare Euangelista Ioannes cap. 1. num. 3. dixit, *Quod omnia per Verbum diuinum facta sunt?* Et respondet ex Athanasio orat. 3. contra Arrianos, *Quia conueniebat redemptionem fieri per eum qui natura Dominus erat, ne alium Dominum agnouerimus.* Quasi dicat: ordo conueniens exigebat, vt qui totius orbis erat conditor etiam esset Redemptor, ne hominum amor diuideretur inter suum conditorem, & alium Redemptorem, quia verus amor indiuisus est.

632. Salu.in lib. 1.Reg.20. n.3.

Interrogat Saluianus, *Quare timebat Dauid tristitiam Ionathæ amici sui in tanto gradu, vt diceret in conflictu quodam quo erat positus Dauid ipse: Viuit Dominus, quoniam vno gradu mors, & ego diuidimur?* 1. Reg. cap. 20. n. 3. Et respondit; *Quia amor tantum timet pericula, & tristitiam rei amatæ quam suæ mortis, & quia Dauid amicus Ionathæ positus in extremis periculis vitæ erat; Ionatham tristem considerabat, dixitque, timor mortis æqualis est, intra me, ac in te, quia verus amor non est diuisus;* Falsus vero, & concupiscentiæ motu semper diuersa appetit neque aliena opprobria, & pericula timet?

633. Oleaster in Gen.39. Translat. Pagnin.in Gen.c.39. n.12.

Interrogat Oleaster, *Quare vxor Putiphar, & Domini Ioseph, si tanto amore ipsius ardebat; quare illo adulterium renuente retinuit vestimentum Ioseph apud se*, Genes. 39. num. 12. vt Pagninus legit, vel pallium vt vulgata? Et respondit; *Si verè diligeret, pudica esset, & absconderet opprobrium suum, & periculum Ioseph; sed quia diuulgat, seipsam ream diuulgat, & turpem amorem concupiscentiæ demonstrat.*

Quasi

Qoasi dicat, verus amot, non est diuisus, neque periculum reiamatæ quærit. Sed vxor Putiphar non diligebat Iosephum, sed se, & suam impudiciam voluptatem. Hinc est, quod amor Mariæ & Ioseph, cum spiritus coniugalis esset, & indiuisus fuit. Et si castitatem vnus diligebat alter Spiritus Sancti gratia retinebat.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quomodo intelligatur, quod Maria inuenta est habens de Spiritu Sancto.

QVæritur, quid Spiritus Sanctus egerit in conceptione corporis Christi.

634. Chrysost. suprà cit. *Fides integra sine scissura.* 1. RESPONSIO est Sancti Chrysostomi, qui ait, *Quod fuit in vtero Virginis tanquam causa efficiens, quia Spiritus Sanctus, qui replet omnia effecit, quod Vir quod faciendum erat, & ideo dicitur causa efficiens.* Quasi dicat, qui oculis fidei respexerit mysterium Incarnationis, inueniet Spiritum Sanctum causam efficientem corporis Christi; qui vero terrenis, & perfidis oculis viderit, terrena sapiet, & ruens in fide non erit.

635. Ruper. Abb. lib. de oper. Trinit. Interrogat Rupertus, *Quare dicitur quod dubius in fide est hæreticus?* Et respondet, *quia intellectus humanus circa fidem est veluti vas delicatissimum, & subtilissimum apud Venetos formatum, quod integrum, sanum, pulchrum, & pretiosum est; si vero scissura periculi læditur ad nihilum valet, nisi vt proiiciatur, & frangatur.* Sic inquit, doctus Abbas, *cum in scissura fidei, num sit Deus dubius in fide, hæreticus est*, ille quia sapit terrena, & cælestia non capit, neque credit.

636. Oleaster in Exod. c. 4. n. 2. Interrogat Oleaster, *Quare cum fidem introducere voluit Dominus in corde Moysi, vt illi prodigia in Ægypto facturo crederet dixit illi* Exod. 4. num. 2. *Quid est quod tenes in manu tua?* Et respondit virgam, & Oleaster, *Voluit Dominus virgam secum ferre in manu quoniam facturus erat prodigia in Ægyptios, cuius virga caput cum Moyses apprehenderet, serpens erat; cum vero caudam; in virgam vertebatur.* Hoc enim habet fides: si principiis naturalibus

Fides est in attestante. probari velit, mordere videtur: si fidem attestantis attendas virga est æquans inæqualia; quia scriptum est, *Placuit Deo per stultitiam*

1. Cor. 1. n. 21. Oleaster cit. *prædicationis saluos facere credentes* 1. Cor. 1. num. 21. Et addit Oleaster: *Dedit Dominus Moysi tria signa, quoniam etsi in omnibus voluerit suos esse prudentes, & cautos, maximè autem in credendis; quoniam nouit, quam facile nos inimicus decipiat, & mirabilia opera,*

Tentationes fidei reiicien-dæ. *quæ homo fecerit, in serpentem astutum conuertit: Dubitationem quam habet in intellectu*, dicens quomodo ex Spiritu Sancto Virgo concipere potest, neque causa esse alia efficiens quam Vir?

637. Abulens. supr. cit. 2. RESPONSIO est Abulensis citati, qui ait, *Quod concepit Virgo Maria ex Spiritu Sancto nullo alio opere naturali mediante, sed ipse Spiritus Sanctus temperauit, digessit, & formauit sanguinem Virginis Mariæ donec Corpus Christi organizatum est.* Quasi dicat,

Poëtarū fabulosa narratio. *fabulosi Poëtæ narrauerunt Deos genuisse Deos mediantibus roribus cæli, & per transformationes chimaricas, & assistentias Principum necessarias:* Sed incarnatio Verbi Diuini sine consortio; neque necessitate Regum, neque Principum per operationem Spiritus Sancti facta est. Vnde ad mores debemus Deo immensas gratias agere, quia nos redemit, & subuenit absque necessitate, & Principum indigentia, quia si per illos, vel illis mediantibus salus humani generis ventura fuerat, quis redemptus esset. Quomodo pauperibus succurrerent? quando si per potentes fides prædicanda esset, mundus saluus fieret? quando homines per diuites in Deum crederent?

quia vt Hieronymus in Propher. Ioann. cap. 3. Hieron. in c. 3. Ionæ.
ait, *Difficilè omnes potentes & nobiles credunt Deo (Et dat rationem) obcæcatur enim mens eorum diuitiis, & opibus, atque luxuria, & circumdati vitiis non possunt videre virtutes,*

Diuites virtutes quando habent. *simplicitatemque Scripturæ Sanctæ, quia non ex maiestate sensuum, sed ex verborum iudicant vtilitate.* Quasi dicat, væ vobis diuitibus, & Principibus, qui hic habetis consolationem, Matth. c. 6. n. 14.
contemnentes verba prædicationis, (id est, non audientes,) quia simplices, & pauperes Sap. c. 6. n. 7.
Spiritu prædicant ea, sed scitote, quod vobis dictum est; *Potentes potenter tormenta patientur, quia contemnitis audire, & operari, quæ pro suis prædicatoribus loquitur Deus.*

Interrogat Oleaster, *Quare Moyses dixit Domino ad prædicandum mittenti quis sum ego, vt vadam.* Exod. 3. num. 11. Et respondet, *Vt tu expendas non satis fuisse Domino ineptum casu eligere, sed natura, vt ostendat se ex ineptis natura aptissimos ad omnia quæ voluerit facere, sic ad docendum Euangelium per orbem, idiotas elegit, vt sermo eorum non esset in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute Dei.* 638. Oleaster. in c. 3. Exod. n. 11.

1. Cor. 2. n. 4. *Diuites inepti ad Euangelium.* Iacob c. 4. n. 6. Quasi dicat, non Principes elegit Deus ad bonum nuntium salutis æternæ pauperibus notificandum, quia illi taliter pauperes vilipendunt, quod tarde vel nunquam irent vel quia sunt mysteriorum incapaces, vel superbi, & elati, quibus Deus resistit; humilibus vero dat gratiam.

Interrogat Chrysostomus homil. 49. in Matth. *Quare Euangelista loquens de Herode Rege; dixit in illo tempore Herodes audiuit famam Iesu*, Matth. 15. num. 1. Et respondit, *Non otiosè tempus Euangelista denotauit, vt fastum tyranni, & negligentiam omnes intelligere possemus: non enim ab ipsis statim miraculorum exordiis famam Iesu, sed post multum tempus perfecit.* Et addit: *huiusmodi certè sunt, qui in Principatibus viuunt nam quoniam fastu rerum plurimum sibi arrogant parui facientes cætera; sero ea percipiunt.* Quasi dicat, potentes ita inter res vanas, & species rerum temporalium versantur, quod offuscati, & demersi diuina neque percipiunt, neque considerant. 639. Chrysost. homil. 49. in Matth. *Fama immūdi vana.*

640. Oleaster. in Exod. c. 7. n. 24. Interrogat Oleaster, *Quare tantum miratur Scriptura quod Pharao aquas versas in sanguinem*

num non attendit, ideo dicitur non posuit cor suum etiam ad hoc Exod. 7. n. 24. Sic legit Pagninus? Et respondit, *Licet monita multiplicentur, impiis non curant, neque considerant, sed veh illis quia magnum munus est Dei cognoscere flagella eius, vt emendentur.* Quasi dicat, hoc interest inter impios, & pios, quod pij etiam mala, quæ à natura prouenjunt flagella Dei esse credunt; impij vero flagella apertissima Dei mala à natura venientia arbitrantur, & sic semper in malo persistunt, & mysteria Incarnationis multoties, vt Gentiles principiis naturalibus comprobare vellent; & non sicut pij, & deuoti fideles qui ex Spiritu Sancto Verbum conceptum arbitrantur.

Translat. Paguin. *Flagella impij non considerant.* — *Corda dura qualia.* — *Impiorum prospera ac occulta.*

641. 3. Responsio est Sancti Thomæ citati, qui ait, *Fuit desponsata Maria, & concepit de Spiritu Sancto, vt futuris Christianis zelotypia non causaret, quia Ecclesia Dei est sine ruga, & macula, & per Spiritum Sanctum filij eius regenerata.* Quasi dicat, amor iustorum semper æmulatur charismata meliora, & necesse fuit quod de Spiritu Sancto Virgo conciperet, vt fideles ad maiorem amorem Dei per Spiritum Sanctum quotidie excitarentur, & ab omni spiritu, & imaginatione peccati separentur qui filij sunt Spiritus Sancti.

S. Thom. in Cathen. — *Amoris Dei proprietas.*

642. Interrogat Cyrillus Alexandrinus, libr. de adoratione in Spiritu, *Quare Spiritus Sanctus præcipit fugere peccata quasi à facie colubri,* Ecclesiastici 21. n. 2. Et respondet, *Quia vbi virtus præstanda est, carnalis amor debet abire.* Quasi dicat, qui verè amore Spiritus Sancti tangitur, non solum peccata, sed etiam apparentia peccati sunt fugienda; peccati enim tanquam venenatissimi serpentis non solum morsus declinandus est, sed etiam aspectus. *Et vide, si via iniquitatis in me est.* Psal. 138. num. 24. Quasi dicat, Dauid: Precor, vt attendas, non solum, an sit in me iniquitas, sed etiam vlla via aut occasio, aut dispositio, à quâ me prouidentissimè per gratiam Sancti Spiritus statim auertas, quia amor Dei non admittit cum re creata consortium.

Cyril. Alex. de adorat. in spiritu. Ecclesi. 21. n. 2. — Psam. 138. n. 24. — *Peccatum veniale neque cogitandum.*

643. Interrogat Oleaster, *Quare tam festinus castissimus Ioseph molestatus ab adultera Domina sua pallium reliquit, & fugit,* Et respondit, *ne relinqueret pudicitiam ex contactu, & pallij, quod impudica fœmina tetigit.* Quasi dicat, amor castissimus Ioseph ita erga Deum ardebat, vt neque tangere, neque respicere pallium, quod manus pollutæ tractauerunt, vellet. Vnde Innocentius Papa citatus à Petro Mendoça tom. 1. in lib. Reg. annot. 10. ait: *Fuge ergo personam suspectam, locum idoneum, tempus aptum, & quidquid est opportunum ad facienda peccata. Quia sicut est difficile in igne esse, & non ardere; ita difficile habere opportunitatem peccandi, & non peccare. Ideo fideles concepti ex gratia Spiritus Sancti omnem occasionem zelotypiæ auertere debent ab amore Dei, quia non admittit consortium cum alia creatura,* vt Sanctus Thomas citatus probauit.

Oleaster in Gen. 39. — Innocent. Pap. à Mend. cit. tom. 1. in c. 1. Reg. annot. 10. — *Occasiones fugiendæ.* — S. Thom. citat.

***

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

De intentione Ioseph cum sponsalia tractauit cum Domina nostra Maria.

QVæritur, quid intendebat facere Ioseph cum nuptias cum sponsa Virgine Maria tractauit?

1. Responsio fuit Abulensis citati in littera, *Quod Ioseph volebat accipere Mariam coniugem, ad societatem solum coniugalem omni castitate seruata, & quod de ista sana intentione oraculum habuit Virgo Maria.* Quasi dicat, semper Ioseph fuit constans vir, & animo quietus circa suam honestatem: *Quia prudens stabilis est; stultus vero, vt luna mutatur,* Ecclesiastici 7. n. 12. vbi Origenes, *Luna cum videatur vna esse per substantiæ immutationem, tamen semper à semetipsa alia est, semperque diuersa.* Quasi dicat, homo astutus, & varius, nunquam in eodem statu permanet, semper inquietus. 644.

Abul. q. 33. in Matth. — Eccli. 7. n. 12. Origen. — *Inquieti semper varij.*

Interrogat S. Gregorius in Iob c. 1. n. 7. *Cur respondit Sathan Domino interroganti, vnde venis?* Iob 1. n. 7. & dixit: *Circumiui terram, & perambulaui eam?* Et respondet, *Quia Sathan laborans terram circuit, quia quietus in cœli culmine stare contempsit.* Quasi dicat, creatura aduersæ intentionis à secundo instanti suæ creationis fuit Sathan, & ex tunc versatilis, & inquietus semper manet, & ideo circuit terram quærens quem furtim, & callidè deuoret 1. Petr. 5. n. 9. quia à creatura peruersæ inclinationis semper cauendum est. 645.

Greg. lib. mor. in Iob c. 1. n. 7. — 1. Petr. 5. n. 9.

Interrogat Bernardus lib. de interiori domo c. 61. quid significant verba Ecclesiastici c. 33. n. 5. *Præcordia fatui quasi rota currus, & quasi axis versatilis cogitatus illius?* Et respondet, *quia facilius est dinumerare atomos mundi quam motus cordis.* Quasi dicat, *vt rota; & axes non solum volubiles sunt, sed etiam continuo stridore suam produnt volubilitatem. Ita impius astutus internam quam patitur animi inquietudinem indiciis externis aliquando manifestat, quia simulat fictè lætari de bono alieno, quãdo sulphure inferni interius vritur: laudat exterius, quem intus contemnit cogitationibus semper per diuersa loca vagatur, Et si bona ei, & prospera eueniunt laudat Deum, & se indignum profitetur; quia scriptum est: Confitebitur tibi, cum benefeceris ei; sin autem aduersa fortuna premitur, stridet dentibus, & contra fatum & fortunam contriam blasphemat. Vir autem sana, & recta intentionis, vt Ioseph non sic, sed vt palma semper floruit, quia fructus eius semper, vel in flore, vel in fructu dulcedinem habent.* 646.

Bern. de interior. domo c. 61. — Eccles. c. 33 n. 5. — *Callidus est semper inquietus.* — Ps. 48. n. 19. — Ps. 91. n. 13.

Oleaster interrogat, quare filij Israël dixerunt in deserto, *Non est Deus in medio nostri?* Sic legit Pagninus cap. 17. num. 3. Exod. Et respondet, *Quia cum beneficia desunt, dubitant homines praua intentionis de præsentia collatoris, sed iusti, & recti corde, non solum cum Deus bona largitur, sed etiam dum substrahit cum bona voluntate diligunt; imo aliquando euidentius signum præsentia eius est beneficiorum substractio, quam exhibitio; propter quod dixit Psalmista,* Psalm. 1. num. 1. *Beatus* 647.

Oleaster in Exod. 17. n. 3. — Translat. Paguin. — *Iusti in aduersis plus diligunt Deum.* — Ps. 1. n. 1.

vir

vir qui non abiit in consilio impiorum, Vel vt legit Hebræus, *in consilium inquietorum*; quia homines malæ, & aduersæ, & fraudulentæ intentionis, impij, atrocissimi, & inquietissimi sunt in se pacem, & quietem minimè habentes, & inter fratres suos iurgia, & lites seminantes; Ioseph autem non sic, sed vt Abulensis, inquit, sanæ, & castæ intentionis castitatem, quam promiserat in sua sponsa eminenter adesse cogitabat.

Transl. Hebr. — Abulens. supr. cit.

648. 2. RESPONSIO est Lyrani, qui ait, *Quod dum Ioseph vacabat orationi, nuntiatum est ei, quod Maria sponsa eius perpetuam virginitatem proposuerat seruare, & sic mutauit sententiam Ioseph de prole recipienda.* Vnde ad mores aduerte, quando sine intentionis intermissione, semper orandum est, quia nunquam à desiderio nostro defraudamur; si adhuc renuente Deo persistamus.

Lyra. noster citat. litt. — Oratio continua.

649. Interrogat Basilius Seleucus, *Quare mulier illa Chananea adhuc repulsa à Christo, adhuc latrabat, & ab oratione non cessabat dicendo, etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt?* Et respondet, *quia interim aliquid boni consequuta est.* Quasi dicat, quia de micis orationis, & postulationis consolabatur in expectatione futuri solatij, quia oratio non solum in futuro præmium accipit, sed in præsenti internam animi consolationem semper consequitur.

Basil. Seleuc. ser. de Chan. Matth. 15. n. 17.

650. Interrogat Oleaster in Exod. 17. num. 13. *Quare Aaron, & Hur sustentabant manibus suis manus Moysis dum oraret.* Et respondit, *vt scias non esse statim ab oratione discedendum, sed cum opus est continuanda sunt preces.* Et addit; *Quare cum oras non statim recedas, si manus, vel caput doleat, sed persiste, quoniam etiam dolor orationem iuuat, modo æquo animo feras illum. Ideò lassis, & infirmis manibus Moyses vincebat quia Aaron, & Hur adiuuabant eum*, vt etiam intelligas viros spirituales sustentandos esse à Principibus sæcularibus, ne cogantur preces dimittere, & ab oratione cessare, quia prospera etiam cessabunt, & aduersa peruenient; ideò vt Lyra adnotauit ex Chrysostomo, Ioseph orante oraculum de proposito Virginis meruit obtinere.

Oleaster. in Exod. c. 17. n. 13. Translat. Pagnin. — Orationis effectus. — Lyran. Chrysost.

651. 3. RESPONSIO est Ambrosij citati, *Quod facto voto castitatis à Beato Ioseph Beata Virgo Maria mansit in domo eius; quia vbi intraverat Maria nisi ad possessionem gratiæ, vt sibi simul cum suo sponso perpetuas Deo exhiberent gratias pro tantis beneficiis acceptis ex parte Mariæ talem sponsum merendo, ex parte Ioseph talem Virginem adorando.*

Ambros. cit. in litter. — Ioseph laus eximia.

652. Interrogat Oleaster in Exod. 17. num. 12. *Quare locus vbi mercedem à Domino Moyses consequutus est, quando de saxo durissimo aquæ dulces in deserto emanarunt, percusso lapide virga, quare locus ille vocatus est tentatio, & litis. Et vocauit, inquit textus.* Exod. 17. num. 7. *Nomen loci tentationem & litem?* Et respondet, *quia Sancti loca quibus à Deo beneficia acceperunt notare solent, vt quoties viderint ea in gratiarum actionem prorumpant, hac de causa Iacob sanctus locum in quo Deum scalæ innixum viderat, & Angelos ascendentes, & descendentes vocauit Betel, id est, domum Dei.* Quasi dicat, etiam oportet nos locorũ, in quibus Deũ offendimus, meminisse, vt quoties nobis locus ille occurrerit, toties ingemiscamus, ideo vocauit Moyses nomen loci tentationem, & litem, quia ibi peccauerunt filij Israël eum occidere voluerunt Moysem quia siti perire videbantur, & ibi tentauerunt Deum litigando super exitũ de Ægypto, & debebant in sempiternum ingemiscere tale peccatum ingratitudinis, sicut & Ioseph, & Maria locum, & domum vbi Angeli ascendebant, & descendebant ad seruiendum Regi Domino incarnato, in memoria æterna tanquam iusti habere debebant.

Oleaster in Exod. c. 17. n. 12. Translat. Pagnin. Exod. 17. n. 7. Gen. c. 28. n. 13. — Ingrati semper ingemant.

DIFFICVLTAS IX.
ad mores.

Quomodo Ioseph Iustus noluit virginem traducere, sed occultè dimittere eam?

QVæretur, quomodo Ioseph intentauit dimittere Mariam.

653. 1. RESPONSIO est Lyrani, *Quod videns Ioseph post tres menses, quos in domo Elisabeth mansit venientem sponsam suam grauidam, turbatus est in cogitatione, cum oculis videbat, quod corde credebat.* Vnde Pasch. lib. 2. in Matth. *Et nos fratres quoties turbat nos dubietatis caligo, fallit rerum species, & facit superficies causarum interdum interiora veritatis nescire.*

Lyran. cit. in litt. — S. Pasch. lib. 2. in Matt.

654. Interrogat Oleaster in Genes. 37. n. 8. *Propter quod fratres Ioseph dixerunt illi nunquid regnando regnabis super nos?* Sic legit Pagn. Gen. 37. Et respondit, *Quia omnia interpretatur inuidia in malum suum, & superficies causarum monstra facit; & somnia Ioseph veraciter, & intrinsecè nõ intellexerũt, quia in Ægypto fuit secundus à Rege Ioseph, & in Israel nõ regnauit, sed caligo rerũ species mutat, & vbi non est peccatum, malitia per superficies rerum atrociter iudicat. Declinemus ergo ad præsens, subtrahamus sententiam, fugiamus discrimẽ quia malitia omnia interpretatur in malum suum, non sic Ioseph, sed cum esset iustus causam temperat, iudicium custodit, vindictam differt, crimen celat.* Hæc Chrysologus ser. 145.

Oleaster in Gen. 37. n. 8. Translat. Pagnin. — *Iudicia temeraria fugienda.* — Chrysolog. serm. 145.

655. 2. RESPONSIO est Augustini citati in littera, qui ait, *Quod cor Ioseph anxiabitur cogitans, & dicens, si prodidero, adulterio non consentio; si tradidero crudelitatem incurro, quid faciam:* Vnde Augustin. ser. 16. de Verb. Domini, *Mariti dolor ingens est, neque tamen vindictam quæsiuit.* Quasi dicat honor, & amor in corde Ioseph iactabantur; nam *Si est dura sicut infernus æmulatio*, Cãt. 8. n. 6. *Sed honoris anxietas immensa, & insupportabilis est.* Vnde Saul inter angustias mortis positus, & inter præsagia funesta de regno, & filiis pereundis, anxietas honoris affligebat plus cor eius, & sic lamentabiliter dixit Samueli, *Honora me coram senioribus populi.* Quasi dicat, plus penetrat cor meum vulnus honoris amissi, & opprobrij sempiterni, quàm timor mortis, regnique, & imperij perditio.

Augustinus citat. — August. ser. 16. de Verb. Dom. — Cant. 8. n. 6. — 1. Reg. 15. n. 30.

Vnde Abulens. q. 37. citata; *Si Ioseph accusaret Mariam de adulterio, siue conquereretur, erubesceret, scilic. quod vxor eius fornicata esset; ideò maiorem dolorem elegit, & voluit occulte dimittere eam.* Quasi dicat, parato homini facere mala maiora, eligere licet minora.

Abul. q. cit. — *Minus mali eligendum.*

656. Oleaster in Gen. 37. n. 22. Translat. Pagnin. Gen. 37. n. 22. Interrogat Oleaster, *Quare Ruben fratribus determinatis iam occidere Ioseph dixit, non effundamus sanguinem eius, sed proiiciamus eum in cisternam*, Genes. 37. n. 22, Sic legit Pagninus; Et respondit; *Quia cum peccatorum cæcitas magna est, licet parato facere maiora mala, suadere minora. Sic Ruben vt fratres ab homicidio deterreat, suadet proiectionem in puteum.* Et addit; *Et Iudas suasit venditionem, ne fratrem occiderent, ex quo patent duo.* Primum, quàm difficilè sit malos homines determinatos ad malum detinere. Secundum, quàm facilè, quod Vir iustus, vt Ioseph tanto flagitio, quod de vxore fuerat suspicatus, quanta benignitate pepercit.
August. cit. Hæc Augustinus citatus. Quasi dicat, inter angustias, & calamitates excessiuas absentia, quæ est secunda mors afflictis solatium esse solet. Sic Ioseph occultè voluit dimittere vxorem, antequam illam infamaret.

657. Origen. cit. suprà. 3. Responsio est Origenis, qui ait, *Si suspicionem non habebat, quomodo iustus erat, vt immaculatam dimitteret?* Et respondit; *Quia Ioseph suspicionem in bonam partem accipiebat, & cogitabat ibi magnum Sacramentum, & ex reuerentia quasi indignus fugere volebat: nam iusti perpetuam luctationem habent*
Ps. 118. n. 39. *contra malas cogitationes*, vt Psalmista ait, *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum.*
Hispana locutio. Quasi dicat nostro idiomate Hispano: *Quien tubo las hechas tiene las sospechas*, id est, sine malitia, & dolo, quo semper repleti sunt mali, Et sic de omni re malè suspicantur.

658. Oleaster in Gen. 37. n. 22. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, quare dicitur de Ruben Genes. 37. num. 22. *Quod nitebatur liberare Ioseph de manibus eorum, id est, fratrum suorum?* Vel vt Pagninus legit, *Voluit eum eripere de manibus fratrum suorum.* Et respondit, *Quia Ruben maior erat natu, cuius muneris est, minores fratres in absentia parentum arguere.*

659. S. Thom. in Genes. 37. Fama mala difficilè perditur. Sanctus Thomas aliter respondit, *Quia Ruben tanquam Patri pro incusatione Balæ iam obnoxius erat, & timebat singulariter de morte Ioseph accusari à Patre.* Quasi diceret: desiderabat Ruben ab omni suspicione se liberare, quia Pater eius malè senserat de actionibus eius, & apud illum famæ facile crederet, quia audax, & superbus erat; apud Ioseph vero tanta, & tam ineffabilis erat opinio Mariæ sponsæ suæ, vt ex reuerentia, & timore eam relinquere conabatur; quia magis credebat castitati eius, quàm vtero eius, & plus
Imperfect. homil. 1 in Matth. Maria laus. gratiæ quam naturæ. Hoc Imperfectus homil. 1. in Matth. & addit, *Possibilius esse credebat mulierem sine viro posse concipere quam Mariam posse peccare.*

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quare Maria non dixit veritatem rei Sponso suo Ioseph?

QVæretur, quare Virgo Maria mysterium non reuelauit sponso suo?

660. Lyran. noster citat. 1. Responsio fuit Lyrani, qui ait, *Quod non reuelauit Maria, quia talia mysteria non sunt dicenda nisi quantum diuina voluntas extendit se.* Vnde interrogat Gofridus Abbas serm. de Purificatione: *Quare Beatissima Virgo inter immundas mulieres voluit reputari expectando Purificationis diem?* Et respondit, *Quia sciebat, quod Sacramentum, & silentium Regis debebat abscondere. Hinc licet non ignorasset quis esset, quem genuisset; expectauit tamen diem purgationis, vt occultaret filij diuinitatem.* Quasi diceret; nouerat Virgo Maria necessitatem, quam in seruandis secretis mundus patiebatur, & quod eius mater Eua, quia serpenti secretum Dei reuelauit, dicens: *Præcepit nobis Deus, ne comederemus.* Genes. cap. 3. num. 3. *homines perdidit*; ideò quamuis talia passa est videndo turbationes sui sponsi non reuelauit veritatis mysterium, vt sic quiesceret, & dolorem cordis amitteret. Vnde Sanctus Ambrosius in Lucam cap. 23. dicebat *Ambiunt defendi, qui timent vinci opprobriis, vel flagellis, sed fortiores, & valentiores animi*, vt Maria oracula Incarnationis Iosepho dilecto sponso turbato, & zelotypiis adusto noluit reuelare.

Godrif. Abb. ser. de Purif. — Gen. 3. n. 3. — Secreta seruanda. — S. Ambr. in Luc. c. 23.

661. Salm. tr. 23. in Acta. Interrogat Salmeron tract. 23. in Acta, *Quare Rex Achis Dauid inter inimicorum calumnias tacentem appellauit Angelum. Scio (dixit) quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei.* 1. Reg. 29. num. 9. Et respondet, *Quia secretum ab Spiritu Sancto inspiratum, vt taceret, retinuit fortiter, neque vindictam de Philistæis sumpsit, vsquequo tempus aptum aduenit.* Vnde Vatabli translatio in scholiis sic legit; *Scio te mihi esse gratum, & secretum, & video tam bonum, quam Angelum Dei esse.* Quasi dicat, in omnibus mihi gratus fuisti, sed in secretis seruandis, veluti Angelus Dei visus es mihi; ideo Regina Angelorum secretum mysterij Iosepho non dixit.

1. Reg. 29. n. 9. — Translat. Vatabli. in scholiis ad c. 23. 1. Reg. n. 9.

662. Abul. q. 36. cit. in litt. 2. Responsio est Abulensis, qui ait, *Quod poterat Virgo Maria reuelare secretum, & dicere tam eximias suas laudes, scilicet, quod conceperat de Spiritu Sancto, quia ob defensionem suæ famæ, nemo tenetur seruare opera mirabilia, quæ operatus est.*

663. Oleaster. in Gen. 39. n. 1. Translat. Pagnin. Genes. 39. n. 11. Interrogat Oleaster, *Quare expectauit adultera vxor Putiphar, vt nullus seruus domi esset cum Ioseph impudicè tentauit dicens, non est quisquam ecs viris Domus Domi.* Sic legit Pagnin. in Genes. cap. 39. num. 11. Et respondit, *Vt tempus captaret ad infamiam fugiendam, ne apud aliquem seruum suum nota a libidinis remaneret.* Et addit: *Vtinam sic virtuosi tempus captarent ad opera virtutis; quemadmodum peccatores ad peccata perpetranda.* De Iuda traditore legimus quæsiuisse opportunitatem quomodo Christum, *Opportune traderet*, id est, expectauit noctem ne apud condiscipulos infamiæ notaretur.

Cautela ad peccandum necessaria. Luc. 22. n. 9.

664. Ambr. lib. 2. in Luc. Infamia fugienda. Mariæ Virginis encomium. Interrogat Ambrosius lib. 2. in Lucam, *Cur voluit Deus nasci de Matre desponsata Ioseph?* Et respondit: *ne Mater non desponsata temeratæ virginitatis adureretur infamia.* Et addit: *Maluit Dominus aliquos de suo ortu, quam de Materno pudore dubitare.* Quasi dicat, famam matris suæ ita respexit semper Deus, vt proprio honori suo anteposuerit, etiamsi putarent aliqui, quod de coniugata natus esset. Igitur benè
Abul. cit. Abulensis notauit quod potuit Virgo Maria arcanum reuelare marito suo, si periculum infamiæ vigeret.

3. RESPONSIO

665. Ambrosf. cit. in litter. 3. Responsio Ambrosij, qui ait, *Quod diuino mysterio factum est, vt per Angelum magis Ioseph certificaretur, & non haberet occasionem plura interrogandi.* Quasi dicat; *Quod iusti semper aspirant causam suam à Deo defendi,* Tacētes Deus defendit. *& sic tacent, vt in sanctissima Susanna patet, quæ solicita, & casta à senibus minatur, & accusatur, & ipsa tanquam rea tacebat, & patiebatur, sed immisit Dominus Spiritum veritatis in Danielem,* Dan. cap. 13. n. 35. *& Susanna tacente defensa est, & accusatores puniti.*

666. Gen. 39. n. 17. Interrogat Oleaster, *Quare vociferante vxore Putiphar, & de Iosepho conquerente quòd vim facere voluit in eius honestatem, & lachrymis lugentem, & dicentem, cur adduxisti nobis virum Hebræum.* Sic Pagnin. Gen. c. 39. n. 17. *Ioseph ad querelas, & accusationes tanquam mutus tacebat?* Translat. Pagnin. in c. 39. n. 17. Respondit, *Quia mirabilis malitiæ artifex semper est fœmina, quæ vim intulit Ioseph, & iniuriata conqueritur, qui autem damna patitur, tacet neque peccatum saltem semel excusat.* *Artifex mēdaciorum mulier.* Quasi dicat solent qui nimirum innocentes sunt tacere, & malunt se reos æstimari, quàm causam defendere sic Domina nostra Maria tacebat, & tanquam Abulens. cit. rea affligebatur propter sponsi anxietatem, & pro certo tenebat, & spectabat quod à Domino per Angelum à suspicione liberaretur, sicut de facto contigit. *Maria silentium.*

TRACTATVS XIX.

In Caput I. Matthæi,

Juxta litteram

TEXTVS.

20. HÆC autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere, accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est. 21. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

EXPLICATIO Litteræ?

667. Lyra. noster in sua Glossa in cap. 1. Matth. EMisso voto virginitatis, (inquit noster Lyranus,) *per Mariam, & Ioseph, Gabriel Angelus venit ad eam ignorante Ioseph, & impregnata est de Spiritu Sancto,* Lucæ 1. *Et statim de licentia Ioseph abiit ad cognatam suam Elisabeth, vt ei pregnanti seruiret, & mansit ibi, quasi tribus mensibus vsque ad natiuitatem Ioannis. Tunc redeunte Maria vidit vterum eius grauidum, & incurrit magnam suspicionem.* Chrysost. in Matth. c. 1. Sed addit Chrysostomus in Matth. cap. 1. *Quod videbatur ei quasi impossibile, quod ipsa peccaret.*

668. Abul. q. 33. in Matt. c. 1. Abulensis quæst. 33. in cap. 1. Matth. *Colligit ex hoc, quod si nesciente Ioseph Angelus ingressus est ad Mariam, adhuc erat in domo Parentum suarum, quia nondum tradita erat viro, & ex contextu patet; quia nolebat eam traducere in domum suam.*

669. Ioseph autem Vir, id est, sponsus, quia licet per sponsalia de præsenti sit verum matrimonium, nondum vocantur viri, vel mariti, sed sponsi quousque nuptiæ celebrentur; nunc autem non erant nuptiæ celebratæ. Sed Hieronymus in Matth. addit, *Quod in Sacra Scriptura vir vocatur sponsus, & sponsus Vir.* Hieron. in Matth. c. 1.

Et nollet eam traducere. Chrysostomus, & alij dicunt, *Quod traducere est infamare. Et sic noluit Mariam infamare dicendo eam adulteram.* 670. Chrys. cit. Abulens. quæst. 33. dicit, *Quod non accipitur traducere pro infamare, sed pro accipere in potestate: nam tunc dicitur tradere fœminam, quando eam in domum suam ducit, siue in potestatem accipit.* Abul. q. 33. Et iste est modus loquendi iurium antiquorum, scilicet, quod ad hoc, vt matrimonium sit legitimum mulier debet esse viro tradita, & ab eo traducta. Sic tenet Magister in 4. dist. 27. Ius antiquū Magister in 4. d. 27.

Hæc autem eo cogitante, id est, dum Ioseph cogitaret, quid ageret super conceptu Virginis, quem credebat adulterium, & determinasset dimittere eam, occultè apparuit Angelus. 671. Vnde Abulensis non tacuit, *Quod Ioseph habuit istam dubitationem ipsa die, qua primò vidit vterum Virginis tumentem, & sequenti nocte apparuit Angelus ei in somnis, id est, in nocte illius diei, quo vidit pregnantem vxorem suam.* Abulens. in exposit. lit.

Ecce Angelus Domini; quis autem fuerit iste 672.

Angelus pro certo indicat Abulensis, quod fuit Gabriel, qui salutationem Mariæ nuntiauit quia ipse erat spiritualis minister Dominæ nostræ, vt patet Lucæ 1. Luc. 1.

673. *Nobilitas Ioseph ab Angelo notificata.* Ioseph fili Dauid, id est, de stirpe Dauid quasi dicat, non mireris de conceptu vxoris, quia per Spiritum Sanctum conceptus est ille, qui specialiter filius Dauid vocatur; noli timere; id est, non dubites eam accipere ad solam cohabitationem.

674. Abul. cit. Quod enim in ea natum est, id est, quod in ea conceptum est, quia vt Abulensis notauit, natiuitas propriè non est nisi exitus de vtero; conceptio autem est formatio in vtero, & conceptionem vocauit Angelus natiuitatem. *De Spiritu Sancto est.* Hic Spiritus Sanctus tota Trinitas; quia ista operatio, & generaliter omnes operationes Dei ad extra sunt similiter ab omnibus tribus personis, tanquam ab vnico principio; quia Deus non est principium istarum rerum sub ratione personæ, sed sub ratione naturæ, quæ eadem est in tribus. Sic omnes Theologi cum Scoto, & S. Thom. 1. part. Quare autem magis dicatur de Sancto Spiritu concepisse suprà latè diximus.

Aristot. de Gener.

Theologorum axioma Scot. S. Thō. 3. part.

675. Pariet autem filium. Hoc dixit, vt videns in præsepio puerum, certificaretur Ioseph de veritate dicta ab Angelo. *Ipse saluum faciet*, cætera patent in littera.

TRANSLATIONES diuersæ circa textum.

Textus Vulgatæ. 1. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus apparuit in somnis Ioseph.

Translatio Vatabli. 2. Hæc autem ipso in animo habente, ecce Angelus dicens, ne metuas adiungere tibi Mariam.

Translatio Syriaca. 3. Cum autem hæc illi venissent in mentem, apparuit ei Angelus in somnio, & ait illi, Ioseph ne timeas.

Abulens. in expositione litteræ. 4. Dum Ioseph cogitaret quid ageret super conceptu Virginis.

Translatio Græca. 5. Hæc autem studiosè & sollicitè curante venit Angelus.

Caietanus ad cap. 1. Matth. 6. Animus Ioseph cogitationibus variis fluctuans, apparuit Angelus in somniis, quia hæsitabat.

Chrysostomus in cap. 1. Matth. 7. Cum Ioseph consilium quæreret opportunè, apparuit ei Angelus dicens.

Remig. in Catena S. Thom. 8. Cogitante Ioseph, quomodo Mariam occultè dimitteret.

Rabanus in Catena Sancti Thomæ. 9. Apparuit Angelus in somnis per imaginationē quandam oculis cordis ostensam sicut scalam Iacob.

Translatio Glossæ in Matth. 10. Apparuit Ioseph, potestas exhibentis, quia quando vult, & quomodo vult se exhibet.

Chrysostomus in Catena Sancti Thomæ. 11. Ne timeas accipere vxorem quasi adulteram, quia non Deum offendes, ex quo concepta est.

DIFFICVLTAS I.

Quare dicatur; Hæc autem cogitante ecce Angelus Domini?

QVæretur, quare Euangelista dicat, hæc autem cogitante, ecce Angelus Domini.

1. RESPONSIO stat in Glossa, quæ sic ait; *In hoc notatur animus sapientis, qui nihil temere vult incipere.* Quasi dicat, cogitabundus, & tristis stabat Ioseph quia res grauis erat, & nolebat temere determinari. Vnde Chrysologus ser. 175. *Mens iusta, & sanctus animus accepti cogitatione torquetur, sentit: sed tamen non potest penetrare Sacramentum.* Quasi dicat, *quia non sumus sufficientes cogitare aliquod bonum ex nobis, ideo neque cogitationes torquentes cor propter supernaturalem influxum non possumus aliud facere nisi pati, & supplices Deum rogare.* Vnde Chrysologus loco citato, *Meritò mox occurrit Angelus; meritò responsum subuenit, mox diuinum cum humano deficiente consilio, iustitia non defecit.* Quasi dicat, nostrum est cum affligimur pati; Dei autem misericorditer subuenire. 676. Glossa ord. in c. 1. Matt. Chrysolog. serm. 175. 2. Cor. 3. n. 5. *Afflictionibus torquetur cor.*

2. RESPONSIO est Sancti Augustini, serm. de Natiuitate, qui ait, *Ioseph ista cogitante non timeat nec filia Dauid Maria; quoniam sicut Dauid veniam contulit sermo Propheticus: sic Mariam liberet Angelus Saluatoris.* Quasi dicat mercedes, & fauores hæreditatem capiunt à Domino, & si Dauid cuius Regali progenie Maria orta est, consolationem à Nathan Propheta accepit, cum nimis esset afflictus, cur Ioseph eius filius, & ab eo descendens per Angelum non consolaretur, & de hoc certa sponsa eius non timebat. Vnde Athanasius citatus apud Baëzam 1. tom. ait. *Deipara Virgo Maria sola ex Adam deriuatur: at cum sponso suo Ioseph, ex Dauid stemma suum deducit.* Quasi dicat, Deipara Virgo sola sine exemplo concepta, sine originali macula de stirpe Adæ deriuatur, & cum sponso suo Ioseph ex progenie Dauid dicitur, quia per Angelum, quasi iure hæreditario consolationes omnes acceperunt; ideò dicitur eo cogitante, vel eo afflicto, ecce Angelus Domini. 677. Aug. ser. de Natiuit. 2. Reg. 12. n. 13. Athan. cit. à Baezam 1. tom. c. 2.

3. RESPONSIO est Chrysostomi citati in 678.

Chrysost. in catena S.Thom. In Catena Ssocti Thomæ, qui ait: *Notatur mansuetudo Ioseph, quia nulli narrauit suam suspicionem, neque ei qua suspecta erat, sed in se cogitabat.* Quasi dicat, quis tali prudentia, & animi fortitudine præditus fuit, vt Ioseph, qui oculis talis videndo, neque mysteria penetrando Mariæ vxori suæ, neque alij creaturæ verbum aliquod loquutus est, *Sed solitarius, & solus leuabat se supra se, & fluctibus variis quatiebatur.*

Ioseph mansuetudo, & prudentia. Tie.3.n.16.

DIFFICVLTAS II.

Quomodo in somnis Angelus reuelauit Joseph conceptionem Verbi Diuini?

QVæretur, si vulgo dicitur, quod somnis non credendum est, quomodo Angelus apparuit in somnis, & reuelauit mysterium Incarnationis?

679. Abul.q.55. in Matth. 1. Responsio est Abulensis quæst.55. in Matth. qui ait, *Quod Ioseph potuit in somnis habere reuelationem à Deo, & certificari per illam de quacumque re sibi reuelata sicut si esset vigilans,* quia Arist.2. de somno, & vigilia distinguens somnum, ait; *Somnus est quies virtutum animalium cum intentione naturalium; reuelatio autem facta à Deo est supra vires naturæ. Et fit quinque modis, primo apparente Angelo in effigie humana. Secundo quando auditur vox formata ab Angelo, & non videtur formans, sicut erat de Moyse audiente responsum super propitiatorium,* Numer. cap. 7. & Deuteron. 45. *Tertiò modo per immutationem phantasiæ, quod fit communiter in somnis,* Genes. cap. 20. num. 3. *Vbi Deus Abimelech Regi Palestinorum per somnium apparuit. Quarto modo per immutationem solum intellectus in vigilia* 4.Reg. 3. de Eliseo patet. *Quinto modo per extasim in vigilia, sicut est de illis qui rapiuntur,* vt in Paulo 2. Corinth 12.

Definitio somni. Numer.c.7. Deut.45. Gen.20. n.3. 4.Reg.3. 2.Cor.12.

680. Abulens. citat. *Differentia autem somniorum à Deo, vel non,* inquit Abulensis, *apparere, potest ex ipsa immutatione: nam somnia, quæ naturaliter, vel ex variis causis, vel à Dæmone parum immutant, ita vt vere videantur somnia; ipsum autem somnium quod est à Deo efficax est, quod non videtur esse somnium, sed magis euidens quam res, quæ actualiter fit.* Et si in variis reuelationibus per somnia Deus minatur, vt dixit Abimelech Regi propter Saram Genes. 20. num. 3. En morieris, propter mulierem quam tulisti, remanet in eo quasi metus ingens mortis, quousque factum est, & adimpletum somnium. Et ita per somnia quæ veræ sunt reuelationes homo testificatur, quod adhæret illis, & tam efficaciter, & vehemementer, claréque videt absque phantasmatibus, quod haec clariora, & magis euidentia, quam ea quæ vigilans tractat, ei fiunt. & hoc modo Angelus apparuit, & locutus est Ioseph in somnis, id est, efficaciter, & videns illum interioribus oculis, etiam si sensus quiescerent.

Vera somnia vbi reuelat Deus quomodo. Gen.20.n.3. *Somnia qualia credenda.*

681. 2. Responsio est Rabani, qui ait: *Quomodo autem Ioseph apparuerit demonstratur, cum dicitur in somnis, id est, quomodo Iacob scalam vidit per imaginationem quandam oculis cordis ostensam.* Quasi dicat, non ex naturalibus speciebus, & phantasmatibus occasionatum, sed supernaturaliter eueniens, & impressum firmiter in corde; sicut quando Iacob vidit per scalam Angelos ascendentes, & descendentes.

Raban in Catena. Gen.28. n.12.

682. Glossa ord. 3. Responsio Glossæ, *Apparuit in somnis: Hoc verbo demonstratur potestas apparentis, qui quando vult, & quomodo vult exhibet se credendum.* Quasi dicat: reuelationes Dei non sunt restringendæ; quia vnicuique datum est, sicut sibi placet, vel per internam locutionem, vel per Angelum in somnis, vel exterius vigilans, vt pastoribus, vel per raptum, vt Paulus, vel diuersis modis diuidens singulis prout vult.

Act. Apost. c.12.n.8.

683. Chrysost. in Matth. 4. Responsio est Chrysostomi in Matth. *Propter tres causas apparuit Angelus Ioseph. Primò, ne iustus homo ignorans faceret rem iniustam ex proposito iusto. Secundò propter honorem Matris: nam si dimissa fuisset apud infideles turpi suspicione carere non poterat. Tertiò, vt intelligens Ioseph castam conceptionem diligentius se custodiret ab illa quàm prius; ideò non ante conceptionem Virginis Ioseph Angelus apparuit ne cogitaret hic quod cogitauit, repateretur, quod passus est Zacharias culpam infidelitatis incurrens de conceptione coniugis iam longauæ: incredibilior enim erat res virginem posse concipere quam anum.* Quasi dicat, Zacharias ante conceptionem Ioannis dubitauit, & Angelo non credidit, & pœnas soluit, quia mutus remansit, idcò post conceptionem Mariæ apparet Angelus Ioseph, vt de iam facto certificaretur.

Ioseph quare quintus remansit. Luc. 1.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur Ioseph noli timere accipere Mariam coniugem?

QVæretur, quare Angelus timorem expellere conatur a Ioseph?

684. Seuerianus in Catena S.Thom. 1. Responsio est Seueriani citati in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Sponsus etiam ne timeat, admonetur quia prius animus dum compatitur, plus pauescit.* Quasi dicat, hic non est mortis causa, sed vitæ quia quæ vitam parturit, non meretur occidi.

685. Chrysost. in Matth. 2. Responsio est Chrysostomi in Matth. *Dicens etiam ne timeas: cognitorem se cordis eius ostendit, vt per hoc futurorum bonorum, quæ de Christo erat dicturus faceret fidem.*

686. Georg.Ven. tom.7.c.13. Cant.4.n.4. 3. Responsio est Georgi Veneti, tom.7. cap. 13. *Ne timeat, quia Maria est sicut turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis, & mille clypei pendent ex ea.* Cant.4. num.4. Quasi dicat, quemadmodum turris fortissima est tutela, & refugium omnium fortissimorum militum, & per eam facilius ciuitas defenditur. Sic per Mariam cor tuum pauidum, & timore oppressum auxiliabitur; quia mille exercitus Angelorum pendent ex ea, id est,

Maria laus eximia.

Ambrof. lib. de Virgin. — Anselm. lib. de Concept. Virgin.

ex anima candidissima, & immaculata Virginis, & omnes defendenx eam; quia vt Ambrosius notauit, *quis sanctior, quis eo munitior*, & ideo de immaculata Virgine, *qua maior sub Deo nequit intelligi*, vt Anselmus dixit fortissimi, & millia millium pendent ex ea, id est, eius auxilio expellunt timorem. Quid ergo Ioseph tu times?

687. Insolan. 3. p. c. 22. — Ezech. c. 44. n. 2. — Insolan. cit.

4. RESPONSIO est Insolani 3. p. cap. 22, *Noli timere Ioseph, quia tu es Cherubim, quem porta inferi timere debent; quia tu es custos Paradisi, & horti conclusi, & fontis signati, vbi solus Princeps ingressus est, & egredietur & porta Paradisi manebit clausa*; quia vt Ezechiel 44. n. 2. dixit, *Princeps gloriæ ingressus est in ea, & ipse solus egressurus est per eam porta manente omnino clausa*, Ezechiel 44. n. 2. *Cur non Ioseph Cherubim tremebundus asseuerandus est* (inquit Insolanus) *qui Virginis sanctissimæ, & Christi custos à Deo immortali positus est.*

688. Chrysost. in hom. — Præmium Dei immensum.

5. RESPONSIO sit Chrysostomi in hom. qui ait, *Non solum Angelus ab iniqua commixtione Virginem excusat. Sed & supra naturam concepisse demonstrat, non solum timorem auferens, sed & lætitiam addens.* Quasi dicat; quod enim ex ea nascetur sanctum vocabitur filius Dei, quia quando Deus præmia largientem suis se monstrat vltra condignum semper præmiat,

---

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo ad litteram intelligatur; quod enim de ea natum est, de Spiritu Sancto est.

689. August. in Enchirid.

QVæretur, quomodo Christus dicatur natus de Spiritu Sancto?

1. RESPONSIO est Augustini in Enchiridio, qui ait, *Nunquid tamen ideo dicturi sumus patrem hominis Christi esse Spiritum Sanctum, & vt Deus Pater verbum genuerit Spiritus Sanctus hominem, quod ita absurdum est, vt nulla fideles aures id valeant sustinere. Quomodo ergo dicimus Christum natum de Spiritu Sancto, si non eum genuit Spiritus Sanctus? An quia fecerit eum, in quantum enim homo factus est*, sicut Apostolus dicit; *factus, ex semine Dauid secundum carnem; neque enim quia mundum fecit Deus, dici eum, fas est, Dei filium, aut natum ex Deo, sed factum, vel conditum. Hic autem* (addit Augustinus) *confiteamur eum natura ex Spiritu Sancto, & ex Maria Virgine; quomodo non sit filius Spiritus Sancti, & sit filius Mariæ Virginis. Non ergo concedendum est quidquid de aliqua re nascitur eius rei filium nuncupandum vt omittam aliter de homine nasci filium, & nasci capillum, & pediculum, quorum nihil est filius: certe homines, qui nascuntur ex aqua & Spiritu Sancto, non aquæ filios eos recte quis dicat, sed Dei Patris, & Matris Ecclesiæ sic ergo de Spiritu Sancto natus est, & filius Dei Patris est, non de Spiritu Sancto.* Hæc Augustinus loco citato.

Ad Rom. 1. n. 3. — August. cit. — Quomodo filij Dei & Ecclesiæ fiunt fideles. — August. cit.

690. Damascen. lib. 3.

2. RESPONSIO aliquorum Doctorum quos reprobat Damascenus lib. 3. *Qui dicunt conceptum esse Christum ex purissimis sanguinibus Beatæ Mariæ putantes non esse conceptum ex sanguine menstruali, de quo concipiuntur mares; quia putant sanguinem illum esse impurum, & sordidum. Sed errant in hoc, quia ex sanguine, qui est in venis non potest esse conceptio, cum locus conceptionis debeat esse in matrice; & tamen in matrice non est sanguis nisi qui vocatur menstrualis, ergo ex menstruo necesse est fieri conceptionem?*

Ex quo Virginis sanguine Christus conceptus sit.

Abulensis confirmat hanc responsionem dicens, *Quod si ex sanguine venarum Virginis Christus fuisset conceptus non diceretur Christus propriè filius Mariæ, vel ipsa non vocaretur propriè Mater Christi, sicut aliæ mulieres vocantur matres filiorum suorum. Sanguis enim purus & rarus, qualis est in venis, non est apta materia ad formationem fœtus. Sed conuenit magis densari, & digeri; & alterari secundum calorem, & iste sanguis alteratus, & aliqualiter densatus per virtutem generatiuam fœminæ mediante calore tanquam instrumentum vocatur menstruum, & est, de quo fit conceptio in matrice. Vnde si calor nondum peruenit, vt in puellis non est menstruum & desinente calore, vt inanis non est potentia generatiua, quia muliebria deficiunt, vt de Sara senectute dixit Scriptura*, Genes. cap. 18. num. 12. *desierant enim in ea fieri muliebra, id est, non habebat iam calorem.* 691.

Abul. q. 51. in Matt. c. 1. — Sanguis quomodo fiat menstruus in mulieribus. — Gen. 18. n. 12.

Vnde Ægidius Romanus tract. de embrione ait, *Non est credendum, quod materiæ corporis Christi, quod sine semine viri conceptum est aliquid deficeret, quod naturaliter requiritur ad formationem corporis; Constat autem Mariam concepisse de Spiritu Sancto, sine semine humano,* asserentibus istud, Isaia, Matthæo, & Luca; *ideo oportet quod materia ex qua formatum est corpus Christi & formatur in aliis hominibus, sit sanguis per virtutem generatiuam matris præparatus.* 692.

Ægid. Rom. tr. de embr. — Isai. 50. — Matth. c. 1. — Luc. c. 1.

Abulensis q. 51. concludit dicens: *Quod sanguis menstruus, de quo formatur corpus hominis, non solum non est impurus, nec fœtidus, sed etiam purior & perfectior, & pretiosior, quam sanguis qui est in venis. Et probat, quia natura cum sit regulatissima in operationibus suis, necesse est, quod illæ res sint perfectiores, pro quibus ipsa magis laborauerat; magis autem laborat pro sanguine menstruo, quam pro sanguine qui est in venis; quia ad hoc maiorem calorem requirit, vt supra diximus, ergo est pretiosior sanguis iste, quam ille. Et confirmatur, quia in generatione menstrui sic est, quia natura accipit multas partes cibi, quæ non sunt necessariæ nutritioni, & illas digerit, & conuertit in sanguinem menstrualem. Et quia illud quod natura accipit de hoc habet multas partes impuras, necesse est, quod natura separet, & dimittat illas. Et sicut sumpto alimento necesse est causari stercora. Ita facto sanguine menstruali necesse est manere ibi quasdam partes impuras loco stercorum, & illas emittit natura singulis mensibus.* Et hoc confirmat Damascenus citatus supra dicendo: *Quod corpus Christi fuit formatum ex purissimis sanguinibus Mariæ, verum est, quia sanguis ille, quem natura seruat ad formationem fœtus purus est & pretiosior, quam sanguis, qui est in venis.* 693.

Abul. q. 51. in Matth. — Sanguis menstruatus perfectissimus. — Auicena Galenus apud Abul. q. 51. — Damasc. cit.

Vltima Responsio est Augustini de quæstionibus noui, & veteris testamenti, qui ait; *Si de Spiritu Sancto natus est filius, cur dictum est,* 694.

August. de quæst. nou. & vet. test.

sapientiæ

Prou. c. 9. n. 8. *sapientia adificauit sibi domum? Quomodo ista gemina ratione debet intelligi?* Respondit; *primum enim domus Christi Ecclesia est, quam adificauit sibi sanguine suo, deinde corpus eius potest dici domus eius, sicut dicitur templum eius: factum autem Spiritus Sancti, factum fidei est* Opera Trinitatis indiuisa ad extra. *propter natura & voluntatis vnitatem; siue enim Pater faciat, siue Spiritus Sanctus, Trinitas est qua operatur & quidquid tres fecerint, Deus est.*

DIFFICVLTAS V. ad litteram.

Quomodo intelligenda sunt verba, Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum?

695. QVæretur, quare Angelus dixit Iosepho, quod Domina nostra Maria paritura erat filium, & quod vocaret nomen eius Iesum?

Chrysost. in hom. 1. RESPONSIO est Chrysostomi in Homiliario, qui ait, *Quod hoc quod Angelus apud Ioseph dixerat supra humanam cognitionem & legem natura erat, quia non solum ex præteritorum reuelatione confirmauit quod dixerat, sed etiam ex futuris dicens: pariet autem filium.* Quasi dicat, nullum erat verbum, neque iota, aut apex quod Angelus pronuntiabat, quod non erat sufficiens ad Ioseph cor quietandum, & oraculo diuino lætandum.

696. Gloss. ord. in Matth. c. 1. 2. RESPONSIO Glossæ, *Vt enim non videretur Ioseph amplius coniugio non esse necessarius, cum conceptio esset facta sine eius auxilio ostendit quod quamuis non fuit necessarius conceptui, tamen vtilis est procurationi, quia ipsa* Ioseph nimis necessarius Matri & Filio. *pariet filium, & tunc matri & filio erit necessarius, Matri, vt ab infamia defendat eam, Filio vt eum nutriat & circumcidat, & alimentet.* Luc. c. 1. Quasi dicat, ô Ioseph nimis felix, ecce annuntio tibi gaudium magnum, quia Spiritus Sanctus tecum vult puerum Iesum in lucem edere; quia ille obumbrauit Mariam in conceptione; tu autem nutries eum, & ex tuo sudore alimenta præbebis puero, qui nasciturus est, & vocabis in circumcisione nomen eius Iesum, quasi pater putatiuus infantis.

697. Chrysost. in Matth. c. 1. Luc. 1. 3. RESPONSIO est Chrysostomi super Matth. *Qui interrogat, quare non dixit Angelus Ioseph, ecce Maria pariet tibi filium sicut Zacharia,* Lucæ 1. dixit, *& ecce Elisabeth vxor tua pariet tibi filium?* Et respondit, *quia mulier, qua ex viro concepit, marito suo filium parit, quia magis ex ipso est, quam de ipsa. Hac autem (id est* Maria sibi peperit Iesum & quare. *Virgo Maria) qua de viro non conceperat, non viro Ioseph filium peperat, sed sibi tantummodo.* Quasi dicat, Christus nascitur non vni viro sed peperit vniuerso mundo. Et sic sola Virgo quæ proprio lacte lactauerat suum filium vocat. Luc. c. 2. n. 43. *Fili mi quid fecisti nobis sic, ego & Pater tuus dolentes quærebamus te. Et primo se Mater nominat, quia sola sine exemplo peperit Virgo* Cant. c. 2. n. 16. *filium suum.* Et sic in Cant. cap. 2. n. 16. dicitur: *dilectus meus mihi, & ego illi.* Quasi dicat, relatio filiationis, & maternitatis inter me & filium meum verè inuenitur, quia de visceribus meis genui illum.

698. Interrogat Sanctus Bernardus. Quare Angelus Iosepho dicit, *Vocabis nomen eius Iesum.* Et S. Bern. ser. 1. de Epiph. addit; *ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Cum idem Gabriel Angelus ad Mariam solum dixit, vocabis nomen eius Iesum.* Quare tacuit additamenta tam notabilia? Et respondit, *quia Ioseph conturbatus erat, & ad eius satisfactionem causam propter quam veniebat verbum incarnatum assignat, vt magis admiretur, & pauorem expellat; Maria autem erat plena gratia. Et ita credidit Angelo, quod perficiebantur in ea omnia mysteria fidei, sicut Elisabeth dixit, perficientur in te omnia, qua credidisti.* Luc. c. 1. *Ad Mariam quidem tanquam plenius edoctam* (inquit Bernardus) *Gabriel loquens indicat nomen solum, & vocabis nomen eius Iesum. Ad Ioseph veniens Angelus, non solum nomen protulit, sed & causam eius interpretatus est dicens; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Maria singularis laus. Bern. citat.

699. Chrysost. in hom. 4. RESPONSIO Chrysostomi in homil. *Hic autem ostendit admirabilem esse partum quia Deus est, qui nomen desuper per Angelum mittit, nec nomen quodcumque sed quod est infinitorum bonorum thesaurus.* Quasi dicat, per spem grandem solemus difficilia credere, & expectare; ideo proponit Angelus quod nomen Iesu est infinitus thesaurus, de quo ditandi sunt homines & Angeli, vt per promissiones Ioseph certificaretur de conceptione per Spiritum Sanctum in Maria operata. Nomen Iesu thesaurus.

700. Cypr. orat. de nat. Interrogat Sanctus Cyprianus oratione de natiuitate, *Quare cum antiquitus in lege nomen Dei, ita abscondebatur,* quod Isaias dicat: *vere tu es Deus absconditus.* Isai. c. 45. n. 15. *Quare nomen Iesus ita anticipatur, & publicis præconibus declaratur ad Mariam in salutatione Angeli, ad Iosephum in satisfactione virginitatis sua sponsa?* Luc. 1. Matth. 1. Et respondit, quia scriptum est per Malachiam, *orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitia; id est,* Malach. 4. n. 2. *quia venit tempus miserendi eius, vt à Solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen eius.* Ps. 101. n. 14. Ps. 49. n. 1. Ac si dicat, quemadmodum Sol omnibus nascitur, & nemini absconditur, vt per eius virtutem viuant & crescant, & eius absentia arescant omnia. Sic nomen Iesu omnibus vitam, & sanitatem præstauit, *& sine ipso factum est nihil; quia eius absentia omnis creatura ingemiscit;* ideo Paulus clamabat, *Quod in nomine Iesu omne genuflectatur, & quod omnis lingua confiteatur, quod est in gloria Dei Patris nomen Iesu exaltatum.* Ad Philip. c. 2. n. 10.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicatur, quod Christus saluum faciet populum suum à peccatis eorum?

701. Hieronym. in caten. QVæretur, quomodo Iesus saluum faciet populum suum à peccatis eorum?

1. RESPONSIO Hieronymi citati in catena S. Thom. qui ait, *Iesus enim Hebræo sermone Saluator dicitur; Etymologiam ergo nominis significat, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum; ostendit enim eundem* S. Thom. Transl. Hebr. Etymologia nominis Iesu.

totius mundi esse Saluatorem, & nostræ salutis auctorem. Quasi dicat, saluat quidem, non incredulos, sed populum suum, hoc est, in se credentes saluat non tam à visibilibus hostibus, quam potius inuisibilibus, hoc est, à peccatis saluat, *non tam armis pugnando, sed peccata relaxando.*

702. Tertul. l. 4. cõtra Marc. cap. 7. Matth. 8. n. 29. Interrogat Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 7. *Quare tam acriter increpauit Christus Dæmonem, qui clamabat, querelas dando quod venires ad torquendum illum.* Matth. c. 8. n. 29. *Vt quid venisti ante tempus torquere nos; nonne in omnem terram prædicare verbum Dei misit discipulos suos, vt Euangelij prædicatione idola Dæmonum torquerentur? sicut de* Luc. 9. n. 1. *facto torquebantur, & cruciabantur nomine Iesu, in quo Dæmonia exibant. Quare ergo increpat illum, vt veritatem istam non clamet?* Et respondit, Idem Tert. citat. *increpauit illum Iesus, quia non erat summa gloria Christi, si ad perditionem Dæmonum venisset, & non potius ad hominum salutem.* Quasi dicat, primum & singulare Christi trophæum fuit, quo Angelus Iosepho pronuntiauit, vt nomen Iesu saluum faciat populum Matth. c. 1. suum à peccatis eorum. Quod autem Dæmones de salute hac torqueantur, consequens est ad eius redemptionem.

2. Responsio est Seueriani citati in catena Sancti Thomæ, qui ait: *Veniant & audiant qui requirunt, quis est, quem Maria genuit? ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Non alterius saluum faciet populum sed suum. Vnde à peccatis eorum esse Deum, qui peccata donat; si Christianis non credis, crede infidelibus vel Iudæis dicentibus; nemo potest peccata dimittere nisi solus Iesus.* Quasi dicat. *O infideles miseri, qui Christo non creditis, si oraculum Iosepho dicenti non creditis, credite inimicis, qui clamabant idem quod Angelus nuntiat, scilicet, quod peccata dimittebat Christus, sicut Deus.* 703. Seuer. in cat. S. Thom. *Fidei testimonium ex contrariis.* Luc. 21. n. 5.

3. Responsio est Caietani, qui ait, *Implicitè Christi diuinitatem insinuat; quoniam Dei proprium est dimittere peccata; non enim dixit, saluabit populum, ne peccent, sed à peccatis eorum, hoc est à peccatis, quæ habent, quod est, condonare peccata.* Quasi dicat, præseruare se à peccatis iustus cum auxilio Dei potest, sed condonare, & parcere peccatis solius potestatis diuinæ est. 704. Caietan. in Euang. Matth c. 1. *Potest homo omnia cum gratia Dei.*

TRACTATVS XX.

AD MORES,

In Cap. I. Matth.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare dicatur; Hæc autem eo cogitante ecce Angelus, &c.

705. Qværetvr, quare tanta perplexitate confusus cogitabat Ioseph?

Gloss. citat. 1. Responsio Glossæ fuit dicentis, *In hoc notatur animus sapientis, qui nihil temere vult incipere, sed prudenter expectare, & prævidere melius rem.* Interrogat Lyranus, *quare si Saul expectauit septem diebus iuxta placitum* Samuelis, dixit illi: *Stultè fecisti?* Et respondit, *bene dicitur; quia non totaliter, & completè expectauit?* Quasi diceret, *quia sine prudentia & sine patientia non expectauit Saul Samuelem, peccauit in tribus. Primò, quia non expectauit Samuelem septem diebus complete, vt erat sibi iniunctum. Secundò, officium illicitum, scilicet, offerendi per se ipsum sacrificium, vsurpauit. Tertiò, peccauit, quia non humiliter peccatum suum recognouit: quia qui non habet prudentiam, & patientiam iterum, atque iterum res graues cogitando indignus est officio, vel dignitatibus.* Lyran. sua in gloss. 1. Reg. 13. n. 3. & 6. *Prudentia & patientia necessaria.* Vnde dixit Tertullianus lib. 2. aduers. Marcion. cap. 23. *Eligitur, Saul, sed nondum despector Prophetæ Samuelis.* Quasi dicat, qui consilium Sacerdotis & Prophetæ non spectauit, sed intrepidè aliter per se operatus est dignè è regno eiicitur. Vnde Ignatius Martyr citatus in Gloss. ad cap. 13. 1. Reg. ait: *Saul dignitatis honore priuatus est, eo quod non spectasset Samuelem Principem Sacerdotum. Oportet igitur, & vos reuereri Superiores.* Quasi dicat, qui non cogitat supra se, & infra se res graues, & à Sacerdotibus consiliatas; sed suo iudicio, & duro capite laborat, non est dignus alicuius magnæ rei, neque reuelationibus diuinis consolari, aliter patienter & prudenter accidit Iosepho hæc cogitanti. Tertul. l. 2. ad Marc. c. 23. Ignat. Mart. in Gloss. 1. Reg. 13. *Superiores venerandi.*

2. Responsio Augustini citati in littera; *Quia quod sicut sermo Propheticus Dauidi consolationem dedit, sic Angelus Iosepho præstauit.* Quasi dicat, quod iure hæreditario consolabitur Deus omnes iustos, posterosque ex eius prosapia descendentes. Interrogat Lyranus noster, *Vt quid Ionathas per scopulos & per prærupta scilicet stationem Philisthinorum cum tam vehementi periculo ascendere conatus est cum armigero solo suo.* 1. Reg. 14. n. 6. *Et ait Ionathas ad armigerum suum, ascendamus, sequere me?* Et primò respondet cum Theodoreto quæst. 31. *Quia* 706. August. cit. Lyranus in c. 13. l. Reg. 1. Reg. 14. n. 6. Theod q. 31

Quia vt inquit textus num.4. non est in Domino difficile saluare in multis, vel in paucis. Et addit Theodoretus; *quia hac verba sunt anima, quæ in Deo confidit in tribulationibus consolatoria sunt: cum autem sic confidisset Ionathas non fuit frustratus spe: nam fudit castra hostium: illi enim ignorantes se, se interimebant, & se inuicem habuerunt pro hostibus.* Quasi dicat, *in arduis laboribus dat crebro consilium vis doloris*, vt Chrysologus dixit: *Sic iustis afflictis, qui in Deo confidunt nunquam ipsi & sui spe frustrantur, sicut Ionatha, & armigero eius contigit, & Dauid, & Iosepho postero suo, qui cælestem consolationem receperunt, vnus per Prophetam, Ioseph per Angelum?*

Spes omnia vincit. Chrysolog. sup. citat. *Consolatio diuina semper venit.*

707\. Secundo respondet ad mores Lyra: *Per Ionatham qui columba domum interpretatur, Ioseph significatur, qui amaritudinis felle peccati carebat, & per scopulos arduos zelotypiæ patiebatur, sed stationem Dæmonum, qui imaginationibus eum affligebant, ascendit & in Domino sperans, Angelus Domini de cælo descendit, & dixit, noli timere Ioseph accipere Mariam vxorem. Vnde omnis posteritas iustorum consolata est: nam & parentes Mariæ & Iosephi Deum glorificauerunt.*

Lyran. noster sua in gloss. ad c.21. 1.Reg.

708\. 3. Responsio est Chrysostomi citati in littera, *Quia Ioseph eo cogitante talia, & ardua, nulli suspicionem suam communicauit, neque ea, quæ ei suspecta erant, ore protulit, sed in suo corde secreta seruabat, & cogitabat.* Interrogat Lyranus, *Quare Sacerdos Abimelech, tam cito credidit Dauid omnia quæcumque ei narrauit, & dedit ei panes ad manducandum, & gladium Goliath, & omnia quæcumque voluit, fecit?* Et respondit; *quia Dauid dixit ad Achimelech Sacerdotem Rex præcepit mihi sermonem, & dixit, nemo sciat rem propter quam missus es.* 1.Reg. cap. 21. n.4. *Ex quo tantus timor inuasit in corde Achimelech reserandi Regis secretum, & tanta reuerentia circa Dauid affectus est, quia secretum Regis seruabat, quod omnia quæcumque petiuit, dedit Dauid.*

Chrysost. citat. Lyran. ad cap.21. 1.Reg.n.4. 1.Reg 21. n.4.

709\. *Qui vero secretum non seruat nulla fide, neque dignitate dignus est, imo omni supplicio, & maledictione replebitur, quia est causa innumerabilium malorum.* Vnde Theodoretus in Glossa ad cap.21. 1.Reg. loquens de Doeg, qui secretum, quod inter Dauid, & Achimelech versatum fuerat Regi Sauli nuntiauit, admiratus ait: *Est perspicuum, quod Doeg versabatur ab aliquo Dæmone, quia sceleratus, non solum significauit Sauli omnia quæ dicta, & facta fuerant; sed addidit, ita vt indignatione repletus Saul iussit occidere omnes Sacerdotes.* Quasi dicat, qui non seruat secretum vel vt Hispana locutione dicitur, *El que lleua chismes alos Superiores, peor es que el Demonio.* Vnde Ambros. in cap.6. Lucæ. *Nec Doeg figura vacat, quia erat custos mularum; eo quod nemo alius infructuosi gregis custos Iudæ proditoris typum impleret.* Quasi dicat, qui secreta & occulta reuelat, typum Iudæ proditoris est, quia ipse, vt complaceret Principibus Sacerdotum reuelauit secretum locum, vbi Christus manere consueuerat. Vnde Rabbanus in Glossa, *Doeg infructuosi gregis, & tortuosi custos erat, id est, camelorum, qui interpretatur inquietus, sollicitus, fraudulentus, quia semper, qui reuelant secreta, similes sunt camelis, cuius proprietas est euomere cito, quidquid inquietus tota die acquisiuit, neque requiem habet in gutture, vsqueque vomitum faciat.* Sic sunt qui capiunt secreta, qui non quiescunt, neque viuunt, si non quid audierunt, loquantur, & si non faciunt vomitum, quasi venenati, & afflicti deambulant, & venenosis proiectis requiem accipiunt. E contra vero prudentes, & iusti sicut Ioseph, cogitant quidquid vident, & audiunt, & neque suspicionem suam alicui dicunt, sed intra se meditantur & sic Angelus Domini apparet ei dicens, noli timere, &c.

Theodoret. ad cap.21. 1.Reg. *Hispana locutio. Chismosos peores que Demonios.* Ambros. in cap.6. Lucæ. Rabban. in Gloss. ad c.21.1.Reg. *Proprietas camelorum similis loquacibus.* Matth.1.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quomodo somnia vera, vel falsa sint?

Quæretur, quare Ioseph apparuit Angelus in somnis, & quales sint somniorum effectus? 710.

1\. Responsio est Abulensis citati in littera, qui ait, *Quod species somniorum, quæ immutantur à Dæmone, vel à causis naturalibus, non remanent impressæ in intellectu; quæ autem à Deo fiunt in somnis ita clarè, & visibiliter remanent impresse, quod clarius, & apertius quasi oculis corporeis videantur, intellectu percipiuntur, & videntur, & cum tranquillitate & amore diuino remanent; qui somniant talia, percipiunt, si sunt iusti, & serui Dei, vt patet in Prophetis; si autem flagella Dei futura minantur, remanent somniatores stupefacti, & timidi, vt in Nabuchodonosor,* patet Daniel cap.2. n.3.

Abul. citat. sup. Dan.c.2.n.3.

711\. Interrogat Oleaster, quare dicitur Genes.37. num.10. *Ioseph narrauit fratribus suis somnium: num ego & mater tua & fratres veniendo veniemus vt incuruemus nos tibi.* Sic legit Pagninus, *quomodo mater Ioseph adorauerit, cum esset mortua, & in Ægyptum non descenderit?* Et respondit, *quòd Hebræorum sententia est, quod licet Pater & Mater non adorauerint eum in personis propriis, voluisse tamen Dominus, vt verificaret somnium postea, ipsum solem & lunam, non ipsum Ioseph, sed Iosue, qui erat de eius tribu,* vt habetur Iosue 10. *adorasse.* Sed hæc mystica sunt, non litteralia; quia Sol non adorauit Iosue, sed obediuit ei. Vnde dicit Oleaster, *Quod non opus sit omnia, quæ in somnis ostendebantur, omnia postea verificari: sed sat esse, si maior pars eorum, quæ somniauerat vera fuerint, & quod vndecim stellæ (dixit Ioseph) quod adorauerant eum, non Sol & Luna,*

Oleast. in Gen.37.n.10 Transl.Pag. *Hebræorum opinio.* Iosuæ c.10. Oleaster in Gen.37.n.10

712\. Ego autem secundum translationem Pagnini respondeo; *Somniauit Ioseph somnium, & addiderunt eum amplius odire.* Quasi dicat, *Odium fratrum addit somnium; quia si Rachel mortua erat (vt probabilius est) addiderunt odio, & mala voluntate, quod Mater etiam adoratura erat eum.* Vnde ad mores addit Oleaster: *solet Dominus inuidos torquere augendo bona eis, quibus inuident.* Quasi dicat, superstitiosa res est, multoties credere somniis, sed reuelationibus, quæ sanctis Dei fiunt, & per Ecclesiam sunt approbatæ, tunc credendæ sunt non cuiuscumque, qui pro suo arbitrio, & capite forti affirmat somniasse hoc & illud, *quia scriptum est, odisti obseruantes vanitates.*

Transl.Pag. *Sententia Auctoris.* Oleast.cit. *Reuelationes omnes vera adimplentur.*

Pſ.3.n.7. Reuelationes fœminarum periculoſiores.

*vanitates.*Pſ.3.n.7. quæ ſæpenumero enarrantur à fœminis patuulis, ſanctitatem & vanitates affectantes. Quare prudentes viri & docti à ſimilibus ſomniis & vanitatibus debent huiuſmodi ſomniatores auertere.

713. Oleaſt.cit. Geneſ.37. n.10. Tranſl Pag. Ab inuidioſis fugiendū.

Aliud morale documentum Oleaſter dat ſatis prudenter explicans, *Quod ſomniatorem Ioſephum occidere voluerunt fratres eius dicentes ecce ſomniator venit,* addit Pagninus, *machinati ſunt occidere eum. Debet odioſus homo* (inquit Oleaſter) *cauere aſpectum eorum, quibus eſt odioſus ne videlicet illis, aut eorum obtutibus, ſe exhibens eos in ſe prouocet.* Vnde Abulenſis notauit, *Quod Ioſeph noluit Virginem in domum ſuam traducere cùm fatigatus eſſet ſuſpicione, vſquequo Angelus apparuit ei in ſomnis, & clarè manifeſtauit veritatem.*

Abul.citat. Matth.c.1.

714. Rabban.cit.

2. Responsio eſt Rabbani citati, qui ait: *Apparuit Angelus Ioſeph in ſomnis, quemadmodum Iacob ſcalam vidit per imaginationem oculis cordis impreſſam.* Quaſi dicat: potens eſt Deus ſanctis ſuis, vt Iacob in ſomnis requiem dare ab omnibus laboribus, quibus opprimuntur. Vnde Ambroſius epiſt.60.ait: *Eſt etiam ſanctorum ſomnus operarius, ſicut ſcriptum eſt, ego dormio, & cor meum vigilat, ſecundum quod Iacob Sanctus dormiens diuina videbat myſteria quæ vigilans non videbat* (& addit Sanctus) *itaque breui ſomno dormiens impetrauit, quod magno labore poſtea acquiſiuit.* Quaſi eū Ioſeph: euigilans torquebatur, & zelotypis anxiebatur ſuſpicionibus, quaſi crudelibus tortoribus, ſed breui ſomnio apparuit Angelus, & adquiſiuit dormiens Ioſeph, quod multis laboribus poſtea meruit, quale fuit videre verbum caro factum, & conuerſari cum eo, cui ſeruire, regnare eſt. Vt hinc diſcant qui fatigantur curis rerum temporalium quieſcere paulisper quia ſeruis ſuis breui temporis interuallo dormientibus & ſemper in ſuo ſancto ſeruitio aſſiduè laborantibus aſſueuit Dominus dulce ſomnium tribuere, & multoties myſteria, quæ non poſſunt verbis explicare, & reuelare, vt Paulo contigit qui poſt immenſos labores, raptus eſt in ſomnis & per reuelationem *vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui, & Sancto Ioſepho, cui in ſomnis apparuit Angelus dicens, ne timeas, &c.*

Ambr.ep.60 Cant.5.n.2. Sancti in ſomnis præmiantur à laboribus. 2.Cor.12. n.4. Matth.c.1.

715. Chryſoſt. citat.

3. Responsio eſt Chryſoſtomi in littera citati, qui ait: *Apparuit Angelus, ne iuſtus homo ignorans faceret rem iniuſtam ex propoſito iuſto.* Lamentatur Oleaſter dicens Geneſ.37. *Quare Ruben volens liberare Ioſeph fratrem ſuum de manibus inimicorum fratrum ſuorum ſeparauit ſe ab illis.* Et reſpondit, *ignorans, vt homo iuſtus quod facerent rem malam ex propoſito iuſto.* Vnde ait Scriptura ſacra Gen.37.n.21. *reuerſuſque Ruben vidit mala quæ fecerant.* Sic legit Pagninus. Et exclamans Oleaſter, ait: *Nunquam homo paratus malum aliquod facere eſt relinquendus; ſi enim Ruben non abſceſſiſſet, forſitan fratres, non tam grande facinus perpetraſſent.* Quaſi dicat: Diſcite Prælati, & maiores diſcant non relinquere ſubditos inmorigeratos, ſed ſemper ante oculos illos reſpiciant, quia Ruben, qui frater maior erat forſitan, ſi præſens eſſet, non peccarent fratres eius. Sic ſi Superiores ſemper ſuis officiis aſſiſterent; ſubditi forſitan tanta commiſſa & omiſſiones non perpetraſſent, & ideo ſtatim vt cogitare, & ſuſpicio-*nes habere cœpit Ioſeph, apparuit ei Angelus, vt ceſſaret, vt factum eſt.*

Intentio ſana debet eſſe prudens. Gen.37.n.21 Oleaſter Pagnin. Propter abſentias Superiorum mala innumera perpetrantur.

716. Chryſoſt. citat. Prudentia neceſſaria in aduerſis.

4. Responsio eiuſdem Chryſoſtomi, qui ait, *Venit Angelus propter honorem Matris, nam ſi dimiſſa eſſet apud infideles turpi ſuſpicione carere non poterat.* Quaſi dicat, committeret peccatum Ioſeph, exiſtimans, quod ſi occultè dimitteret Mariam, nemo ſciret delictum, ſed venit Angelus, quia impoſſibile erat aliquo modo carere peccato, quia infidelibus & malè affectis eſſet ſuſpicio, qui putarent fugiſſe, & hoc erat exhonorare Mariam.

717. S Ambr.in c.21.lib.3. Reg.n.20.

Interrogat Sanctus Ambroſius in cap.21. lib.3.Reg.n.20. *Quare tam grauiter offenſus eſt Rex Achab, quia quærebat eum Elias, cui dixit, num inueniſti me inimicum tibi? vel vt eſt in Hebræo, inueniſti me talem quod deberes mihi inimicari?* Et reſpondit, *toto mundo fugit, qui conſiderans conſcientiam ſuam metuit deprehendi.* Quaſi dicat, culpa vbique non poteſt latere; quia ſemper veſtigia ſuæ malitiæ poſt ſe portat, ſiue per ſuſpiciones, vel per famam, vel per reuelationem diuinam, vt Eliæ contigit, cui reuelauit Deus, quod Regi Achab nuntiaret culpam mortis Naboth, de quo Rex tam grauiter offenſus eſt, quia exiſtimabat, quod delictum ſuum lateret, vt hinc diſcant omnes Principes mala non facere in conſpectu Domini, quia culpa auctorem ſuum prodit. Vnde Theſbites dixit: *Inueni, quoniam feciſti malum in conſpectu Domini*; ideo Angelus apparuit Ioſeph præcipiens illi, ne dimitteret coniugem, ne apud homines ſuſpicione culpæ infeſtaretur.

Tranſlat. Hebr.apud Lyran. Peccata Regum publicantur etiā ſecreta. 3.Reg.21. n.20.

718. Chryſoſt. citat. Luc.c.1.

5. Responsio eſt eiuſdem Chryſoſtomi citati, *Apparuit Angelus ne incurreret Ioſeph culpam infidelitatis ſicut Zacharias, qui dubitauit de annuntiatione Angeli, & mutus factus eſt.*

719. Lyran. ſua in gloſſ. 3.Reg.22. n.1.

Interrogat Lyranus noſter, *Quomodo in incertum ſagittam dirigens vir quidam caſu percuſſit Regem Iſraël inter pulmonem & ſtomachum.* 3.Reg.22.n.1. Et reſpondit, *iſta percuſſio, licet fuerit caſualis ex parte ſagittantis, qui non dirigebat ſagittam ex intentione ad Regem Iſraël, non tamen fuit caſualis ex parte Dei, qui hoc præordinauerat.* Quaſi dicat, quia Rex Iſraël fuit incredulus Spiritui Sancto per os Prophetarum loquenti. Et addit Ioſephus lib.8.Antiquit.c.13. *Oportet à Regibus magnam diuinitatem iudicari, & honorari & coli ſemper; & quæ vera ſunt potius recipi, quam ea, quæ pro cuiuſpiam libidine dicuntur amplecti: & arbitrandum, quia nihil aliud vtiliuſque eſt quam virorum talium præſtantia præbente, ſcilicet, Deo, quod vnuſquiſque debeat obſeruare.* Quaſi dicat, diſcant omnes Reges obedire, & potentes ſæculi credere diuinis oraculis, & non contemnere, quæ à viris perfectis, & ſanctitate præditis ſunt dicta; quia Micheas, & Elias Regi Achab infeliciſſimam mortem prænuntiauerunt, & quamuis timendo aliquando credebat, ſed non durabat in contritione, & ſic mala morte præuentus eſt. Vnde addit Ioſephus citatus; *Quia quod debetur nec dum præſcitum fuerit, euitatur.* Ac ſi dicat, timeant Reges grauia, & horrenda peccata perpetrare; quia quod debetur pro tali crimine, etiam ſi tempora longa tranſeunt, Deus nunquam obliuiſcitur, & quaſi infideles, & ingrati puniuntur. Vnde Angelus præuenit Ioſeph, ne incurreret pœnam infidelitatis, ſi non crederet,

Ioſeph l.8. Antiq c.13. Reuelationes prædicatorū non contemnant Reges. Ioſeph cit. Idem.

deret, quod annunciabat, & solueret sicut Zacharias.

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare Angelus dixit Iosepho, Ne timeas?

720. QVæretur, quare Angelus Iosepho anima & corde conturbato, vt timorem expelleret, dicit, ne timeas?

Seuerian. in catena S. Thom. Lyranus 3. Reg 22. n.5. 1. RESPONSIO Seueriani in catena Sancti Thomæ citati, qui ait; *Quia animus dum compatitur, pauescit*. Interrogat Lyranus noster, quare Rex Achab scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, & ieiunauit, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite 3. Reg. 22. n. 5. Et respondet, *quia panescebat, & timore compatiebatur, audiens verba Elia Prophetæ, quæ superuentura erant illi. Sed ista pœnitentia fuit timor pœnæ, quæ licet non sit meritoria gratiæ, & euasionis pœnæ æternæ, tamen propter eam dilatauit Dominus deletionem domus suæ; alij tamen dicunt, quòd fuit vera pœnitentia, sed ad horam, quia non permansit in ea, sed reuersus fuit ad præterita mala:* Vnde dixit Tertullianus Tertul. l. 4. cōtra Marc. lib. 4. contra Marcionem lego Achab Regem maritum Iezabel, & sanguinis Nabuthæ veniam meruisse pœnitentiæ nomine. Quasi dicat, animus, dum compatitur, & pauescit propter peccata commissa etiam pro vnico instanti prodest. *Pœnitentia etiam ad horam bona.*

721. Theodoret. q. 60. & 63. Sed melius Theodoretus quæst. 60. *Bonitatis abyssus Dominus Deus propter eadem quidem minatus est exitium; propter lamentationem autem largitus est dilationem supplicij.* Et addit: *habes enim experientiam diuinarum prædictionum intentatas timuit minas, sed rursus ad suam rediit impietatem*, vt hinc discant Peccatores, & Potentes Principes, qui flagella Dei videntes super se, pauore afficiuntur, sed non dum transit infirmitas, vel tempestas, vel persecutio, quin immemores totaliter fiunt eorum, quæ Deo promiserunt, & reuertuntur facilè ad vomitum, sicut canis. *Peccatores leues reuertuntur ad vomitum, & pereunt.* Theod. q. 6. Vnde Theodoretus q. 6. *Leuis erat infelix Achab, & facile huc, & illuc transferebatur, quo factum est, vt scelerata muliercula eum in impietatis barathrum iniiceret.* Audiant hoc, qui cum lachrymis audito verbo Dei, & Passionem Domini celebrantes promittunt in confessione veram peccatorum suorum pœnitentiam; sed statim quasi Achab fragiles & leues in luxuriæ barathrum deiiciuntur, & morte subitanea Dei iudicio pereunt; quia timent, & pauescunt, cum pericula vident. Non sic iustus Ioseph, Matth. c. 1. cui Angelus dixit, ne timeas, & statim surgens abiit, & adorauit sponsam Virginem suam.

722. Chrysost. citat. sup. 2. RESPONSIO est Chrysostomi citati, qui ait, *Dixit Angelus, ne timeas, quasi cognitorem cordis se exhibens, vt fidem daret his, quæ postea dicturus erat.* Interrogat Lyranus quare Lyranus sup in glossa 3 Reg. c. 22. n. 7. dicitur 3 Reg 22. n. 7. *Loquens de morte infelice Regis Achab, & habenas lauerunt iuxta verbum Domini, quod loquutus fuerat?* Et respondet, *habenæ, sunt meretrices, quæ lauerunt in fonte, vbi erat sanguis Achab, qui ceciderat cum in curru vulneratus transiret. Et hoc contigit prope locum, in quo lapidatus fuit Naboth secundum quod dixerat Dominus per Eliam cap. 21. 3. Reg. n. 20. in loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* Quasi dicat, præuenit eum Spiritus Sanctus, qui loquitur per Prophetas, & ipse lachrymatus promisit pœnitere, & fidem non dedit postea verbis Prophetæ; ideo infæliciter mortuus. 3 Reg. c. 21. n. 20. *Infælicitates Regibus impudicis contingunt.*

723. Theodoret. q. 65. Vnde Theodoretus q. 65. *Sauciatus diu mansit Achab in curru; fluens autem sanguis, infixus fuit currui (& addit) eum in fonte, qui erat prope vrbem, abluit auriga, canes autem lixerunt (& subdit) meretrices autem sub aurora de more lauerunt, non consulto volentes lauare in sanguine, sed in aqua fontana, vbi conuenerant; ea autem erat colorata sanguine.* Quasi dicat, attendant Reges, qui operantur iniustitias, & quæ à Prædicatoribus annuntiantur non considerant, neque fidem astruunt veritati, quod semper Deus per Prædicatores admonet illos, vt fidem astruant ad ea quæ ventura sunt. Quod si tenuerint pro indubitato teneant, quod Deus adimplebit, quæ per Eliam, & Prædicatores dicta sunt; ideo Angelus Iosepho dixit, ne timeas, quasi denuntians occulta cordis sui, vt ad futura fidem adhiberet, vt Chrysostomus ait. *Exemplum mali Regis.* Chrys. citat.

724. Georg. Venet. citat. 3. RESPONSIO est Georgij Veneti citati in littera, qui ait: *Noli timere Ioseph, quia sponsa tua est turris Dauid, vbi omnes præsidium inueniunt, & sic per illam cor tuum pauidum auxiliabitur.* Interrogat Lyranus, quare Ioas 4. Reg. 12. n. 2. *præcepit Sacerdotibus, vt instaurarent sarta tecta domus Domini, si quid necessarium viderent restauratione?* Et respondit ad litteram, *Præcepit Rex, vt Sacerdotes de eleemosynis, quæ offerebantur, instaurarent sarta tecta, id est, scissuras, quæ indigebant reparatione in templi tectis, quæ erant magis exposita imbribus, & ventis.* Lyranus in 4. Reg. 12. n. 2. Moraliter vero dicit Lyra, *quod qui faciunt restaurationes in scissuris, sunt amicabiles compositores discordiarum; Qui faciunt officium Angelorum componentes discordias in Ecclesia Dei, cuius typum gessit Angelus, qui Iosepho dixit, noli timere, accipere coniugem tuam & cum hoc mansit cor Ioseph sub auxilio turris Dauid, quæ est Maria, vbi fortes Israel confugiunt in laboribus suis.* Idem ad mores. *Angeli sunt qui discordias componunt.*

725. Rabban. in glossa. Rabbanus in Glossa ad cap. 12. 4. lib. Reg. *Sarta tecta restaurant Doctores & Scriptores Ecclesiæ, qui suis scriptis & doctrinis scissuras, quæ per hæresim, & schismata rupta sunt readificant.* Quasi dicat, *attendant Doctores, & Pastores, quod in Ecclesia Dei positi sunt, vt gregem Domini, quem acquisiuit sanguine suo restaurent, & in difficultatibus ad auxilium Dei genitricis percurrant; quia ipsa sola cunctas hæreses in vniuerso mundo interemit; quia turris est Dauid, sub cuius auxilio & præsidio omnes incursus Diabolicos timere debent Ecclesiæ filij, quemadmodum Iosepho Angelus nuntiat dicens, noli timere, sed recipe coniugem tuam & ipsa te confugientem pauidum, & timoratum sub sua tutela recipiet.* *Scriptores Doctores Ecclesiæ reparatores.* *Maria quare Turris Dauid.* Matth. c. 1.

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quomodo intelligatur; Quod enim de ea natum est, de Spiritu Sancto est?

726. QVomodo intelligatur, quod natum ex Maria est, de Spiritu Sancto est?

August. cit. 1. RESPONSIO est Augustini citati in littera, *Quod non materialiter intelligendum est; ita vt Christus dicatur Filius Spiritus Sancti propter Theologas rationes, quas Sanctus in littera assignat.* Quasi dicat, quod carnalis homo non percipit ea quæ sunt Dei; quia non debemus iudicare de Spiritu Sancto, sicut de alio viro filium generante, ad quod altissimo modo sanguinem purissimum Virginis temperauit, & disposuit vt verè Mater Maria diceretur, vt ex Abulensi probauimus supra.

727. Lyranus in lib. 3. Reg. cap. 2. n. 12. Interrogat noster Lyranus, *Quare Sanctus Rex Dauid moribundus filio suo Salomoni præceperit dicens, non deduces canitiem eius (id est, Ioab) pacificè ad inferos?* Respondit cum Translat. Hebr. translatione Hebræorum, ad fossam: *Nam non erat intentionis Dauid quod Ioab descenderet ad infernum damnatorum, imo vna causa, quare voluit eum puniri in hac vita fuit, ne puniretur in futuro in gehenna. Et idem fuit de morte Achab,* Iosue 7. vt dicitur de Iosue cap. 7. Quasi dicat Lyranus, aliter iudicat intentio hominis carnalis, quam spiritualis. Vnde Dauid tam Sanctus Propheta credendum non est, quod vindictam Ioab tam reseruatam haberet, cum ipse esset exemplum eorum, qui pro inimicis orabant, vt patet in S. Ambros. Apolog. 1. c. 7. offensis à Saule receptis. Vnde dixit Ambrosius Apolog. 1. cap. 7. *Nihil minus quam cruentus affectus sancto Propheto adscribi poterat.* Quasi dicat, si vindictam in Ioab reseruasset Dauid non erat tanta laude dignus, sed hoc præcepit Salomoni, vt à pœnis inferni liberaretur; quia Ioseph l. 7. antiq. c. 16. sicut Iosephus lib. 7. antiquit. c. 16. ait: *Interim patientia Dei bonos tribulari, reprobos delicijs vti concedit.* Sic Ioab Dauid iussit tribulari, & Sancto Ioseph. Sed statim per Angelum consolatur ipsum, dicens Angelus *quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est*, & aliter quam generatio hominis fit.

728. Damascen. citat. supra. 2. RESPONSIO est aliquorum Doctorum, quos refutat Damascenus citatus asserentium, *Quod Christus formatus fuit ex purissimo sanguine venarum Virginis, & ait Sanctus, quod sanguis venarum rarus & purus, qualis est in venis, non est apta materia ad formationem fœtus, sed cammenit magis densari, & digeri &c.* quæ in Abul. citat. littera patent, vbi aduertit Abulensis, *Quod multis titulo pietatis & deuotionis, sunt tyranni, & ait ibi. etsi: nam si Virgo Maria non genuisset filium suum ex sanguine, qui est in matrice, non vere filius eius diceretur, vt ibi probauimus.*

729. Lyranus in lib. 3. Reg. cap. 2. n. 21. Interrogat Lyranus, *Quare increpauit Salomon matrem suam rogantem pro Adonia fratre suo, & dicenti detur Abisac Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor,* 3. Reg. cap. 2. n. 21. Et respondit, *quia Abisac fuerat vxor Dauid & per consequens Regina, & sic per eam habebat viam ad regnum per auxilium Ioab, & Abiathar & aliorum sibi fauentium, quod aduertit Salomon qui erat ingenij perspicacior, quam mater sua, respondit aspere.* Vnde ad mores ait Lyranus *per Adoniam, qui primus adorauit Regem Salomonem & per matrimonium cum Abisach regnum malitiosè voluit obtinere significatur, ambitiosus & malitiosus, qui quod non potest obtinere per potentiam & sapientiam, studet habere per malitiam fraudulentam.* Opinantes ex corpore suo nouas superbis fingit. Quasi dicat, *multi sunt qui perpetuo labore vacant litteris, sed peregrinis opinionibus, & curiositatibus in sacra Scriptura, id quod non possunt consequi per ingenium, famam auscultant per curiositates inauditas, & nouas opiniones, quæ confundunt paruulos,* ideo Abulensis & Damascenus asserentes, *quod Christus ex Spiritu Sancto conceptus est.* Abulens. & Damasc. cit. *Quasi alter homo cum generatur, & quod natum est ex Maria, fuit formatum ex sanguine purissimo venarum eius; tanquam inauditum & damnabile condemnant propter rationes in littera assignatas.*

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quomodo intelligenda sunt verba, Vocabis nomen eius Iesum?

QVæritur, vt quid Iosepho Angelus præcepit quod nascituro Christo Domino vocaret nomen eius Iesum? 730.

1. RESPONSIO est Chrysostomi, qui ait, *Quod ad confirmandum, & quietandum cor Ioseph Angelus non solum locutus est ex notitia præteritorum, sed ex futurorum.* Chrysost. cit. in litter. Quasi dicat, quod audito hoc nomine Iesu cogitationes rebelles & dubiæ statim mansuescerent.

Interrogat Oleaster, quare Leuitici 16. n. 12. 731. dicitur, *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, eroque vobis in Deum?* Et respondit, Oleaster in Leuit. c. 16. n. 12. *quod ostendere cupiebat Deus, & publicare misericordias suas, & quia Sacerdotes in summitate capitis in lamina aureis portabant nomen Dei; idea quasi in figura ostendere voluit suam pietatem; si quidem in omni loco, & tabernacula inuocatur nomen Iesu filij sui. Et dicit Dominus, eroque vobis in Deum.* Quasi dicat, vt S. Cyprianus adnotauit, *Quod Iesu nomen te solo contentus fit, quasi sua hereditate, quia pro te passus est, & pro te sanguine suo adquisiuit Sanctum nomen, hoc tibi vero non sufficiat Deus tuus? Si tu igitur Iesu sufficis; sufficiat quæso tibi nomen solum Iesu ad omnes tribulationes, & tempestates sedandas, vt Iosepho Sancto accidit.* Leuit. c. 16. Transl. Pag. S. Cypr. cit. Nomen Iesu admirabile ad omnia. Matth. c. 1. Quasi dicat; arbitratur miser homo obsequium se magnum præstare, si nomen Iesu pro auxilio suo habeat, non cogitans se plus quàm vniuersum lucrari, si Iesus velit suus esse auxiliator. Cogita, quot infideles, pagani, & alij, qui hominem aut lapidem pro Deo colunt, & miserè decipiuntur: nam etsi omnia peccata mala sint, nulla tam grauia quam tale nomen blasphemare, & contemnendo periurare. Recordare quæso, quod Psalmista ait. Psal. 143. n. 15. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, Et Beatus populus, super quem inuocatum est nomen Domini.* Qui nomen Iesu periurat miser est. Ps. 143 n. 15. Non ergo putes aliquid vtilitatis, vel honoris dare, vel detrahere, cum illud honoras, & veneraris; sed potius cogita

cogita propter nomen Iesu omnia prospera habemus. Vnde concludit Cyprianus, oratione de natiuitate, *Consilium antiquum (de nomine Iesu) iam prodiit palam, neque iam secretum est, sed innotuit publicè; quia in conspectu gentium,reuelata est Christi benignitas*, id est, eius nomen,ideo Angelus Sancto Iosepho dicit, vocabis nomen eius Iesum.

Cypr. orat. de nat. *Nomen Iesu notum omnibus*

Matth.c.1.

732. 2. RESPONSIO est Glossæ; *Quia licet Ioseph non fuit necessarius conceptui, fuit tamen consolationi Matris, & Filij, quia ipse imposuit nomen Iesu* Interroga: Lyranus sua in glossa ad cap.6.lib.2.Reg.n.4 *Quare dominus Ozam percussit super temeritate sua, & mortuus est ibi iuxta arcam?* Respondit Interlinealis *super humeros est percussus,quibus secundum legem arcam ferre debuit* Quasi dicat,necessarius erat Deo,vt humeris arcam portaret, noluitque obligationi suæ correspondere,& ideo percussus est,signans partem, & feriens humeros; quia pœna correspondet culpæ,& si humeris deliquit, humeris punitus est. S.Hieronymus epist.ad Sabinianum: *Oza Leuites,arcam Domini,quam portare ipse debuerat, quasi ruentem sustentare voluit, & percussus est.* Quasi dicat, si Oza humeris suis arcam portaret,ne rueret, neque ad talem indecentiam peruenisset ideo mortuus est.

Glossa. Lyranus in 2.Reg.c.6. n.4. Interlinealis ibi. S. Hieronymus epist. ad Sabinian.

733. Rupertus lib. 2. com. cap. 28. *Idcirco Oza morte mulctatus est; fuit enim peccatum in non portando, & in sustentando arcam cum pœna peccati:nam traditur quod aruisset brachium eius, & humerus, vbi arca Domini portanda fuerat.* Quasi dicat; Ozæ humeri erant necessarij ad portandam arcam Dei,& renuit hoc facere,ideo aruit humerus in pœnam peccati.

Rupert l.2. com.c.28.

734. Lyranus ad mores respondet ad quæsitum; *Per hoc autem quod arca debebat Sacerdotis humeris deportari, significatur, quod Principes & Prælati proprios humeros debent submittere ad portandum onus officij sui, ne percutiantur à Domino, sicut Oza,qui ad deportationem arcæ boum humeros applicauit.Cui sunt similes,qui regendas Ecclesias suas alijs traduut, etiam ignorantibus, & ipsi in alijs occupantur sub prætextu Regis mandati.* Quasi dicat,sunt multi qui à Deo eliguntur,quia propter suum talentum ad aliquod bonum sunt necessarij,& ipsi renuunt vocationi Dei propter temporales respectus, & timeant tales, ne grauiter à Deo puniantur; quia Oza licet alia peccata habuerit digna morte; tamen non fuit punitus ante tactum arcæ, quando inclinata fuit ex recalcitratione boum quia tunc apparuit Ozæ peccatum, quia non fuisset sic inclinata, si fuisset humeris deportata. Quasi dicat, quod graues offensæ Dei euitarentur in Ecclesia sua, si proprijs oculis Prælati omnia vidissent, sed quia non assistunt inclinatur Ecclesia, & mores praui introducuntur. Et solet Deus propter huiuscemodi defectus grauiter punire,quos expectat,& dissimulat crimina alias ex quo discreti iudices & Prælati aduertant, quod si non sunt vtiles ad omnia, ad aliquid necessarij sunt, & diligenter attendant, vt Sanctus Ioseph, qui quamuis conceptioni vtilis non fuit; necessarius tamen erat ad seruiendum Deo, & Mariæ Matri eius in multis in hac vita necessariis.

Lyranus cit. *Prælati absentia nociua.* Lyranus in sensu morali. 2.Reg. c.6. n.7. Matth.c.1.

735. 3. RESPONSIO est Chrysostomi,qui ait, *Quod Iosepho futura & præterita denuntiantur, quia pauidus erat, & ad expellendum timorem, plusquam Maria (quæ plena erat gratia) necesse fuit,quasi in sensu dicatur morali, qui debilis est ad resistendum tentationibus animæ præsidia & custodias fortes adhibere debet.*

Chrysost. citat.sup. *Pauidi Sanctos implorant.*

736. Interrogat Lyranus, *Quare latenter ingressi sunt homicidæ illi Rechab,& Bana domum Principis Isboseth,vt in inguine percutientes eum occiderent.* 2. Reg. cap. 5. n. 7. Et respondit, *quia ostiaria domus purgans triticum,dormiebat.* Vnde Rabbanus in Glossa, *ostiaria triticum purgat cum mentis custodia discernendo virtutes ab aristis separat, quæ obdormiuit in mortem proprij Domini insidiatores admittit.Quia cum discretionis sollicitudo cessauerit ad interficiendam animam malignis spiritus iter pandit.* Vnde Lyranus, *Isboseth vir confusionis dicitur,quia vir confusionis est, qui fortis mentis custodia non est munitus.* Quasi diceret,Iosepho confuso & timurato apparuit Angelus, quia forti constantia non erat vallatus. Et Rabbanus in Glossa addit; *Non enim Isboseth,inopinata morte succumberet si non ad ingressum domus mulierem, id est, ad mentis aditum mollem custodiam deputasset.* Et Lyranus, *tota ergo virtute muniendus est mentis aditus, ne eam hostes inuadant, & penetrent foramina neglectæ cogitationis.* Quasi dicat,vt à Ioseph sponso Mariæ foramina cogitationis, & suspiciones vxoris suæ tolleret Angelus, necesse fuit, non solum præterita annuntiare, sed & futura; ideo nomen Iesu ab ipso imponendum annuntiat: *O miser homo, cui porta omnium malorum cogitationum aperta, & patentes sunt; Quomodo abyssus profundus in eo non remanebit?*

Lyranus ad cap.5.lib.2. Reg.n.7. Rabban.in Glossa. Lyran. Matth.c.1. Rabban.cit. Lyranus cit. in glossa. Matth.c.1.

DIFFICVLTAS XII, ad mores.

Quomodo intelligantur verba,Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum?

737. QVæritur, quomodo Christus saluabit populum suum à peccatis eorum?

1. RESPONSIO fuit, qui ait, *Totius mundi ostendit esse Saluatorem, & nostræ salutis Auctorem; quia in se credentes, non pugnando, sed peccata relaxando saluabit.* Quasi dicat,nullum tam euidens signum Saluatoris Iesu quam pietatem suam,ad omnes sine acceptione personarum manifestat vt Ecclesia laudat illum, *quia omnipotentiam suam maximè in miserando manifestat, non pugnando sed peccata relaxando.*

Hieronym. cit. in litter.

738. Interrogat Sanctus Ambrosius lib. de fuga sæculi cap.4. *Quomodo praualere potuit Rex Dauid contra ingentem populum contra eum commotum & Absalon sequentem?* Et respondit, *quia augebat incrementa pietatis, & insidiatori pepercit, & parricidæ salutem rogauit.* Quasi dicat, securus erat de victoria, non pugnando, sed relaxando,& inimico parcendo, quia exclamans dicebat; *Seruate mihi puerum Absalon,* 2.Reg.cap.18 n.5.Vnde Chrysostomus homilia de Absalon: *Dispanitur prospere bellum, acies dirigitur, pugna præparatur cognatæ classes in semet ardescunt, vnde parricida exercitum contra*

S Ambros. lib. de fuga sæc. cap 4. 2.Reg.18. n.5. *Parcere inimicis victoriam dat.* Chrys.homil. de Absalon.

Patrem inflammas ; hinc Dauid vt pareant filio abeuntes supplex exoras ; inde dementia contra genitorem exurgit , hinc clementia vt parricidæ parcatur exposcit, inde furor, hinc pietas operatur. Quasi dicat , semper Christus in Dauide figuratur , si ad pugnam progreditur, non pugnando, sed peccata relaxando ; quia ad hoc venit , vt saluet populum suum à peccatis eorum.

739. Lyranus in sensu mor. 2. Reg. 18. Vnde ad mores Lyranus ait : *Quilibet virtuosus disponit exercitum suum, scilicet, congeriem actuum bonorum in tres partes sicut Dauid suum exercitum disposuit. Prima pars est interiorum meditationum, respectu Dei. Secunda pars consistit in actibus exterioribus respectu proximi per eleemosynas corporales , & spirituales ; corporales continentur in hoc versu.*

Opera misericordiæ corporalis & spiritualis. *Visito, poto, cibo, redimo, tego , colligo , condo.* Quasi sic intelligitur, visito infirmum, poto sitientem , cibo famelicum , redimo captiuum, tego nudum , colligo hospitem , condo , id est, sepelio mortuum. Istæ sunt septem eleemosynæ corporales ; spirituales autem significantur in hoc versu.

Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora, id est, consule dubitanti , & doce ignorantem, castiga delinquentem , remitte offensam, solare, id est, consolare tristem , fer , id est, supporta infirmum , ora pro omnibus. Quasi dicat Christus operando , hæc omnia ostendit se Saluatorem mundi, & quicumque hæc seruauerit, particeps erit redemptionis illius. De quibus Angelus dicit , ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

740. Seuerian. in catan. S. Thomæ. 2. Responsio est Seueriani citati in catena S. Thomæ, qui ait, *Audiant hæretici , qui quærunt quis est filius Mariæ : audiant Angelum, ipse est, qui saluabit populum suum à peccatis eorum.* Quasi dicat, si per effectus cognoscuntur causæ, est Christus filius Mariæ à visceribus pietatis, & misericordiæ in vniuersos qui inuocant illum.

741. Oleaster in Leuit. c. 27. n. 32. Interrogat Oleaster , quare præcepit Dominus , Leuitici cap. 27. n. 32. *quod omnis decima de seminibus terræ detur ei cum hac conditione quod non quæras vtrum malum, vel bonum semen sit* Sic legit Pagninus. Transl. Pag. *Quid hoc est Bone Deus, nonne hac de causa Cain à facie tua eiecisti , & Abel elegisti , quia de optimis fructibus suis hostias tibi offerebat ?* Et respondet vtique , *sed hoc in his , quæ ei nostra sponte offerimus ; in aliis vero , qualia ipse dat nobis , talia à nobis exigit.* Genes. c. 4. n. 14. *In quibus Principes & Prælati discant non quærere à suis in persoluendis decimis , & tributis meliora, quam humus gignat. Vtinam hominibus tam facile placeremus sicut Deo. Mirum valde est,* inquit Oleaster, *tam facile, neque tam difficile placetur vt Deus. Audi Deum per Ezechielem quasi implacabilem dicere* cap. 24. n. 14. *non recedam , & non parcam & non pœnitebit me iuxta* Ezech. c. 24. n. 14. *vias tuas , & opera tua iudicauerunt te iudices, dicit Dominus.* Et Oseæ cap. 5. n. 6. *Ibunt cum* Oseæ c. 5. n. 6. *bobus , & muneribus suis ad quærendum Deum, & non inuenient , ablatus est ab eis : vis autem videre facile placatum & rogantem , vt velit populus suus saluari, audi eum* Ieremiæ c. 31. n. 20. Ieremiæ c. 31. n. 20. *nonne filius pretiosus est mihi Ephraim ; nonne* Transl. Pag. *puer delectabilis ; quia ex tempore , quo loquutus sum cum eo recordando recordabor eius amplius, idcirco sonuerunt viscera mea.* Quasi dicat , ex quo filius meus pretiosus in visceribus Mariæ Matth. c. 1. Virginis incarnatus est, iam sunt completæ de- Prou. 8. n. 31. liciæ meæ cum filiis hominum ; iam non recordur malorum , quia ipsa pariet filium , qui saluum faciet vniuersum mundum , non pugnando, sed peccata relaxando, vt Hieronymus dixit. Hieronym. citat.

3. Responsio est Caietani, qui ait, 742. Caietan. *Implicitè diuinitatem insinuat Angelus , quia Dei proprium est dimittere peccata.* Quasi dicat, *ante partum, in partu & post partum Virgo signacula dedit, quod portabat in vtero , non solum hominem sed Deum ; quia semper oracula Deo , & pronuntiauerunt , quod veniebat ad delenda peccata , & adquirere sanguine proprio lucra aliena.* Vnde Procopius desiderans videre faciem pueri Procopius in cap. 16. lib. 1. Reg. tanti valoris ait : *Tu solus infinitis partibus nobis omnibus excellis.* Vnde translatio Symachi : *& tu vt decem millia nostrum , quia ideo Emanuel* Translat. Symach. *vocabitur puer iste , id est , nobiscum Deus , quia præliaturus, & victurus est superbum summa humilitate ,* vt Lyranus ait ; *quia si initium omnis* Lyranus. *peccati superbia ,* Ecclesiastici cap. 10. num. 13. Ecclesiast. c. 10. n. 13. *initium victoriæ Christi humilitas , & ipsa saluum faciet populum suum.*

TRACTATVS XXI.

AD LITTERAM, In Cap. II. Lucæ.

TEXTVS.

1. Factvm eſt autem in diebus illis exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. 2. Hæc deſcriptio facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino. 3. Et ibant omnes, vt præſicerentur ſinguli in ſuam ciuitatem.

EXPOSITIO LITTERÆ circa intentum Euangeliſtæ.

743. Luc.c.2. Qværitvr cur Euangeliſta tam ex profeſſo edictum Auguſti Cæſatis enarrat, & quod Cyrinus in partibus Syriæ Præſes eſſet, & cæteras circunſtantias pro tributo
Abul.q.2.ad c.2.Matth. Romanis colligendo? Abulenſis qui omnia ſubtili ingenio diſputauit, reſpondet ad hoc quæſt.2. ad cap.2. Matth. dicens, *Quod intentio præcipua Euangeliſtæ fuit probare Chriſtum eſſe*
Hæretici Iudæi contra Meſſiam. *Meſſiam promiſſum Iudæis in lege; quia quidam Iudæi recuſabant recipere legem Chriſti putantes eum non eſſe Meſſiam. Et quia Prophetæ dixerunt quod de ſemine Dauid venturus erat*, probauit Matth.cap.1. *Ioſeph & Mariam ex Regali Proſapia Dauid deſcendere*, & quia Scriptura
Iſai.c.7.n.14 dicebat, *quod naſciturus erat ex Virgine.* Iſaias cap.7. n.14. *Oſtendit, quod de Virgine natus ſit*,
Luc.2. & quia Scriptura dixerat, *quod naſciturus erat in Bethleem tanquam in propria patria ſua, vnde veniebat, vt tributum ſolueret in proprio*
Matth.c.2. *domicilio, vt edictum Auguſti Cæſaris præcipiebat, & vbi Cyrinus venturus erat ad recipiendum illud.*

744. Euthymius putat, *Quod vnuſquiſque ibat ad ciuitatem ſuæ tribus, & quia Bethleem erat de tribu Iuda, & Ioſeph & Maria de tali tribu, ideo ibant in Bethleem.* Sed melius Maldonatus, *Quod familia Ioſeph, & domus eius erat in Bethleem vbi Dauid natus fuit, & Iſai Pater eius*,
1.Reg. vt patet 1.Reg. Et meo videri erat Bethleem in
Auctoris ment. vertice montanæ poſita, quia Euangeliſta dicit;
Hiſpana locutio. *Aſcendit autem & Ioſeph*, quaſi in noſtra Hiſpania dicitur (*decienden de la montaña*) *Parentes autem Ioſeph, & Mariæ in Nazareth ciuitate Galilææ habitabant, & ibi nata eſt Virgo Maria,*
Lucæ 1. *vt Gabriel Angelus inſinuauit.* Lucæ cap.1. *Sed cum eſſent ambo Ioſeph & Maria de domo, & de familia Dauid tam res nobiliſſima, voluerunt, & cælitus factum eſt ire ad ſoluendum tributum in Bethleem, tanquam oriundus Ioſeph ex tam illu-*
Adagium Hiſpanum. *ſtri familia*, vt nos Hiſpani dicimus *de ſolar conocido y caſa ſolariega.*

TRANSLATIONES variæ.

Vulgata editio.	1. Factum eſt in diebus illis exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.
Tranſlatio Vatabli.	2. Euenit autem vt exiret decretum à Cæſare Auguſto, vt cenſeretur totus orbis.
Tranſl. Syriaca.	3. Vt deſcriberetur vniuerſus populus poſſeſſionis eius.
Tranſlatio Græc.	4. Exiit placitum à Cæſare, vt numeretur vniuerſus orbis.
Tertul.l. de carne Chriſti cap.1.	5. Cæſaris ſenſus & diuerſoria Auguſta.
Abulenſ. q.5. in Matth. cap.3.	6. Exiit edictum à Cæſare Auguſto vt totus orbis quaſi tributarius factus, illi eſſet ſubiectus.
Caietanus in Euangelia.	7. Factum eſt anno quadrageſimo ſecũdo, vel circiter Imperij Octauij, qui cognominatus eſt Auguſtus, vt deſcriberentur ſubiecti Romano Imperio.
Maldonatus in Euangelia.	8. Accidit vt edictum exiret à ſecundo Romanorum Imperatore Cæſare Auguſto, vt deſcriberentur orbis, id eſt, per Synedochem pars pro toto.
Lyran. ſua in gloſſ. ad c.2. Luc.	9. Exiit edictum, vt ſciretur qualiter terræ diuerſæ eſſent populatæ, & quanta tributa poſſint ſinguli reddere.
S. Ambr. ſerm. de natiuit.	10. Exiit edictum, vt cenſum profiteretur vniuerſus orbis.

DIFFICVLTAS I.

Quare Imperator Augustus Cæsar iussit quod describeretur vniuersus orbis.

745. QVæretur, quare dicatur vniuersus orbis describi, & ad quid describebatur?

S. Ambr. in Glossa citat. 1. RESPONSIO est Sancti Ambrosij in glossa, qui ait: *Multæ gentes erant quibus non imperabat Augustus sed his verbis regnum Christi exprimitur, qui omnibus erat imperaturus.* Quasi dicat, loquitur Euangelista per Synedochen hoc est, pars pro toto; quia Cæsar Augustus neque Romani, neque vllus hominum vniuersum orbem imperauit, solus Christus, qui est Imperator omnium creaturarum.

746. Origen. cit. in caten. S. Thomæ. 2. RESPONSIO est Origenis citati in catena Sancti Thomæ, qui ait: *Diligentius intuenti Sacramentum quoddam videtur figurari, quia in totius orbis professione describi oportuit Christum, vt cum omnibus scriptus sanctificaret omnes, & cum orbe relatus in censum communionem sui praeberet orbi.* Quasi dicat, Cæsari census *Census orbis terrarum.* tribuitur à paucis; Christo autem ab vniuersis, & ipse se dedit in pretium, vt census debitus Patri æterno solueretur.

747. Lyranus sua in glossa. 3. RESPONSIO est Lyrani sua in glossa, qui ait: *Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur orbis; quia Imperator iste vocatus fuit Augustus ab augendo, quia notabiliter auxit Imperium Romanum, & propter hoc in diebus suis aliis gentibus imperio subiectis fuit in orbe* *Ambitio Regum magna.* *pax vniuersalis.* Quasi dicat, quia Cæsar Romanum Imperium augmentauit, consequutus est hoc pronomen Augustus. Et ideo dicitur, quod exiit edictum ab illo, vt orbis describeretur, quia suo desiderio orbis vniuersus imperio tribueretur.

748. Beda in glossa. 4. RESPONSIO ad quid orbis vniuersus iussus est describi, est Bedæ in glossa, qui ait: *Propterea iussus datus est, vt sciret Rex numerum hominum & magnitudinem.* Quasi dicat, nullo alio intento edictum pronuntiatum est, nisi vt tributum imponeretur. Neque fuit ista prima descriptio facta in populo Dei, quia vt notauit Lyranus. Lyra. 1. Reg. 24. & 1. Paralip. 21. alias descriptiones factas legimus.

749. Chrysost. in caten. S. Th. 5. RESPONSIO est Chrysostomi in catena Sancti Thomæ: *Domino autem dirigente Augustus hoc edictum censuit, vt vnigeniti præsentia famuletur: nam hoc edictum matrem attrahebat in patriam, quam Prophetæ prædixerant, scilicet, in Bethleem Iuda.* Quasi dicat, intentum Euangelistæ in narratione huius descriptionis fuit, vt scirent Iudæi, quod Christus *Ioseph in Beth. tem natus fuit.* in Bethleem natus fuit; quia ibi Ioseph oriundus erat, & in Bethleem natus ciuitate Dauid, id est, vbi etiam Dauid ortum habuerat.

750. S. Ambrof. in caten. 6. RESPONSIO Sancti Ambrosij; *Quis autem poterat professionem totius orbis exigere, nisi qui totius orbis habebat Imperium, non enim Augusti, sed Domini est terra.* Quasi dicat, vanitatis signum edictum Cæsaris fuit, vt orbis vniuersus describeretur; nam solus Christus, cuius est terra potest vniuersos describere.

7. RESPONSIO Theodoreti in catena: 751. Theodoret. in caten. *Conueniens enim erat, vt per Christum cultus multorum Deorum deficeret, vnde vnus Rex orbi imperasse describitur.* Quasi dicat, qui edictum Cæsaris scripsit, non à semetipso loquutus est, sed nesciens quid diceret, promulgabat vniuerso Idem. orbi quod vni soli Deo, viuo, & vero omnis lingua confiteretur.

DIFFICVLTAS II.

Quomodo intelligatur, toto orbe in pace composito?

QVæretur, quomodo orbis erat in pace, 752. cum Christus natus est?

1. RESPONSIO est Bedæ in Glossa, qui Beda in Glossa. ait; *Eo quod Cæsar Augustus duodecim annis ante natiuitatem Christi in pace regnauit. Dicitur orbe in pace composito, vt ad litteram compleretur prophetia* Isaiæ cap. 2. num. 4. *conflabunt* Isai. c. 2. n. 4. *gladios suos in vomeres.* Quasi dicat, *propter regimen pacificum, quod per duodecim annos habuit, dicitur orbis in pace positus.* *Pax Regnorum semper à Deo petenda.*

2. RESPONSIO est Lyrani, qui ait: 753. *Ne grauarentur per malos ministros Regna,* Lyranus sua in glossa. *iussit Imperator omnes describi, vt censum darent; ideo in pace orbis positus est, vt adimplerentur Scriptura* Ps. 71. n. 6. *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis.* Item Isai. 2. *non leuabit* Ps. 71. n. 6. Isai. 2. n. 4. Isai. 9. n. 21. *gens contra gentem gladium*, & cap. 9. num. 21. *Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius Deus, fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.* Quasi dicat, voluit Dominus misericordiam suam ostendere mundo, cum per bonum regimen vnius imperatoris totus orbis pace vtebatur.

3. RESPONSIO est Bedæ in catena 754. S. Thomæ, qui ait: *Pacatissimo quidem tempore* Beda in cat. S. Thom. *nascitur Christus, quia pacem quærere venit, & pacis sectatores inuisere dignatur; nullum autem potuit esse indicium pacis, quam vna totum orbem descriptione concludi, vt bellis toto orbe sopitis Propheta præsagium ad litteram videatur adimpleri.* Quasi dicat, certabant sæcula quod ortu dignissimo Iesu Christi gloriarentur, sed nunquam diuina prouidentia pacem inter homines *Pacis tempus felix.* inuenit, quousque regnante Cæsare Augusto per duodecim annos pax fuit, & cum pacem veniebar Christus, quærens, & inuenit, tunc nasci dignatus est.

4. RESPONSIO Ambrosij in catena 755. S. Thomæ: *Hæc est ergo prima Professio mentium Domino, cui omnes profitentur, non præconis* Ambrof. in caten. S. Thom. Ps. 46. n. 2. *euocatione sed vatis dicentis, omnes gentes plaudite manibus.* Quasi dicat, prima ianua, per quam *Pax porta cœli.* Christus ingressus in mundum fuit pax, ideo & orbe in pace composito natus est, vnde Pastores & Angeli, qui sunt omnes gentes manibus Lucæ 2. plaudebant gloriam Domino, & pacem hominibus.

TRACTA

TRACTATVS XXII.

AD MORES,

In Caput II. Lucæ,

De edicto Augusti Cæsaris.

DIFFICVLTAS III. ad mores.

Quare Augustus Cæsar iussit describi vniuersum orbem?

QVÆRITVR, si Imperator orbem non imperabat, sed partem mundi quare iussit per decretum quod vniuersus orbis describeretur?

756. S. Ambr. in Glossa cit. 1. RESPONSIO est Diui Ambrosij, qui ait, *Quod per sinedochem dicitur vniuersus orbis, quia solus Christus est verus Imperator, qui totum mundum gubernat.*

757. Philo Hebr. lib. de Cher. Leuit. 25. n. 23. Interrogat Philo Hebræus lib. de Cherubin *Cur præcepit Deus Israëlitis*, Leuit. 25. n. 23. *Quod nulla terra venderetur in perpetuum neque à possessore tanquam propria res alienaretur; terra non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis?* Et respondet; *Manifestissimè docet ius possessionis omnium rerum pertinere ad Deum; vsum vero solum ad creaturas, nihil in perpetuum, cuiquam creaturæ venditur quandoquidem vnus est Dominus totius creaturæ possessor proprius, ac perpetuus.* Quasi dicat, optimè contra decretum Augusti Cæsaris dixit Ecclesiastes cap. 1. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quia si solum Domini est terra quomodo Reges, & Imperatores Monarchias suas fingunt ex se Dominos, & totius orbis nominantur tales.*

Vsum diuitiarum habet homo nō proprietatem.

Eccles. c. 1. n. 1.

758. Philo cit. Vnde idem Philo addit: *Quod si cognosceremus, curaremus tanquam res Dei præcogitantes morem esse Domini recipere sua quandocumque ipsi visum fuerit; sic enim ademptas feremus leuius.* Quasi dicat: quid clamas, & querelas contra cœlum iactas, si Deus filium, aut filiam vnicam tibi abstulit; sua enim non sunt omnia? Quid si immatura morte tu præuentus es, quid tibi debet? nonne mutuam vitam accepisti? *Filij hominum vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitates, & quæritis mendacium:* Psalm. 4. num. 3. existimantes vestra bona temporalia esse, & dominium habere? Cum non, sed vsum habeatis?

Solus Deus est proprietarius omnium rerum.

Ps. 4. n. 3.

759. Vnde Philosophus ille Stoicus, *Præcipiebat, nequis in iactura alicuius boni temporalis, diceret illud perdidi, sed illud reddidi, nempe Deo, à quo fuerat acceptum.* Quasi dicat, quod Augustus Cæsar inaniter decretum pronuntiat, vt vt vniuersus orbis describatur. Nonne ipse, & omnes Reges scirent efficaciter, & apprehenderent pro certo, nullam terram habere propriam, dum viuunt, & tantis angustiis affliguntur pro adquisitione Regnorum alienorum. Luc. 2. Vnde bella, & mala perpetua oriuntur animabus. Aduertere tamen debent solam propriam terram habere in qua cito resoluentur; quia scriptum est. Psalm. 145. num. 4. *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.* Quasi dicat, totum orbem adscribunt sibi Imperatores, sed ironicè dictum est, quia reuera suam terram propriam habent solam mortuam illam, in quam reuertentur; quia vt Ambrosius dixit, *Solus infans Christus Dominus est totius terræ.*

Terra mortuorum propria sola.

Ps. 145. n. 4.

Ambros. cit.

2. RESPONSIO est Origenis, qui ait, *Census à paucis Augusto Cæsari tribuitur; Christo vero ab vniuerso mundo, quia debet illi solui, qui pro nobis omnibus censum Patri æterno se exhibuit.* Quasi dicat, Principes huius sæculi conantur imponere vectigalia, & onera importabilia subditis suis, quasi illis vita, & anima deberetur, cum soli Deo beneficia debeantur; quia ille solus potest dare pacem, aut bellum in diebus nostris. 760. Origen. cit.

Principes qui onera imponūt crudeles.

Interrogat Oleaster, *Quare præcepit Pharao Ægyptis, vt foderent per circuitum fluminis aquas,* Exod. cap. 7. num. 24. iuxta translationem Pagnini. Et respondet, *Vt videatur quantum valeat humana industria Principum, qui sibi inopinata remedia quærunt contra flagella Dei, & quod erat diuinæ misericordiæ, tribuebant industriæ suæ.* Quasi dicat, vt totaliter Rex, & Regnum non perirent, inspirauit in corda eorum, vt foderent aquas per circuitum, & hoc industriæ ministrorum tribuebatur, & Magorum potestati. Sic Deus permittit in medio malorum, & flagellorum cœli aliquas intermissiones, per miracula euidentia, & falsi ministri suæ industriæ tribuunt, & persistendo in duritia cordis, abutuntur patientia Dei, tributa, & vectigalia importabilia quotidie crescendo. Vnde addit Oleaster: *Aduerte etiam, quomodo per quæ quis peccat torquetur, peccauerunt Ægyptij aquis fluminis suffocando, & summergendo filios piorum. Et ideo vult Deus, quod ab aquis punirentur, bibendo sanguinem pro aqua.* Quasi dicat fame, & siti pereunt innumeri innocentes, propter censum, & tributa innumerabilia,

761. Oleaster in Exod. c. 7. n. 24. Translat. Pagnin.

Ministri propter suas vtilitates Reges fallunt.

Oleaster cit.

Translat. Pagnin. in Exod. c. 8. n. 5.

metabilia. Permittit ergo Deus quod flagella, pestilentiæ, & bella multiplicentur, vt timeant
Reges timent flagella Dei. ministri impij, ne iram Dei prouocent, ita vt sanguinem bibant filiorum suorum; quia propter peccata commissa obsessa Hierusalem carnes filiorum suorum matres comedebant.
Hist. Eccles. à Tito & Vesp. Exod. c. 8. Oleaster cit. Et concludit Oleaster, *Ex aquis ranæ egressæ sunt, quibus percussi sunt quia aquis piis nocere voluerunt, & ab eis maxima nocumenta sunt,* Quasi dicat, qui censum, & tributa importabilia imponunt,
Tributa importabilia tollantur. permittit Deus multoties, vt à familiaritate Regum cadant, & ab vniuersis odio habeantur, ita vt pereat cum sonitu nomen eius, qui regnum, & populos aggrauabat, & neque in terra nomen eius audiatur; quia mortui sunt
Axioma commune vox populi vox Dei. orationibus populi, qui vox Dei est; quia censum perpetuum soli Christo Domino debetur, qui pro nobis Patri suo soluit debitum.

762. *Lyran sup in Gloss.* 3. RESPONSIO fuit Lyrani, qui ait, *Quod tributum hoc impositum fuit à Cæsare qui cognominatus est Augustus, quia notabiliter,*
Fama fallaces adquiritur. *augmentauit Imperium Romanum.* Quasi dicat, pereunt homines, qui neque timent in gehennam ignis abire faciendo terribilia damna pauperibus, vt nomen suum celebretur, & adquirant famam æternam.
Greg. lib. 33. mor. c. 3. Sap. 3. n. 7. Vnde interrogat D. Gregorius lib. 33. moralium cap. 3. quare dicitur Sapientiæ 3. num. 7. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent,* Quasi dicat, non stabunt, neque morabuntur, sed discurrent? Et respondet; *Quia potentes homines huius sæculi per temporalem gloriam, & famam anhelant, & semper ad alta, & maiora insatiabilia percurrunt, neque vnquam quiescunt, etiam si intus quasi arundines euanescunt.*
Gregor. cit. *Arundinem,* (inquit Gregorius,) *vitam sæcularium appellat, qui more arundinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt,*
Iusti non mouent in arundineto. *sed intus à soliditate veritatis inanescunt.* Quasi dicat, fama vana torquet corda mortalium, & diu noctúque laborat, quomodo fortis doctus appareat, qui in veritate ignarus est; nobilis æstimetur, qui vilis reuera est. Pulchra, & decora quæ nigra, & informosa intus est, & in omnibus reperitur vanitas, & vita in hoc labore vano conficitur. Sed iusti non sic, sed discurrunt velociter tanquam ignis in arundi-
Gregor. in homil. neto: *Quia non vanitatem quærunt; sed ibi fixa sunt corda, vbi vera sunt gaudia,* vt Gregorius dixit.

763. *Oleaster in Gen. c. 11. n. 4. Translat. Pagnin.* Oleaster interrogat, *Quis superbos, & vanos homines docuit turrim ædificare, & latera coquere, cum illo tempore domus, & habitacula antra fuissent? Quomodo ergo dixerunt, venite faciamus turrim,* Vel vt Pagninus legit, *ædificemus ciuitatem, & caput eius sit in cælum,* Genes. cap. 11. num. 4. Et respondet, *facillime, coniunguntur homines ad ea, quæ sunt vanitatis, neque in rebus veris curant dignitatem suam,* Quasi dicat, tale est hominis ingenium ad vanitatem, & famam quam desiderat, quod multa inquirit, quæ nunquam, vel raro fieri so-
Fama inuenit multa impossibilia. Gen. c. 11. lent; neque propter famam adquirendam ad reputationem, & pericula vitæ attendat: nam illi homines, qui volebant nomen æternum adquirere inuenerunt modum laterum, & ex menti cum nondum eorum vsus esset; quia illo tempore domus antra fuisse videatur, & vsque in hanc diem Diabolus vanitatis adinuentiones non cessat celebrare, vt magis, ac magis inter vanos securus dormiat.

Hic interrogat Gregorius lib. 33. moral. 764. *Greg. lib. 33. moral.*
Quare Diabolus dicitur, Iob 4. num. 16. *In secreto calami dormire?* Et respondit, *quia* *Iob 4. n. 16.* *homines ad exteriorem gloriam per superficiem defluunt, & nulla intus firmitate solidantur.* Quasi dicat, *non curant homines his calamitosis temporibus intus ditescere, sed foris apparere, & qui*
domum suam desolatam habet, uxor eius foris ornata, sicut similitudo templi apparet. Et ista more calami intus sunt per fatuitatem vacua; sed foris per speciem, & ostensionem pulchra, vana. *Mulieres ornata vt similitudo tēpli. Greg. cit.* Hæc Gregorius. Quasi dicat; quid mirum est, si Diabolus, qui nihil est, in hoc mundo, vt Apostolus 1. Corinth 8. num. 4. ait: *In medio* *1. Cor. 8. n. 4.* *ipsius mundi,* qui sicut ipse inanescit, conquiescat, & inter Principes qui famam, & augmentum Regnorum conantur, vt Cæsar Augustus requiescat. *Inter vanas mulieres quiescit Dæmon.*

DIFFICVLTAS IV. ad mores.

Quomodo intelligatur toto orbe in pace composito?

QVæritur quomodo totus orbis erat in pace quando Christus natus est?

1. RESPONSIO est nostri Lyrani, qui 765. *Lyran. cit. in littera.*
ait, *Omnia erant in pace composita, quia Imperator iussit, quod adscriberetur vniuersus orbis ne grauarentur subditi à malis ministris, cum censum, & tributa colligerent, & adimpleretur quod dictum est per* Isaiam cap. 2. num. 4. *Non* *Is. c. 2. n. 4.* *leuabit gens contra gentem gladium.* Quasi dicat: ratio propter quam regna conturbantur, & contra Regem gladios leuant, est iniqua ministrorum administratio in tributis, & tunc non sunt regna in pace composita, cum per insatiabilem ministrorum cupiditatem res mouentur. *Cupiditates ministrorum causa turbationis Regnorum.*

Interrogat Caietanus, *Quare Rex Pharao* 766. *Caietan. in Exod. c. 15. n. 19. Translat. Hebr.*
ira succensus est, cum audiuit Ægyptios fugam arripuisse, & diuitias, ac spolia secum portare, & dixit, interficiet eos manus mea? Exod. 15. num. 19. Respondit, *Quod in Hebræo interficere est Iaras, quod Latinè idem est, quod depauperare. Et ideò idem fuit dicere interficiet eos manus mea, ac depauperabit eos manus mea.* Et hæc est causa quare Regna conturbantur; quia si idem est pauperes subditos facere, ac interficere, cum importabilia tributa imponuntur à ministris imprudentibus defendunt se, ne interficiantur, vel depauperentur.

Abulensis interrogat, *Quare Abraham noluit accipere à Rege Sodomorum spolia, & diuitias, quas victis, & spoliatis inimicis illi offerebat, da mihi animas, id est, captiuos, cætera tolle tibi,* Genes. 14. num. 2. Et respondit, *Abraham: non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, ditaui Abraham.* Lyranus respondit. *Quod accepit Abraham, ne gloriaretur propter beneficentia facta, & illi esset occasio* *superbiendi* 767. *Abulens. in Gen. 14. Gen. 14. n. 2. Lyran. in Gen 14. Abul. cit.*

Diuitiæ causa sunt superbiendi. *superbiendi alienis spoliis ablatis.* Abulensis aliter, *quia quæ à Rege offerebantur sumptibus, & armis Abrahaham erant, & ille cedebat illis, vt acciperent ministri exempla; quia non rapiebat aliena; suo propria sua Regi donabat, ne iurgia inter milites orirentur.* Quasi dicat, per malam ministrorum administrationem, quia non satiantur tributis, ideo non est in pace compositus orbis, & bella, & rebelliones oriuntur.

768. Beda cit. 2. RESPONSIO est Bedæ in littera citati: *Pacatissimo enim tempore nascitur Christus, quia pacem venit quærere, & pacis sectatores inuisere dignatur.* Quasi dicat, *pax mater lætitiæ est, & spiritualis gaudij origo.* Sicut contra dissensio, & discordia innumerabilium pœnarum, & dolorum quibus anima torquetur maxima causa est. Discordiarũ incommoda innumera.

769. Plin. lib. 1. c. 32. Plinius de naturali historia scribit, *Dum maritimæ volucres alciones prope litus maris nidificant, & pullos excludunt mare dies quatuordecim per quos hæ aues fœtui vacant esse tranquillum, & nullis procellis obnoxium. Hinc inter antiquos pro signo pacis alcyones vsurpari solebant. Et propterea Plautus, Vacuum litibus, & contrariis forum significaturus dixit: Alcyones sunt in foro; propterea toto orbe in pace composito nascitur Christus, vt adimpleretur quod dictum est.* Psalm. 71. num. 7. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Pax felicitas est. Ps. 71. n. 7.

770. Pierius apud Carhagenã homil. 12. Vnde Pierius apud nostrum Carthagenam homil. 12. citatus ait: *Quod quando Christus nascebatur Alcyones ad maris litus nidificasse, & pullos fouisse videbatur.* Quasi diceret, quod sicut illis præsentibus nulla erat in mari tempestas. *Ita Christus in porticu nascens, omnes priscorum temporum, & mundi procellas, cœlum & terram pace composuit.*

Ex quo Paulus ad Colocens. 1. num. 20. *Complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans, siue quæ in terris, siue quæ quæ in cœlis sunt.* Benè igitur Euangelista dixit, quod natus est Christus toto orbe in pace composito. Et Chrysostomus, *Quod pacis sectatores inuenire dignatur*, quod Rosius his verbis testatur, *Natiuitas Christi fuit anno Imperij Cæsaris Augusti quadragesimo secundo, cum facta pace cum Parthis, Iani portæ clausæ sunt, & bella toto orbe cessauerant.* Ad Colos. 1. n. 20. Luc. c. 2. Chrys. cit. Rosius lib. 1 c. 20.

3. RESPONSIO fuit Ambrosij in littera, qui ait: *Prima professio mentium Domino, cui omnes profitentur, non præconis euocatione, sed diuini Vatis dicentis, omnes gentes plaudite manibus.* Quasi dicat: prima ianua per quam ingressus est Christus, fuit pax; *Quia Virgo Mater eius porta lucis fulgida, & Regis alti ianua vocatur.* Et ideò Ecclesia ad plaudendum eam incitat nos dicendo: *Vitam datam per Virginem gentes redempta plaudite.* 771. Ambros. citat. Ps. 46. n. 2. Hymnus Ecclesiæ pro B. Virgine.

Trita, & scita est historia vxorum Romanorum, quæ cum essent filiæ Sabinorum, quæ filios inter brachia gestantes pacem Sabinis suadebant, dicendo eis; videte, quod in vestra viscera ruitis, arma deponite, si sapitis: nam Romanos si occiditis filiarum vestrarum viros, vestros nepotes de medio tollitis. Et sic tranquilitatem, & pacem consequutæ sunt populo suo. Non aliter Virgo sanctissima Maria, cum arma iustitiæ contra peccatores vibrare videt, tanquam pacis scutum, memorialéque ex parte generis humani filium suum inter brachia gestans suppliciter legit, quod sic se habet: *Memento salutis Auctor, quod nostri quondam corporis ex illibata Virgine nascendo formam sumpseris.* Quo audito placatus intendit, pacémque reconciliat inter Deum, & homines. 772. Romanorum & Sabinorũ pax. Maria ianua pacis. Virgo Maria scutum Ecclesiæ.

TRACTATVS

TRACTATVS XXIII.

AD LITTERAM,

De Partu Virginis,

Ex Capat II. Luca.

TEXTVS.

ASCENDIT autem, & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo, & familia Dauid. 5. Vt profiteretur eum Maria desponsata sua sibi vxore prægnante. 6. Et factum est cum essent ibi impleti sunt dies, vt pareret. 7. Et peperit filium suum Primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio, quia non erat locus in diuersorio.

EXPOSITIO Littera circa intentum Euangelista.

773. Epiphan. hæres. 51.
QVare autem Parentes, & prosapia Ioseph & Mariæ relіquerint Bethlehem, & Nazareth abierint, nemo scit. *Epiphanius hæresi 51. probabile reputat Machab. orum tempore propter assidua bella, quæ in Iudæa erant in Nazareth transmigrasse.* Sed meo videri (Auctoris mens.) Bethlehem erat paupercula ciuitas, & vetusta in montana collocata, vbi Pastores, vt Isai Pater Dauid habitabant. Et in tanto gradu hoc verum est, quod Nathanaël Philippo dixit Ioann. cap. 1. (Ioan. c. 1. Abul. q. 2. in Matth.) *A Nazareth potest aliquid boni esse.* Quasi dicat, teste Abulensi, Nazareth, & Bethlehem, & quæ misera terra est, montana, & paupercula, quomodo potest aliquid boni esse in ea?

774. Maldon. ibi Fulgentius Bernard. & Nicephor.
Crediderim facilè quod Maldonatus insinuat, *Non molesta, neque defessa Virgo Maria potuisse ambulare iter quatuor dierum, qui à Nazareth vsque ad Bethlehem sunt necessarij, quia, vt satis doctè dicitur, quæ sine viro concepit, ea sine dolore peperit, molestias & fastidia prægnantium quomodo sentiret?* Sed aliam quam impugnat populi deuotionem receptam, non approbo, quod scilicet Beata Virgo Maria asinum in quo portaretur, habuerit: nam quomodo ad diuersorium iret, & locum non haberet, quæ asinum gestabat? Et addit, & quomodo agnum non emeret, vt offerret in templo? (Auctoris mens.) *Ad primum respondeo. Quis non miratur innocentiam tanta Virginis, quod quatuor dies pedisquitaret, neque paupertas summa propter iumentum excluditur. Imo pauperes, qui cum mulieribus prægnantibus peregrinantur titulo charitatis vehuntur in toto orbe terrarum.* Quod autem agnum non emeret, non erat consentaneum rationi vendere, quod tam necessarium erat, si posset cum pari turturum, aut duobus pullis columbarum legem adimplere. (Lucæ 2.) Quod autem de diuersorio dicit, miror, quia ferè omnes coloni, & incolæ, pauperes, & diuites asinum cum iter agunt portant, & ad diuersoria se conferunt.

775. Textus. Dolorũ Sud. dæ, & Hebræorum.
Et peperit filium suum primogenitum, id est, *Vnigenitum, quia idem sunt: nam nefandum neque cogitandum est dicere, quod post Christum alios filios Virgo sanctissima habuerit.*

776. Obstetrix filij sui fuit sola Virgo.
Et pannis eum inuoluit, *Somnium est, & delirium dicentium quod manibus obstetricis puer Iesus pannis inuolutus fuit; quia obstetrices vocantur cum dolores partus imminent:* At in Virgine dolores non fuerunt, ergo neque obstetrices necessariæ.

777. Beda in Luc. cap. 2.
Et reclinauit eum in præsepio, quia non erat locus in diuersorio. *Non displicet mihi opinio Bedæ, qui diffiniens diuersorium ait: Locum esse in vico supernè tectum, cætera patulum, & in diuersas apertum vias. Et coincidit cum meo sentire, quod Ioseph propter nobilitatem familiæ suæ de domo Dauid se contulit in illo diuersorio, quod traditione, & possessione erat Parentum suorum*, & in nostra Hispania vsque hodie consuetudo est esse in montana domus (Consuetudo Hispanica. Casas solariegas son alquerias viejas.) pauperculas, antiquissimas, quas vulgo *Casas solariegas vocant.* Et pro magna auctoritate in vetustate, & paupertate conseruantur. Hinc Ioseph ad propriam pauperculam domum abiisse, & cum peperit Maria Virgo filium, posuit illum in præsepio, quia non erat locus aptus in diuersorio, vt puer reclinaretur. (Opinio Auctoris confirmatur.) Præterea mysterio hoc non caruit, quia in diuersorio vniuersali non credo quod Beata Maria pareret,

vbi

vbi ad proprias bestias vnusquisque de hospitibus possint intrare.

778. Et confirmatur euidenter, quia quando Reges orientales venerunt adorare puerum intrantes domum adorauerunt eum, & domus non erat intra ciuitatem propter Herodem crudelem, & stellam supra illam vetustam, & apertam domum viderunt Magi. Quod autem dicatur de spelunca, quæ erat, vbi positus fuit puer non est probabile, nisi forsan Præsepe propter vetustatem domus erat in forma speluncæ, vel domus erat iuxta saxum magnum, in quo erat spelunca.

Matth.c.5.

TRANSLATIONES variæ, quæ cum vulgata coincidunt.

Translatio. 1. Et factum est, cum essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret, & peperit filium suum primogenitum.

Translatio Vatabli. 2. Euenit autem, cum essent ibi, completi sunt dies partus ipsius, & peperit filium suum primogenitum.

Translatio ex Syriaca. 3. Et factum est, dum illic essent, vt implerentur dies quibus ipsa pareret, pepetitque filium suum.

DIFFICVLTAS I.

De Dictis Sanctorum super partum Virginis Mariæ.

779. Ambros. in Catena S.Thom. QVæritur, quomodo Beata Virgo Maria peperit filium suum? Ambrosius in Catena Sancti Thomæ: *Breuiter Sanctus Lucas, & quomodo, & quo tempore, & quo loco secundum carnem Christus natus est; explicauit dicens, factum est autem, quomodo quidem, quia nupta concepit, & Virgo generauit.* Quasi dicat, in compendio res ineffabiles narrandæ sunt, & sic Virgo concepit, & Virgo peperit, vnde locum latum datur fidei.

780. Gregor. Nyssen.ibi. Gregorius Nyssenus; *Apparens enim vt homo, non per omnia legibus humana natura subiicitur: nam quod ex muliere nascitur humilitatem redolet; Virginitas vero, quæ ortus deseruiuit, ostendit, quod transcenderet. Huius ergo iucunda portatio erat immaculatus partus facilis, absque corruptela natiuitas, neque ex luxu incipiens, neque doloribus edita.* Quasi dicat, tam alacriter peperit, quam concepit mente. Quasi tunc visione diuinæ essentiæ repleta est in partu. quomodo visione filij sui, non diuinitate animo frueretur.

In partu vidit Maria diuinam essentiam.

781. Beatus Amadæus homilia 4. de laudibus Virginis. *Affert locum* Isaiæ cap. 35. num. 2. *Germinans germinabit, sicut lilium, & exultabit lætabunda, & gaudens.* Vbi addit Sanctus. *Si autem Christo nascente cuncta læta sunt; Mater eius qualiter lætabatur quæ erat in Genitrica lætitia: si ita gaudebant omnia, lingua balbutit, cor refugit, sensus expauescit ad pondus tanti gaudij.* Quasi dicat, sola Virgo, quæ in extasi posita peperit filium, expertaque est gaudia cœlestia, potest enarrare quæ fuerunt, quia vt Chrysologus dixit: *Fandi fertilitas silentium præstare videtur.*

B. Amad. hom. 4. de laud. Virg. Is.35.n.2.

Gaudia natiuitatis Christi ingentia. Chrysolog. ser. de ann.

H oc in reuelationibus S. Brigitæ lib.7.c.11. dicitur: *Quod adueniente hora partus B. Virgo genuflexa est, & cum magna reuerentia, ponens se ad orientem, tenebat ad cœlum faciem eleuatam, erectisque manibus, & oculis in cœlum intentis, stabat quasi in extasi contemplationis suspensa inebriata diuina dulcedine, & ea sic in oratione stante sensit, moueri iacentem in vtero eius, & illico in momento, & ictu oculi peperit filium,* Et addit: *Quod videns Mater puerum genuflexa adorauit, & dixit: bene veneris Deus meus, & filius meus.* Quasi dicat, quod sensit, & peperit cum concursu actiuo Beata Mater suauissimo quodam impulsu absque vlla molestia, sed repleta omni gaudio. 782.

B. Brigitâ in Reu. lib.7. c.11.

Natiuitas Christi in instanti fuit.

Sanctus Thomas in sua Catena: *Debet communem omnium Dominum, & in natiuitate nobiscum participare.* Quasi dicat, *Fuit in partu Mariæ impulsus actiuus, quasi quidam flatus, qui exiit ab ore, & fuit necessarius talis concursus actiuus ad proprietatem pariendi*, vt Caietanus adnotauit, & Nouarinus in vmbra Virginea, Suar. tom. 2. ad 3. part. D. Thomæ. Vnde canitur in Ecclesia, *Enixa est Puerpera Regem, id est, sensit influxum, & concursum actiuum Beata Virgo, & per naturalem viam illæsa, & integra remanendo, non per latus, vt Heretici dixerunt vnde in hymno canit Ecclesia, cuius per aluum fusus est*, & ita definitum est in Concilio Toletano. Et tenent Damascenus, lib. 4. cap. 15. Tolet. cap. 2. in Luc. annot. 7. Et ratio est, *Quia Deus voluit fieri homo, & verus filius hominis, ergo voluit habere veram rationem partus, & natiuitatem humanam, quæ est ab vtero.* Legatur Nouarinus citatus, & Syluestra tom. 1. lib. 2. in natiuitate Christi, vbi multa erudite tradit, 783.

S. Thom. in sua Cathena.

Caietan cit. Nouarin. in vmbr. Virg. Suar. tom. 2. ad 3. part. S. Thom. Hymn Eccl.

Conc. Tol. Damasc. lib. 4.c.15. Tolet. in Luc. 2. an 7. Sylu. tom. 1. de Christo nato.

Interrogauit Sancta Brigita sponso suo, vt patet lib. 5. *Cur tanto tempore iacere voluisti in vtero Virginis, quando conceptus eras?* Et respondet Guarricus Abbas serm. 3. de Annunt. *Quod in vtero concipi, & nouem mensium tempore Maiestas illa incircumscripta passa est contineri: quia primo ibi se exinaniuit, & penitus à semetipso defecisse visus est, quia non operabatur, & virtus omnipotentiæ vacabat. Quasi nihil posset, & Verbum æternum sub silentio se premit. Secundò, quasi dicat, talis est vis amoris ardentissimi Christi, quod quietus stare nescit; imò* vt Chrysologus dixit, *multa inquirit amor, quæ nunquam, vel rara fieri possunt. Tunc amor diuinus, cum in sua æternitate esset, non quiescebat, & sic ad aliam naturam se dedit, scilicet, humanam vt haberet delicias cum hominibus, etiam in vtero Virginis clausus nouem mensibus, cum quiesceret, & non operabatur, & amor vacare visus est, & propter hoc vocauit Guerricus primam,* 784.

S. Brigit. in reuel lib. 5. Guarr. Abb. ser. 3. de nat.

Chrysolog. citat.

Naufragium amoris, calma vocatur. primam, & principalem exinanitionem; quia naufragium amoris in quieto, & non operari, & ambulare cognoscitur.

785. *S. Petr. Dam. ser. 11.* Aliter respondit Sanctus Petrus Damianus, serm. 11. *Relegatus in præsepio legem martyrij præsagiebat.* Quasi diceret, respondendo sanctæ Brigitæ, fuit nouem mensibus in vtero Matris; *Ad reuelationes sanctæ Brigitæ.* *Quia ibi quasi in paradiso virtutum quiescebat, & delectabatur; cum vero positus fuit, & reclinatus in præsepio legem martyrij capit featire; quia carebat tam felici, & pretioso Matris vtero, qui erat vere hortus conclusus, cuius emissiones paradisus sunt.* Legantur plura circa hoc in nostro *Elucidarij B. Mariæ ad illa verba, Beatus venter, &c.* Elucidario B. Mariæ super illa verba, Beatus venter, qui te portauit.

DIFFICVLTAS II.

Quomodo intelligantur verba, & pannis eum inuoluit?

Quæritur, An Virgo Maria, vel obstetrix puerum Iesum pannis inuoluit?

786. *Hier. contra Heluidium.* 1. Responsio est Sancti Hieronymi, contra Heluidium, qui ait, *Nulla autem est ibi obstetrix, nulla muliercularum sollicitudo interfuit, ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa Mater, & obstetrix fuit.*

787. *Lyran. sua in Glossa.* 2. Responsio Lyrani; ex hoc patet falsitas, quæ scribitur libro de infantia Saluatoris, scilicet, *Mariam habuisse obstetricem in partu, quæ non requiruntur, nisi propter afflictionem matris in partu, quæ afflictio non habuit locum in Virgine; quia peperit sine dolore; imo cum maximo gaudio & delectatione; & ideo per ipsam puer natus recipitur, inuoluitur, & reuoluitur.* Vide Sanctæ Brigittæ reuelatom fuit, vt *In reuelat. S. Brigittæ lib. 7. c. 21. n. 23.* lib. 7. cap. 21. num. 22. habetur, *Quod Beatissima Virgo benè conscia futuri partus, & vt prouida attulerit secum panniculos laneos, & lineos mundissimos ad fasciandum puerum nascitum inuoluendum.*

788. *Beda in Catena Sancti Thomæ.* 3. Responsio Bedæ in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Qui totum mundum vario vestiu ornatu pannis vilibus inuoluitur, vt nos stolam primam recipere mereamur, per quem omnia facta sunt.* Quasi dicat; manus pedesque astringit, vt nostras manus ad opus bonum exercitet. Sed de hoc ad mores postea.

789. *Græcorum sententia.* 4. Responsio Græcorum: *O admirabilem conciliationem, & peregrinationem, quam subiit, qui continet orbem ab initio, capitur penuriam, & eam tu so ipso decorat, siumtrum si voluisset veuire poterat, mouendo cælum, concutiendo terram, emittens fulmina; non autem sic processit, non enim perdere, sed saluare volebat?*

790. *Synodus Ephesi.* 5. Responsio fuit verba synodi Ephesinæ aduersus hæreticos, quæ sic se habent. *Quid ergo exprobras Christi in Bethlehem humilitatem, quia pannis inuoluitur, & præsepio ponitur, cur paupertatem deducis ad medium, cum lucra non computans, cur indignum dicis Deo, quod tantorum bonorum facta est occasio? Cur paupertatem dicis indignam Deo, per quam mundus ditatus est, noli detrahere abiectioni, qua tyrannis diabolica est destructa.* Quasi dicat, nil *Explicatio Autoris.* persecutorem, & tormentum, lta superat, quam patientis alacritas, id est, gaudium infantis Dei, & hominis: est Tyrannum tormentum alacriter vincere armis vilibus, & abiectis, qualia *Patientia in opprobriis corroboranda.* sont paupertas, & præsepe, & panni, in quibus inuoluitur Rex, sunt propter quam tota cælestium ornamenta Sanctorum, Virginum, & Confessorum, texta, & laboratæ sunt, exemplo tanti artificis pauperis, & pannis inuoluti.

Et addit Sancta Synodus: *Sic enim cum formet Deus membra mulieris non accusatur, neque cum inhabitat in eis iniuriam patitur.* Quasi dicat, si de costa viri formauit Deus mulierem, neque opprobrium, sed gloria fuit Adæ. Cur ergo eum ex Virgine fœmina nasci dignatus est, vt damna Euæ repararet, non laudabilis, & præconiis laudatus. Sic Salomon inuitauit in spiritu, *Vt filiæ Sanctæ Hierusalem exirent, vt viderent eum coronatum diademate regio, & decoro, qua coronauit eum mater sua in die natiuitatis suæ, quia nulla imperialis corona, neque diadema Regium, quale decoratum, & honoratum apparet infans hodie positus manibus sua Matris in præsepio.* 791. *Synod. ipsa. Gen. c. 2. n. 22.* *Cant. 3. n. 11.*

792. *S. Max. hom. 2. in nat. Dom.* 6. Responsio D. Maximi, homil. 2. in Natiuit. Domini. *Pannus siquidem induitur pro nobis, qui cuncta creauit omnia terras luce perfudit, cælum sideribus adornauit: sed hi panni noua stella radiante monstrantur à Magis, & exultantibus Angelis honorantur.* Quasi dicat, videtis pannos, quibus inuoluitur infans, plus æstimationis, & pretij fuerunt apud Reges, & *Humilitas Christi fecit eum insignem & æstimabilem.* Angelos quam si ceteroent pretiosissimis gemmis superornatos, & grauatos, quia stella, quam videtur Magi puerum pannis inuolutum radiabat, & demunstrabat, Angelique Pastoribus hoc signum dederunt, *Inuenietis infantem positum in præsepio, & si Regalibus ornamentis eum viderent, neque adorarent Reges, neque Pastores prædicarent.* *Matt. 2.* *Luc. 2.*

DIFFICVLTAS III.

Quare infans positus fuit in præsepio?

Quæritur, quare Infans Christus positus est in præsepio?

793. *Lyranus noster.* 1. Responsio est Lyrani, qui ait; *Ioseph enim in illo itinere adduxerat asinum ad portandum vxorem prægnantem, & bouem ad vendendum in Bethlehem, vbi erat congregatio populi magna, vt de pretio solaret expensas in via, & illis duobus animalibus fecit præsepium iuxta se, in quo Beata Virgo reclinauit filium natum, secundum quod fuerat prophetizatum per Abacuc 3. num. 1. Domine audiui auditum tuum, & timui, consideraui opera tua, & expauit in medio duorum animalium, &c.* Quasi diceret Propheta, quod erat illi pauor admirationis considerando, & oculis prophericis videndo, Deum in tam humili loco natum. *Maria filium beatum vendidit.* *Abac 3. n. 1.*

794. *Aug. ser. 3.* 2. Responsio fuit Augustini serm. 3. qui ait, *Quod positus est in præsepio infans, vt sua natiuitate Diuinitatem honoraret.* Quasi dicat, non erat congruum, vt tanta Verbi diuinitas, inimicum

Diabolus paleis vincitur. inimicum Diabolum prostraret, & vinceret, armisque æqualibus præliaretur, sed infimis, & paleis præsepij indebilibus, vt plus liuore vreretur, quàm ignibus inferni videns se contemptum a puero infante nato: *Nam hostem proprio mucrone necare singulare est, insigneque virtutis*, inquit Chrysologus. *& paleis in præsepio Diabolum cremare sicut in inferno magna potentia fuit. Nam si venisset Christus* (inquit Cæsarius Dialog. 37.) *vsurus potestate naturali, nil admiratione dignum facere visus esset si aduersus Angelum desertorem decertasset Deus in arrogantiam extulisset Diabolum, quasi par fuisset Deo aduersarius.* Quasi dicat, veniat verbum incarnatum, & manibus Mariæ supponatur in præsepio, & det vagitus, vt inimicum terreat, & paleis quasi lanceis vulneret vulneratum superbum: quia scriptum est, *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.* Psalm. 63. num. 9. Quasi dicat, ex paleis præsepij paruuli, quibus reuelatum est mysterium Incarnationis fecerunt lanceas fortes, vt inimicum Diabolum humiliate postrarent.

Chrysolog. ser. de tent. Cæs. Dial. 3. Ps. 63. n. 9. Matth. c. 11. n. 25.

795. S. Cyrill. in Catena S. Thom. 3. Responsio sit Sancti Cyrilli in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *Reperit Christus hominem factum bestialem in anima, & ideo in præsepio loco pabuli ponitur, vt vitam bestialem mutantem, ad consonam homini perducat scientiam pertingentem non fœnum, sed panem cælestem vitæ corpus.* Quasi dicat, creauerat Deus hominem plenum scientiæ gratiæ, & veritatis, & discurrebat pertingens sapientia sua vsque ad supremos cælos, & propter peccatum, quasi bestialis, & animalis homo non percipiebat ea, quæ Dei erant: venit igitur infans, & positus in præsepio dat se vt panem ad manducandum in Bethlehem, quia interpretatur domus panis, vt Angelorum esca iam nutritus reparet sensus, potentias reintegret, seruum Dei se cogitet ditari, & sapientia roboratus in se reuersus, gratias infanti in præsepio agat pro immensis beneficiis acceptis.

Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Gen. c. 2. Luc. 2. *Domus panis Bethlehem.*

796. Beda in Catena. S. Thom. 4. Responsio Bedæ in Catena Sancti Thomæ, *Duri præsepij angustia continetur, cui cælum sedes est, vt nos per cælestis Regni gaudia dilatet, qui panis est Angelorum in præsepio reclinatur, vt nos quasi sancta animalia carnis suæ alimento reficiat.* Quasi dicat, iam non relinquitur ratio, quare tristis sit anima tua; & quare conturbris, quia si fame contristatur homo, satietate tanti frumenti dilatet cor suum, & lætificetur; quia quasi sancta quatuor animalia, quæ in Apocalypsi, Ioannes vidit in cœlo, pascitur, & permittit in æternum pascendum suo aspectu.

Corpus Christi lætificat nos. Apoc. 4. n. 6.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, quia non erat locus in diuersorio?

Quæretur, quomodo non erat locus in diuersorio? vt poneretur infans?

797. Lyran. in Glossa 1. Responsio Lyrani; *Etenim diuersorium hospitalaria ad quam diuertuut venientes ad extra ad hospitandum. Et quia ciuitas ad Bethlehem erat plena populo qui venerat ad prædictam professionem, & illi qui erant potentiores, occupauerant diuersorium; ideò pauper Ioseph ad præsepia cum asino, & boue suo sequestratus est, vbi non à casu, sed diuina prouidentia sic disponente, peperit Virgo Maria, & posuit infantem inter duo animalia; quæ erant in præsepio alligata.* Vnde Gregorius Nyssenus orat. de natiuitate, *Medius inter bouem, & asinum in præsepio Dominus est, vt ab vno graue legis iugum auferat, & ab alio simulachrorum cultum onere leuet.* Nyss. orat. de nat.

2. Responsio Bedæ in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *Nascitur, non in parentum domo, sed in diuersorio, & in via; quia per Incarnationis mysterium via factus est, qua nos ad Patrem, vbi veritate, & vita frueremur, adduceret.* Quasi insinuet Sanctus, quod Abulensis tetigit, & nos infra, scilicet quod in via erat domus vetusta, & derelicta, vbi Ioseph, & Maria cum bestiolis suis remanserunt, & ibi partus aduenit, quia in figura omnia contingebant, & in via domus erat, quia Christus dixit, ego sum via, veritas, & vita. 798. Bed. in cat. S. Thom. Abulen. in Matth. cit. Ioan. c. 14. n. 6.

3. Responsio S. Gregorij in homiliario: *Non erat locus in diuersorio, vt ostenderet, quia per humanitatem, quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur, non secundum potestatem, sed secundum naturam.* Quasi dicat, sciant homines, quod verè est Deus absconditus, & ideo eius potentia occultata appareт, vt naturam humanam, quam assumpsit ostentaret. 799. S. Gregor. in hom. Is. c. 45. n. 15.

4. Responsio Ambrosij: *Propter te ergo infirmitas, in se potentia; propter te inopia; in se impudentia, noli hoc æstimare quod cernis, sed quod redimeris, agnosce.* Quasi dicat: Pondera, ô homo, non quod vides in præsepio, sed quod absconditur in puero. Vnde concludit Ambrosius, *Plus Domine iniuriis tuis debeo, quibus redemptus sum, quam opibus, quibus in paradiso creatus fui.* 800. S. Ambros. in Cathen.

5. Responsio S. August. ser. 2. de Epiphania, qui ait: *Abscondebatur in stabulo, & agnoscebatur in cælo, vt agnitus in cœlo manifestaretur in stabulo.* Quasi dicat, proper exinanitam humilitatem, quam Christus in præsepio habuit, in cœlo ab Angelis agnitus, & adoratus fuit, & ei omne genu incuruatum fuit. 801. S. August. serm. 2. de Epiph. *Beneficia recolenda ab homine.*

6. Responsio Cypriani de natiuitate Christi, qui ait, *nulla domus ambitio, nisi reclinatorium in stabulo, Mater in fœno, filius in præsepio.* Quasi dicat, satis abundè inuenit verbum æternum id quod desiderabat; quia cœlestia palatia ei versa sunt, in præsepio sibi, Matri fœno, Iosepho, stabulo. *ideò infans plenus omni gaudio, & lachrymis, risuque perfusus, in manibus Mariæ dabat vagitus*, vt Chrysologus ait, ser. de nat. legatur Epiphanius hæresi 52. Theod. lib. 8. de cur. gra. affect. Iust. Mart. Dialog. cũ Triph. & alij PP. quos satis doctè noster Cart. cit. hom. 9. lib. 3. 802. Cyprian. de nat. Christi. Chrysolog. ser de nat. Epiph. hær. 52. Theod. lib. 8 de cur. gra. affect. Iust. Dialog. cum Triph. Carth. hom. 9. lib. 3.

Vltima Responsio sit Greg. Nyss. orat. de nat. qui sentit, *Quod præsepium erat in spelunca subterranea sub magno saxo à natura insita, & sine manibus elaborata, vbi tãta fuerat capacitas, quod Ioseph cum sua paupercula familia refugium, & solatium receperunt contra inclementias temporis, & hominum, qui Iosephum in propria ciuitate oriundum non receperunt, & potuit dicere in propria venit, & sui eum nõ receperunt, sed extra ciuitatem eiecerunt cũ Maria sponsa sua prægnante.* 803. Nyss. orat. de nat. Ioan. 1. n. 11.

Vnde Gregorius Nyssenus citatus ait: *Quid sibi* 804.

sibi vult, quod Dominus in spelunca diuersatur? Quid in spelunca decumbis? Cum speluncam videris (addit Sanctus,) *in qua nascitur Dominus subterraneam, ac lucis expertem, hominum* Cant. Zach. Luc. 1. n.79. *cogita vitam in qua versatur is, qui illucescit, & apparet his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.* Quasi dicat, adhuc ex vtero matris infans nondum exierat, quin iam sedentes in vmbra mortis, & in tenebris caliginosis, Sancti scilicet, Patres, qui tot, tantisque sæculis eum expectabant ceperunt lætificari, & ortu fulgentissimi solis ex aurora Virginali procedente cœperunt clarescere, & citò ex tali carcere prodituros sperare. *In vmbra nascitur Christus in fig. a. Aurora est maria, multis de causis.*

TRACTATVS XXIV.

AD MORES,

In Caput II. Lucæ,

De Partu Virginis.

DIFFICVLTAS I. ad mores.

Super auctoritates Sanctorum, circa natiuitatem Domini.

805. QVÆRITVR, quomodo tam ineffabile mysterium verbis explicari potest?

S.Ambros. 1. RESPONSIO Sancti Ambrosij citati, in littera, *Quia in compendio mysteria fidei narrata sunt.* Quasi dicat, *Per hoc quod in vtero Virginis clausus delituit denotatur, vt clausos, & incarceratos liberaret*, vt Origen. Origenes citatus dixit. *Et per nouem menses ibi permansit, vt nouem Angelorum ordinibus* Theophyl. *nos aggregaret*, vt Theophylactus ait. *Mox natus censui subditur exactoris, vt nos ab inimi-* Beda *co exactore eriperet*, vt Beda insinuauit. *Oritur media nocte, vt nos ab erroris nocte, & igno-* Gregorius *rantiæ tenebris immunes seruaret*, vt ex Gregorio in homil. subscribimus. *Non fuit ei locus in diuersorio, vt nobis in domo Patris sui plures* Cyrill. *mansiones conferret*, vt Cyrillus dixit. *Peregrè nasci voluit, & in via transitu, vt nos per viam* Euthym. *veritatis ad patriam nostram reduceret*, vt Euthymius explicat. *Pannis inuoluitur, & fascia obligatus, vt nos à peccatorum ligaminibus* Bonauent. *æternæ damnationis laqueis absolueret*, vt Bonauentura putat. *Reclinauit eum in præsepio, vel in spelunca subterranea, vt his qui in tenebris, &* Gregor. Nyssen. *vmbra mortis sedent, illuminaret*, vt Gregorius Nyssenus probauit. *Egenus, cum diues esset, pro nobis factus est, vt nos inopia sua* Augustinus. *ditaret*, vt Augustinus ait. *Et tandem illius paupertas nostrum est patrimonium*, vt San- S Bernard. 2.Cor.4. n.9. ctus Bernardus annuit, *eius infirmitas nostra est virtus*, vt Paulus ait. *Infantia illius va-* Chrysolog. *gientis fletuum nostrorum est ablutio*, vt Chrysologus prædicauit. *Lachrymarum eius effusio nostrorum delictorum lotio*, vt Guarricus pro- Guarric. bauit. *Et tandem vita mortalis illius immortalem vitam nobis promeruit*, vt omnes Patres Sanct.PP. asseuerant.

2. RESPONSIO fuit Sancti Amadæi, qui in littera citatus ait. *Si Christo na-* 806. B.Amad. *scente cuncta lætata sunt, Mater eius qualiter lætabatur?* Et respondit. Sancta Brigitta ci- In reuelat. S.Brigittæ. tata ibi, *Quod adueniente hora partus stabat Maria in extasi, & recepit filium suum in manibus suis adorans eum. Nunc verò veh! nobis nato Domino lachrymas à nobis postulanti risum, ludum, & chorearum saltus re-* *Abusus festorum in natiuitatis nocte.* *pendunt. Christus in stabulo alget, & præ timore tremit, tu pauperum oblitus luculento igni calefacis; ille pannis est inuolutus; tu splendide, & magnificè ornatus incedis; ille inanem gloriam, & pompam aspernatur, tu illam inhonestis vsibus, & ad luxuriam prouocantibus abuteris, collum, pectus, & vbera fœminina insolenter affectando.* Qui certè rerum abusus non alium quàm Diabolum habet auctorem.

Nam sicut olim (teste Hieronymo) *Gentes* 807. Hieron. ep.13. *idolorum cultrices cupientes abolere piam Christianorum memoriam, qua vrbem Sanctam Hierusalem, & loca diuini Verbi pedibus calcata, statuerunt in Christi sepulchro statuam Iouis, in Caluario Veneris in præsepio Bethlehem Veneris Amasium Adonidem*, vt Hieronymus ait: *Idololatria cultus.* *& vbi quondam Christus paruulus vagiit, Veneris amasius plangebatur. Quæ enim maior impietas*, vt idem Sanctus ait. Et addidit noster Carthagena homil. 8. *Quod ab Adria-* Carthag. homil.8. *no Imperatore vsque ad Constantinum annos ferè centum octoginta permansit. Non aliter nunc Diabolus insistens, licet non marmorea idola erigat; pro illis tamen carnes Veneris apertas ostendit, vt libidinem prouocent, & mores ab omni pietate, & religione alienos inducit.* Vnde *Abusus Diabolicus pectora, & vbera ostentare mulieres.* factum est, vt ad celebrandam, Christi natiuitatem pro Matutinis sacra profanis misceantur, & indecenter fœminâ ornatâ ad Ecclesiam

Dei

Dei quasi ad theatrum Comicum festinant, vbi sacra prophanantur; & Deum indignantur; quia scriptum est; *Odiuit anima mea celebritates vestras.* Isai. 1. n. 14.

808. S. Thom. cit. suprà. 3. RESPONSIO Sancti Thomæ citati suprà. *Decebat*, inquit, *communem omnium Dominum in natiuitate nobiscum participare.* Quasi dicat, nouitates, & singularitates fastidium Deo important.

809. Oleaster in Gen. c. 11. n. 5. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster in Genes. cap. 11. n. 5. *Quare descendit Dominus vt confunderet facientes ciuitatem, & turrim famosam?* Respondet, *quia volebant facere nomen suum singulare in vanitatibus.* Quasi dicat, ab ipso orbis initio dilexerunt homines singularitates, & semper vani facti sunt, quia fastidiosi Deo facti sunt quærentes vanitates, & singularitates, maximè inter illos, qui in communitatibus vitam gerunt, vbi oriuntur inuidiæ, rixæ, & perturbationes ex singularitatibus, quia vt in plurimum viliores, & imperfectiores, & illiterati fauoribus, cautelis, & exterioribus apparentiis anhelant solo motiuo singularitatis quæ filia legitima ambitionis, & inanis gloriæ est.

Vanitates ab initio mundi.

Singularitas ambitionis filia.

DIFFICVLTAS VI. ad mores.

Quomodo intelligatur, quòd Maria pannis infantem inuoluit?

QVæretur, An ipsa Virgo, & Mater filium suum primogenitum pannis eum inuoluit?

810. Hieron. citat. 1. RESPONSIO est Hieronymi citati, qui ait: *Nulla autem ibi obstetrix, nulla muliercularum solicitudo interfuit, ipsa pannis inuoluit infantem.*

811. Oleaster in Exod. c. 2. n. 3. Interrogat Oleaster, in Exod. c. 2. n. 3. *Quis artifex docuit matrem infantis Moysis, vt faceret arcam ex iuncis, vt intraret puerum, & in vndis maris proiicere?* Et respondet, *Mirabilis omnium rerum amor, qui matrem arcam facere qua puerũ poneret, docuit, quam pice, & cera bituminauit. Si igitur amor matrem Moysis ita solicitauit Ineffabilis Mariæ circa filium suum dilectio, quomodo non doceret eam Spiritu Sancto flante; vt filium suum suis manibus non obstetricis pannis inuoluere?* Quasi diceret, de singulari prudentia, & discretione Virginis circa ortum Domini, minimè credendum est, pannum, aut linteolum non supposuisse, vt non in nudam, sed ornatam pro suo modulo Vnigenitus Dei filius ex ea nascens descenderet terram. Vnde Albertus Magnus, *Loquens de pannis in quibus inuolutus fuit Dominus noster, ait: fuit hic habitus humilis, sed non extremæ vilitatis, mediocriter quidem temperauit. Ita vt non fuerit, neque ornatus, neque sordibus abominatus.* Quasi dicat extremitates, & apparentias, quæ sapiunt hæresim, fugere debemus; nam vt prudenter Bernardus ait; *Paupertatem semper dilexi, sordes nunquam.* Quasi dicat; valde timendi sunt viri, qui sordes, & viles vestes attennant, vt insipientium oculos rapiant. Quia vt Chrysostomus ait, hom. 8. *Ornatum non exquisitum intelligas, sed moderatum: hic enim ornatus habitus est, ille autem etiam fœdus.*

Nulla obstetrix in partu Virginis fuit.

Alber. Mag. hom. de nat.

Bernardus citat.

Chrysost. homil. 8.

812. Carthagen. noster homil. 9. Caietan. ad 3. p. D. Thomæ. Epiph. contra Arrian. hær. 39. Carthagen. citat. 2. RESPONSIO quam refert noster Carthagena hom. 9. qui ait, *ex authoritate aliorum, quod ministerio Angelorum infans Iesus positus fuit in præsepio.* Et Caietanus addit: *quod per ipsos Angelos fuit lotus.* Sed Sanctus Epiphanius. (Et quod certum est ait:) *Quod infans mũdissimus, omni ex parte nitidus, & elegans solis iubare splendidior ortus fuit.* Et addit Carthagena, *quod positus fuit in manibus Virginis infans] ministerio Angelorum quando ipsa ad æternum Patrem intentissimè orabat dicens: manifesta Deus meus thesaurum tuum in agro corporis mei absconditum, & pretiosam margaritã in concha carnis meæ latitantem: reuela mundo imaginem tuã, vt te agnoscat; egrediatur de creatura sua creator omnium; ex paruo riuo fons magnus; ex vasculo figulus, ex ramo radix virgulti; ex palmite vitis vera; sol ex stella oriatur sponsus de suo tabernaculo; ex nube mortalitatis sol iustitiæ, ex centro infinita sphæra, in qua mundus videat factorem suum, Angelus Regem, & caput suum diademate humanitatis coronatum; peccator Redemptorem, iustus iustificatorem, & tribulatus consolatorem.* Hæc & alia altiora, vt considerare debes, dulcissima Mater infanti, dum pannis eũ inuoluebat, dicebat, & oscula in pretiosissimo filio infigebat lætitiæ lachrymis perfusa, quia scriptum est de ea, *Diffusa est gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in æternum; quia à fidelibus, & Angelis Virgo Maria manibus plauditur hac nocte.* Ps. 44. n. 33.

Dulcissima verba, quæ virgo Mater, dum fasciis ligabat filiũ, dicebat.

813. S. Max. cit. in litter. Cap. de paupert. in regula fratrum Minorum. 3. RESPONSIO est Sancti Maximi, qui ait, *Videtis pauperes pannos, quibus inuoluitur infans? Plus enim æstimationis, & pretij fuerunt apud Reges, & Angelos, quam si cernerent pretiosissimis gemmis ornatos, & granatos. Hinc Seraphicus noster Parens Franciscus loquens de paupertatis perfectione ait: Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres hæredes regni cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit.* Quasi dicat, quæ margarita pretiosior est, quam virtus insignis à Deo sic exaltata? Igitur quo plus paupertate muniti, & ornati sunt, Minores fratres pretiosioribus gemmis, cœlo sublimioribus insigniti sunt, & tanquam portantes pretiosas vestes ornatas syderibus ab omnibus creaturis amantur, & desiderantur, quia paupertas imitatrix Christi pannis inuoluti, plus æstimatur apud Reges, & Angelos pretiosis vestibus gemmis ornatis.

Quare Franciscani tantũ æstimantur.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quomodo Virgo Maria infantem reclinauit in præsepio?

QVæritur, quare inter duo animalia positus est Dominus noster in præsepio?

814. Lyran. in litter. Abac. 3. n. 2. 1. RESPONSIO est Lyrani, vt adimpleretur quod per Abbacuc 3. dictum est: *Domine audiui auditum tuum, & timui, consideraui opera tua, & expaui in medio duorum animalium.* Vnde in sensu morali addit ipse Lyranus

L 2

Idem ad mores. nus eleganter, *Ecclesia filium parit in qualibet persona bona, quando opus bonum prius conceptum perducit ad effectum, & pannis inuoluit, cum ab humanis laudibus abscondit, & in praesepio declinat, quando ex opere non eleuatur, sed se magis humiliat.* Quasi dicat, cum D. Bernardo; *Mirabilem te apparere, & (contemptibilem reputari: hoc supra modum mirabile est,) vt hinc discant*, qui amore sui tantum laborant, & torquentur vt vile quidquid sapiant, aut operentur super omnes se existimant apparere, videríque, & aestimari laborant.

S. Bernard. suprà cit.

815. Aug. citat. 2. RESPONSIO Augustini, qui loco supracitato ait: *Ponitur in praesepio, vt sua natiuitate diuinitatem honoraret.* Quasi dicat, superioribus, aequalibúsque armis praeliari, & vincere non est difficile, sic diuinitate Diabolum praestare visum est, & ideo diuinitas quasi exhonorata remansit cum omnipotentia sua inimicum è coelo eiecit, sed paleis, & sagittis patuuli infantis draconem vincere, hoc est singulare insignéque virtutis, & suam diuinitatem honorare, non apparendo; sed occultando se in praesepio.

Daemonis opprobrium in praesepio Christus.

816. Plin. de nat. animal. Auctores citati à Carthagena hom. 9. Refert Plinius, & alij Auctores, *De vermiculo qui non alio quam tempore pluuiae nascitur, & cum a nullo foueatur ipse quaerens cibum naturali instinctu in caput Draconis conscendit, & aculeo suo ita graue vulnus infligit ei, vt continuo mortuus in terram concidat. Vnde serpentis spoliator vocatus est. Non aliter Christus Dominus, qui se vermem vocat* Psal. 21. n. 7. *Ego sum vermis, & non homo tempore illo pluuiae natus de quo* Is. 45. n. 8. *Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum, cum primum in Bethlehem quasi quodammodo à natura derelictus, in praesepioque positus antiquum serpentem quarit, vt caput eius confringat, & spolia, quae tyrannicè occupabat ab eo gloriosè eripuit. Vnde verius potest vocari spoliator serpentis, & tanto quidem gloriosior, quanto infantili aetate, & humanitate paupercula occulta diuinitate illam honorauit vincendo draconem, non hastam vibrans, neque potentia brachij sui, sed brachiis fascia ligatis victoriam consequutus est ligando canem Diabolicum, qui vt* Augustinus ait, *latrare potest, mordere non potest, vnde adimpletum est quod* Isaias c. 8. n. 4. dixit, *antequam puer sciat vocare patrem auferetur fortitudo Damasci.* Quasi dicat, occulta diuinitate, & honorata sola humanitas Christi, & in praesepio posita victoriam consequetur.

Ps. 21. n. 7. Isai. 45. n. 8. Vermis vocatus serpentis spoliator. Luc. 2. Augustinus cit. Is. 8. n. 4.

817. Cyrill. in caten. citat. 3. RESPONSIO est Cyrili citati, qui ait: *Reperit Dominus hominem factum bestialem in anima, & ideo in praesepio, loco pabuli ponitur, &c.* Quasi dicat, tam insensibiles, & irrationales facit homines consuetudo peccandi, vt quasi bestiales, non sapiunt quae Dei sunt, quia scriptum est, *Animalis homo non percipit quae sunt Dei*, Neque mirum si propter peccatum ad tam miserabilem statum peruenire solent, vt sint homines pabulum Diaboli, quia ex eius actionibus, & vitiis perpetuo satiatur.

1. Cor. 2. n. 14.

818. Oleaster in Gen. c. 3. n. 14. August. apud Oleaster. Interrogat Oleaster, *Quare iratus Dominus contra serpentem fallacem in poenam culpae suae dixit illi, terram comedes* Genes. 3. num. 14. Et respondit: Benè adnotauit Augustinus: *Verbum istud asserens hominem in peccati poenam factum fuisse Diaboli cibum. Quando enim serpenti dictum est, terram comedes, dictum etiam homini est, puluis es. Si ergo homo peccator puluis, & puluis serpentis cibus: ergo homo peccator serpentis est cibus. Vnde scriptum est Beemoth foenum quasi vos comedet, quia omnis caro foenum, & cibus Diaboli*; ideo quasi bestiales homines erant in praesepio, quando Christus nascitur, vbi illos inuenit, vt sua praesentia, & natiuitate ad coelestia reuocaret. Vbi etiam debemus aduertere, quot poenas dat vnum peccatum, & quomodo hominum iudicium transportat, si in se non reuertantur cito.

Iob c. 40. n. 10. Gregorius Leo Pap. Oleaster cit.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quid significant verba illa, quia non erat locus in diuersorio?

QVaeretur, quod est diuersorium vbi Christus ponitur?

819. Lyran. cit. 1. RESPONSIO est Lyrani, qui ait, *Quod extra ciuitatem Bethlehem erat receptaculum pro pauperibus, & quia ciuitas erat plena populo, & diuites occupauerant illam, ideo quasi pauperes Ioseph, & Maria ad locum illum se contulerunt.* Terribilis crudelitas diuitum in pauperes; sed terribilior potestas Dei ostenditur in spoliandis diuitibus, & locupletandis in aeternum pauperibus.

Paupertas deligenda.

820. Chrysost. in Ps. 135. Interrogat Chrysostomus in Psalm. 135. *Vbi potentia Dei plus manifestata fuit in mergendis Aegyptiis in mari rubro, cum in spoliandis Aegyptiis, & locupletandis Israëlitis?* Et respondit, *Inde pauperandis diuitibus magis ostendit potentiam suam: Et reddit rationem: Hoc fecit Deus volens omni ratione esse terribilis hostibus, & ostendere, quod & vi, & auctoritate possit omnia facere.* Quasi dicat, attendant potentes, & diuites, qui gloriantur in diuitiis suis, qui cum perierint, subitò non descendet cum eis gloria eorum, & pauperes consolationem habeant in miseriis suis; quia Dominus suscitat de puluere egenum, & de stercore eriget pauperes, vt in aeternum glorificentur.

Diuites superbi à Deo de pauperantur. Ps. 48. n. 7. 1. Reg. 2. n. 8.

821. Lyran. sua in Glossa. 1. Reg. 6. n. 6. Chrysost. cit. Transl. 70. Interrogat Lyranus, *Quare augures Azotiorum timentes potentiam Dei dixerunt* 1. Reg. 6. num. 6. *Nonne postquam percussus est Pharao, tunc dimisit eos?* Et respondit ex Diuo Chrysostomo cum translatione Septuaginta: *Nonne quando illuserunt eis dimiserunt eos; quia spoliatio diuitum, & locupletatio pauperum non tam vi quàm arte facta fuit ostentatio diuinae potentiae.* Quasi dicat, *Ita Deus cadendo Aegyptios, & seruando Hebraeos magnam quidem potestatem ostendebat, sed non tantum vt per illam suos aduersarios terreret, & expelleret quo volebat. At spoliando Aegyptios, & ditando Hebraeos tantam exhibuit auctoritatem, vt per illam aduersarios terreret. Neque mirum est, quia diuites plus timeant diuitias amittere quam vitam perdere, & ob hanc causam crudeles sunt in pauperes; quia existimant, & timent, ne deficiant illis diuitiae; ideò diuites in Bethlehem diuersoria occupauerunt, & pauperes Ioseph, & Mariam in stabulum abire permiserunt.*

Diuites plus timent diuitias perdere quam vitam. Lucae c. 2.

2. RESPONSIO

822. S. Ambros. citat.

2. RESPONSIO est Sancti Ambrosij, citati in littera, qui ait; *Noli æstimare quod cernis, sed quod redimeris agnosce.* Et addit, *plus Domine iniuriis tuis debeo quam opibus quibus in paradiso creatus fui.* Quasi dicat, homo considera cum diuitiis affluas malè aquisitis quantos innumerabiles defectus culpa detegat, & quod pauper, & nudus, si iustus est, intus mirabilis est: ideo Ambrosius ait, quod iniuriis frigoris, quibus infans in præsepio patiebatur plus debebat quàm fælicitatibus paradisi, vbi diues non recordatur miserorum.

823. Oleaster. in Gen. c. 3. n. 11.

Interrogat Oleaster, *Quare Adamum iam infelicem, & elementis sibi aduersis interrogauit Dominus, quis indicauit tibi, quod nudus esses?* Genes. cap. 3. num. 11. Et respondit, *Quia innumerabiles defectus culpa detegit, quæ iustitia occultabat: nam si pauper iustus est, etiam si innumerabilia peccata perpetrauerit, nemo illa iam considerat quin potius sunt illi ad gloriam mediante flagello paupertatis; in peccatore vero opulento, & diuitiis affluente, pauperibus non succurrente virtutes vertuntur in vitia: nam & si innumera sint opera vitiis operta nemo videt, nemo considerat, si crudelis in pauperes ostendatur peccator, quia sicut charitas operit multitudinem peccatorum: ita impietas virtutes morales non consideras; imo omnia in venenum crudelitatis conuertit.*

Crudeles in pauperes miseri.

1. Petr. c. 4. n. 8.

824. Nyssen cit. in litter. Luc. c. 1. n. 79.

3. RESPONSIO est Nysseni citati in littera, qui ait, *Cum speluncam videris in qua nascitur Dominus, subterraneam, ac lucis expertem hominum cogita vitum in qua versatur, his illuscescit, & apparet his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.* Quasi dicat: ô misera hominum conditio, qui in tenebris sedentes non considerant tempus visitationis suæ, neque lucem inaccessibilem, qua circundatus est infans, qui nascitur hodie, vt tenebras mentis suæ illuminet, discernunt. Sed ad punctum, quasi luce fulguris, cum tonitrum vident stupefacti manent. Et transacta tempestate obliuiscuntur timoris præteriti.

Peccatores faciles, & immemores.

825. Lyran. in 1. lib. Reg. c. 11. August.

Interrogat Lyranus, *Vtrum anima Samuelis apparuerit Sauli*, 1. Reg. 11. Et respondet ex Augustino, *Quomius enim tunc anima Samuelis aduenisset; phantasticum autem esset corpus, quod assumpsisset. Sic multi sunt peccatores, qui quamuis luce resurrectionis peccati illuminati sunt, tamen phantastica est eius resurrectio. quia ad tempus elucescunt, & sicut in præsepio tenebroso anima sua nascitur infans, sed cito radius lucis extinguitur, quia iterum sunt sedentes in tenebris, & in vmbra mortis peccati.*

826. Chrys. hom. 29: epist. ad Hebr. S. August. tract. 10. de verb. Dom.

Vnde Chrysostomus homil. 29. suæ epistol. ad Hebr. *Non oportet exordia sola habere clara, sed finem clariorem.* Et D. Augustinus de Verbis Domini, tract. 10. *Perseuerare in gratia Dei, aut laboriosum, aut non: quod si laboriosum est, debemus vobis præmium ante oculos proponere, sin minus grauissimam incurrimus reprehensionem, si non perseueramus.* Et D. Gregorius, *Non est absolutus debitor, qui multa, sed qui totum reddit, neque ad brauium victoriæ peruenit, qui in magna parte spectaculi currit, si iuxta metas veniens in hoc quod est reliquum deficit; qui ergo vitam æternam quærimus, quid aliud quam quadam itinera agimus. Sed quid prodest, quod carpimus multa, si ea quæ ad perueniendum, restant, negliguntur.* Quasi dicat, parum interest in spelunca intellectus nostri Verbum Incarnatum per fidem contemplari, & adorari, si voluntas tenebrosa remaneat prætextu, vel occasione iterum peccandi. Vnde Cæsarius Arelatensis hom. 15. *Omnis prosperitas, aut fælicitas in fine consistit. Ideo Rex Iosias, vt idola penitus aboleret omnes idololatrandi occasiones radicitus abstulit* 4. Reg. 23. *Et Ezechias, aneos serpentes, quos populus venerabatur confregit, & Moyses vitulum aureum quem adorauerunt filij Israel, ne iterum populo relinqueretur occasio iterum idola colendi, neque puluerem relinquit, sed potandum illum præbuit, vt penitus è memoria idolum excideret,* Numer. cap. 4.

Greg. lib. 22. mor. c. 6.

Cæs. Arelat. hom. 15.

4. Reg. 23.

Occasiones omnino tollendæ.

Numer. c. 4.

827. Oleaster in Gen. 3. n. 3.

Interrogat Oleaster, *Quare Eua dixit serpenti, quod præceperas illis Deus, quod non comederent ex arbore vetita, neque tangerent ex ea.* Sic legit Pagninus. Gen. c. 3. Et respondit, *hoc de suo addidit fœmina ad exaggerandam prohibitionem, aut potius pius Pater precepit non tangere (licet scriptum non sit;) solet Deus vias ad peccandum, seu initia præcludere, ne contingat peccare.* Quasi dicat, fragilitas humana tam leuis est ad malum operandum vt omni studio, quælibet leuis occasio sit auferanda si exire de tenebris, & clarescere radiis infantis nascentis in spelunca cordis nostri, verè desideramus.

Translat. Pagnin.

Occasiones euitandæ penitus.

TRACTATUS XXV.
AD LITTERAM,
In Caput II. Lucæ,

De apparitione Angelorum ad Pastores.

TEXTUS.

8. ET Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. 9. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. 10 Et dixit illis Angelus: nolite timere; ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. 11. Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate David. 12. Et hoc vobis signum inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. 13. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium. 14. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

EXPLICATIO *Litteræ.*

828. *Pastores Palæstinæ hyeme cubant in campo.* IN Regionibus calidis etiam hyeme Pastores solent stabulare. Vnde translatio Græca ait: *Stabant Pastores in agro stabulantes, & custodiebant vigilias noctis; quia more militari est, & fuit antiquissimus mos in quatuor vigilias noctem impartiri.* Neque contemnenda est opinio, quæ asserit, quòd hæc apparitio Angelorum ad Pastores fuit quarta noctis vigilia. Distabant autem Pastores cum gregibus suis à ciuitate Bethlehem non procul, *vt Sanctus Hieronymus ait, mille passus.*

829. Bernardus. Beda Recentiores. De numero Pastorum, sunt qui cum Beda, & Bernardo dicant, *Quod fuerint tres: Sed meo videri isti erant maiorales: nam rustici seruientes plures erant, quia necesse fuit, vt remanerent cũ gregibus Pastoribus abeuntibus in Bethlehem:* Hieron. de nom. Hebr. Et addit Hieronymus: *Quod locus vbi pascebantur greges, erat vbi Iacob pauit greges suos, & vidit mirabilia Dei,* Genes. 35. p. 21. Genes. 35. num. 21. Hugo addit, *Erant Pastores vigilantes, & custodientes semetipsos, quia reuera lupi rapaces, & bestia fera Palestina etiam in homines prædam faciunt.* S. Bonau. in Luc. c. 2. Noster autem Sanctus Bonauentura addit, *Quod apparuit Angelus Pastoribus vigilantibus, quia nullum tempus ad beneficia recipienda aptius, quam dum medium silentium tenent omnia, & nox cursum suum peragit.*

830. Cyprian. diat. Et ecce Angelus Domini. Communis est opinio cum Cypriano, *Quod Angelus fuit Gabriel, quia ad summa mysteria annuntianda summum Angelum venire dignum erat,* vt Gregorius in homil. insinuat, & tam mysterium Incarnationis illi à tota Trinitate commissum erat. Charitas autem, quæ Pastores circumdedit, non est distincta à luce qua supernaturales res manifestat Deus, & ab illa qua hodie in militante Ecclesia refulsit in amicos Dei. Luc. 2.
Beda subtile aduertit, *Quod nusquam Angeli vsque hodie splendidi in terra apparuerunt.* Beda in Catena.

Nolite timere. Modus est visitatus, cum Angeli cum hominibus loquuntur, vt matri Sanson contigit, & mulieribus ad monumentum plorantibus, ecce euangelizo vobis gaudium magnum. Græcè scitum est quod Euangelium idem est quod bonum nuntium, & quia gratia, & gloria hominibus datæ sunt per Euangelium ideò dicitur annuntio vobis gaudium magnum, quod erit vniuerso populo. 831. Iud. c. 13. n. 4 Marc. 16. n. 6. Translat. Græco.

Et subitò facta est multitudo cælestis, id est, apparuit exercitus Angelorum turmatim in aëra volitando, & ad choros diuersos cantando, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus.* Solum dubium potest esse, quomodo rustici Pastores, per vnum signum, quod Angelus dedit eis, scilicet, *Inuenietis infantem positum in præsepio potuerunt illum inuenire?* Sed facile cum Bonauentura respondetur, *Quod claritas Dei non fuit limitata, & illa vsque ad locum vbi puer erat in præsepio illuminauit illos,* Vel vnus Angelus dux, & digitus illis fuit, qui patenter locum ostendit, vel per internam inspirationem. Et verius quia claritas, & chorus Angelorum super domum, & præsepium vbi erat 832. Lucæ c. 2. *Musica in cælo & terra grata Deo.* Bonau. in Luc. c. 2. *Signum magnum super Bethlehem apparuit.*

erat infans Iesus, visibiliter apparuit illa sacratissima nocte. Reliqua in difficultatibus, disputabuntur.

TRANSLATIONES cum vulgata circa textum.

Vulgata editio. 1. Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias sub gregem.

Translatio Græca. 2. Et Pastores erant in agro stabulantes, vel rusticantes.

Translatio Vatabli. 3. Et Pastores erant in eadem Regione excubantes, & agentes custodias noctæ.

Euthymius. 4. Et Pastores erant in illa Regione tibia, vel fistula canentes.

Hieronymus epistol. ad Eustochiū Virg. 5. Et Pastores erant non procul ad turrim Ader, id est, gregis, iuxta quam Iacob pauit greges suos.

Arias Montanus. 6. Et Pastores erant in agro agentes, & custodientes custodias noctis.

Translatio Syriaca. 7. Et custodiebant Pastores custodias noctis super greges suos.

Tertullianus de carne Christi. 8. Et seruabant pecora Pastores.

Lyranus sua in Glossa. 9. Et simplices Pastores, & absque cautelis malitiæ erant occupati in suo officio.

Caietanus. 10. Et Pastores erant in agro stabulantes, & morabantur circa ouile aggreste.

DIFICVLTAS I.

Quare vigilantibus Pastoribus Angelus apparuit?

QVæritur, quare Angelus non in somnis sicut Ioseph, sed vigilantibus Pastoribus apparuit?

833. S. Ambros. in Cathen. S. Thom. 1. RESPONSIO Ambrosij in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *Videte quemadmodum diuina Curia fidem astruat. Angelus ad Mariam, Angelus Ioseph, Angelus Pastores edocet.* Quasi dicat, qui docet vigilantes, quærit non dormientes, & benè credentes, quia attentos debent esse, non aduersos vel diuersos, vt Augustinus dicit. Augustinus

2. RESPONSIO est Chrysostomi, in Catena, qui ait: *Ioseph quidem in somnis apparuit Angelus; pastoribus autem visibiliter, quasi rudioribus.* Quasi dicat. Angelus non iuit Hierosolymam, non requisiuit scribas, & Pharisæos, erant enim corrupti, & præinuidia cruciabantur. Sed hi erant sinceri antiquam conuersationem Patriarcharum, & Moysis colentes, est autem quædam semita ad philosophiam perducens innocentia. 834. Chrysost. in catena *Innocētia semita calorū.*

3. RESPONSIO Ambrosij approbans prædicta serm. 13. *Mirandum non est, si Christi gratiam ante scire meruit innocentia quam potestas, & prius cognoscere veritatem simplex rusticatio, quàm superba dominatio.* Quasi dicat, fundamenta Euangelicæ prædicationis necessario simplicibus Pastoribus reuelanda erant; quia mysteria suprema piscatoribus idiotis, & sine litteris paruulis, & minoribus reuelanda erant. 835. Amb. ser. 13. Matth. 11.

4. RESPONSIO S. Bonauenturæ: *Ad Pastores Deus promptam inclinationem semper habuit in veteri testamento, & iste viuendi modus multum Deo placuit.* Quasi dicat, quamuis Deus non est personarum acceptor, tamen quia Abel, *Pastor erat, & Iacob eos multum dilexit. Esau autem, & Cain odio habuit, neque ad eius munera respexerit, quia peccata sua nihil aliud meruerunt.* 836. S. Bonau. in Luc. c. 2. Gen. cit. supr.

5. RESPONSIO Augustini lib. 1. c. 3. de mirabilib. Sacræ Scripturæ, *Christus agnus est, & ideò conuenienter Pastoribus natus agnus denuntiatur.* Quasi dicat, pares cum paribus facilius congregantur, Pastores non habebant fel amaritudinis, & malitiæ, sicut agnus Dei, & ideo ad illos primo se ostendit. 837. S. August. de mirab. Sacr. Script. lib. 1. c. 3.

6. RESPONSIO est Lyrani, qui ait: *Pastoribus solent fieri diuinæ reuelationes, & consolationes, & non hominibus in sapientia huius mundi, quæ stultitia est, apud Deum solum occupatis.* 838. Lyran. sua in Glossa

7. RESPONSIO Bedæ in Glossa, qui ait: *Nato summo Pastore Pastores ab insidiis noctis gentium greges more pecudum vigilanter defendunt, & in aulam Dei congregant. Quibus benè vigilantibus Angelus apparet, & eos claritas circumfulget; quia illi præ cæteris videre sublimia merentur, qui solicitè fidelibus præsunt super quos diuina gratia largius coruscat.* 839. Beda in Gloss. ord.

8. RESPONSIO Interlinealis in Glossa: *Grex populus, nox sæculum, Pastores Sacerdotes, vel etiam Angeli attendite vobis, & vniuerso gregi*; quia Pastores debent populis sinceris reuelare mysteria fidei; quia sunt Angeli Dei, qui aliis præsunt, & semper vigilantes debent semper assistere. 840. Interlin. in Glossa.

***

DIFFICVLTAS II.

Ad quid Angelus stetit iuxta Pastores & quæ lux illos circumfulsit?

841. QVæretur, quomodo dicitur quod Angelus stetit iuxta Pastores, & quomodo claritas circumfulsit illos?

Lyranus sua in glossa. 1. RESPONSIO est Lyrani sua in glossa, qui ait: *Stetit Angelus paratus ad reuelandum eis diuina. Sed quomodo stetit iuxta Pastores non explicat, si forma corporea, visibili, vel per aera volitando.*

842. Maldonat. in Euang. Luc. 2. 2. RESPONSIO est Maldonati, qui ait; *Significatur enim, quasi de cœlo repente superuenisse & supra Pastores sublimem constituisse.* Quasi dicat, Pastores supra se viderunt speciem hominis speciosi luce fulgentis, & vocem eius audientes, timuerunt.

843. Auctoris sententia. *Deus nõ parum fauet, quos diligit.* 3. RESPONSIO. Sed mea sententia est, quod stetit Angelus Gabriel in medio Pastorum claritate circumfusus & non solum voce sermonis, sed etiam diuinæ lucis claritate ortum felicissimum annuntiauit. Vnde cum pauor increuerit, Angelus non solum sedauit terrorem, sed alacritatem infundit.

844. Beda in Glossa. 4. RESPONSIO ad quæsitum de luce, qua Pastores perfusi sunt sit Bedæ citati, qui ait: *Ex omni parte illorum fulsit claritas, & radios sui luminis aspersit, quod in tota veteris testamenti serie non inuenitur. Consonat autem*, quia Apostolus ait: *nox præcessit, dies autem appropinquauit, abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis*, ad Rom. cap. 13. num. 12. Ad Rom. c. 13. n. 12. Quasi dicat: Angeli in veteri testamento non lucem monstrauerunt, sicut ex hac natiuitate iam incipiunt clarere coram hominibus: nam Iudic. 13. n. 3. vt supra diximus, Matri Samsonis apparuit Angelus & timuit illa propter inaccessibilem gloriam, & lucem Angeli. Exod. 3. n. 1. Et Moysi Angelus in monte Sinay locutus est, & ex consortio eius apparuit facies eius splendida, & hæc est multorum Doctorum sententia.

845. Lyran. nostes sua in gloss. *Angelus fuit qui apparuit Moysi.* 5. RESPONSIO sit Lyrani, qui ait, *Claritas Dei circumfulsit eos, non tantum exterius, sed etiam interius in mente.* Quasi dicat, vt timorem Angelus à Pastoribus expelleret, prius claritas Dei intus lætificauit corda eorum, postea exterius, vt non parui penderent factum, quod iam insolitum videbatur, neque crederent fuisse otiosum, quod tanto declarabatur lumine claritatis.

846. S. Bonauentura in Luc. cap. 2. 6. RESPONSIO sit nostri Sancti Bonauenturæ in Luc. cap. 2. qui ait; *In hoc ostendit Angelus familiaritatem, & humilitatem, qua Angelus condescendit homini, & stat illi vt adiutor.* Quasi dicat, *claritas Dei, vel gloria Dei*, Bern. serm. 5. de dedicat. Eccles. vt Bernardus serm. 5. de dedicatione Ecclesiæ dixit; non terreat iam vos, sed frater, quod ex quo verbum caro factum est, & habitauit inter homines, iam omnes sumus conserui, & ministri mandatorum eius, ideo ad terram descendimus, vt fraternitatem, & humilitatem profiteamur, Apoc. 22. n. 9. ex quo in Apocalypsi 22. n. 9. non permisit Angelus à Ioanne adorari.

7. RESPONSIO Bedæ in catena Sancti Thomæ, qui ait: *Claritas circumfulsit Pastores, quia crebris infantia Saluatoris, Angelorum præconiis, nostris altius cordibus, quid pro nobis factum sit, infigatur.* Quasi dicat, iam Angeli luce sua circumfusi præcones sunt mirabilium Dei, vt talia ineffabilia Sacramenta radicitus in cordibus infigantur. 847. Beda in cat. S. Thom.

8. RESPONSIO Origenis in caten. Sancti Thomæ, *Venit Angelus nato Domino ad Pastores stola claritatis indutus, vt annuntiaret hominibus, quod verus esset Pastor exortus.* Quasi dicat, lætentur cœli, & exultet terra, quia venit Dominus in mundum vt claritatis lætitia omnia repleantur; quia ante aduentum Domini Angeli parum poterant commissis sibi vtilitatis afferre. Vix enim aliquis, inquit Origenes citatus, ex singulis gentibus credebat in Deum nunc autem omnes populi ad fidem Iesu accedunt. 848. Orig. in cat. S. Thom. *Pastor Christus nunc earum omnium ex die natiuitatis suæ.* Origen. cit.

DIFFICVLTAS III.

Quare Angeli gaudium magnum Pastoribus annuntiarunt?

QVæretur, quod gaudium sit iam magnum, vt rusticis pastoribus tantum lætificet. 849. Lucæ 2. Beda in glossa.

1. RESPONSIO sit Bedæ in Glossa, qui ait, *Fidelium de cunctis diuersitatibus gentium congregando æternum gaudium nuntiatur.* Quasi dicat: ô Pastores fœlicissimi, qui primitias ineffabilis gaudij estis portaturi omni populo, omni genti, & testes fide digni omni credenti permansuri estis in æternum.

2. RESPONSIO est Sancti Augustini serm 13. de tempore, tom. 10. qui ait: *Merito hodie lætati sunt cœli, gratulati sunt Angeli, Pastores iucundati, Magi inuitati, Reges turbati, Martyres coronati, Dæmones effugati.* Quasi dicat, quomodo non gaudium magnum, quod commune est omnibus creaturis? 850. Aug. ser. 13. de temp. tom. 10.

3. RESPONSIO est Caietani, qui ait: *Vobis quidem annuntio, sed non erit proprium vobis, sed commune omni populo gaudium magnum.* Quasi dicat, annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, non Bethleem, aut Israël, sed absolutè, vt intelligamus omni populo mundi; in omni enim mundi populo saluantur aliqui habentes gaudium magnum de natiuitate Christi. 851. Caietanus in Euang. *Ex omni lingua & natione saluantur aliqui.*

4. RESPONSIO Maldonati, qui ait; *Tres causas Angelus reddit, quare Pastores timere non debebant quod illis gaudium (id est, bonum nuntium, hoc est Euangelium) nuntiaturus erat, quod non priuatum sed publicum, & commune omni populo futurum erat, quod non aliis, sed ipsis id annuntiaret, quod magni, singularisque erat beneficij.* Quasi dicat, nuntium bonum ego Angelus Domini affero mundo. Postea vos Pastores primi eritis prædicatores totius orbis. 852. Maldonat. in Euang. *Pastores primi prædicatores.*

5. RESPONSIO Simonis Cassiani lib. 1. cap. 7. *Pro voluntaria culpa gaudium in Paradiso amissum fuit, nunc in gaudium redit ipsa corrupta, & mutata natura in natiuitate Saluatoris.* Quasi dicat, *Pastores lætitiam perditam per gau-* 853. Cassian. lib. 1. c. 7.

dium

dium serpentis mundo annuntiant, quia ipsi colubrum absconditum & latum de fraude facta quæ- Gen.3. *sierunt, & de cauernis terræ exierunt, & lætitiam, & gaudium totius mundi notificauerunt, & versa est in luctum cithara eius.*

DIFFICVLTAS IV.

Quare Angelus dedit pro signo Pastoribus infantem positum in præsepio.

854. QVæretur, quare signum, tantæ humilitatis ab Angelo datur?

Interlin. gloss. 1. RESPONSIO sit Interlinealis, *Signum salutis fidelibus humilitas Saluatoris, quæ est opposita superbiæ per quam mors in mundum intrauit.*

855. Lyranus sua in glossa. 2. RESPONSIO nostri Lyrani, *Per hoc quod Angelus dedit eis signum magnæ humilitatis, & paupertatis significatum fuit Pastoribus, quod non venerat ad regnandum temporaliter, vt Scribæ Iudæorum credebant Christum venturum.*

856. Caietan. in Euang. 3. RESPONSIO Caietani, *Signum fuit, inuenietis puerum pannis inuolutum, & præsepe notorium, quia vere omnia diuina dispensat sapientia; naturalibus hominibus signum dedit sensibile, quod in promptu reperirent, quod dicebatur.* Quasi dicat, Pastores erant, & signa debebant esse materialia, vt præsepe & infantem pannis inuolutum. Et ideo Sanctus Bonauentura dixit: *Pastores erant pauperes, & simplices & contemptibiles; ideo vt non timerent accedere datum est signum paupertatis.*

Paupertas ianua Christi fuit. S. Bonauent. in Luc.2.

857. Beda. 4. RESPONSIO Bedæ, *Signum nati Saluatoris datur infantem non Tyrio exceptum, ostro, sed pannis squalentibus inuolutum, non in ornatu auro, stratorum, sed in præsepibus inueniendum.* Quasi dicat, Angelus signum, quod vobis dedit, est, quod inueniatis & cognoscatis infantem, & non mihi credatis, si sic non inueniatis squalentibus pannis inuolutum.

858. Maldonat. in Euang. 5. RESPONSIO est Maldonati, qui ait, *Signum quod Angelus tradit in eo consistere, quod futura prædicat, fore vt cum eò Pastores venerint infantem in præsepio positum inueniant, quod nisi à Deo missus fuisset, scire non potuisset.* Quasi dicat, etiam si nunc de præsenti positus sit in præsepio, tamen scire futura, id est, quod quando adirent Pastores Mater eius, vel Ioseph, vel alter non immotauerat locum, hoc non erat in potestate humana scire. Hoc multum non Syluest. tom.2. placuit Syluestro, si vere exemplum de Samuele Sauli datum pro signo placet, & explicat mora- 1.Reg. c.10. n.2. liter bene. 1.Reg.cap.10.n.2. vt videre est apud vtrumque doctum & insignem Auctorem.

859. 6. RESPONSIO est taciti Auctoris citati à Maldonato, *Quod signum hoc tanquam veritas debuit figuræ correspondere, & in veteri testamento duos potissimos homines Christi figuram fuisse; sed non narrat, neque declarat quomodo & qualia signa fuerunt.*

860. Lyranus sua in glossa. 7. RESPONSIO Lyrani, *Qui diffusè signum declarat dicens: in veteri testamento, duo saluatores Iudæorum imperfecti tamen præcesserunt. Primus fuit Moyses, qui liberauit eos de seruitute Ægyptiorum*, vt habetur Exod.cap.13, Exod.c.13. n.13. *Secundus fuit Cyrus, qui liberauit eos de captiuitate Babylonica*, vt habetur 1.Esdræ cap.1.n.3. 1.Esdr.c.1. *Et vterque natus fuit in magna paupertate*, sicut patet de Moyse Exod 2. *Quod inuenit eum filia* Exod.2. n.3. *Pharaonis in flumine positum in fiscella iuncea.* Similiter de Cyro dicitur in Ecclesiast. historia Hist.Eccles. super Danielem, *Quod Astiages Rex Medorum* sup Dan. *& Persarum vidit in somnis vitem nascentem de vtero filiæ suæ totam Asiam occupantem & à coniectoribus, fuit sibi responsum, quod visio illa significabat ex ea puerum nasciturum, qui occuparet Regnum Medorum, & Persarum. Quod cum Pater audiuit dedit filiam suam pauperi militi in matrimonium, & infantem ex ea natum iussit occidere sed Pastor quidam abscondit, & nutriuit eum, & postea fuit Rex Medorum, &* Hist.Cyri narrata à Lyra. *Persarum, & iste Cyrus liberauit populum Israel.* Cum igitur figura & figuratum debeant habere correspondentiam, & prædicti duo, qui fuerunt figuræ Christi, in maxima paupertate inuenti fuerunt in sua natiuitate, signum conueniens, & correspondens figuræ dedit Angelus Pastoribus de Christi natiuitate dicens: inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Hæc Lyranus qui addit, & credendum est, quod Pastores hoc intellexerunt illuminati. *Moyses, & Cyrus figura Christi.*

DIFFICVLTAS V.

Quomodo multitudo cælestis facta est cum Angelo?

QVæretur, quomodo facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis? 861.

1. RESPONSIO est Interlinealis, quæ ait, Interlinealis. *Ne parua Angeli vnius videretur authoritas.* Quasi dicat, ad confirmandam fidem in Pastoribus apparuit multitudo cælestis militiæ.

2. RESPONSIO Bedæ, qui ait: bene in 862. Apocalypsi dicitur cap. 19. n. 11. *Et ecce equus* Beda in Luc. *albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis,* Apoc.19. n.11. *& verax, & exercitus, qui sunt in cælo sequebantur eum.* Quasi dicat, vbi est dux, ibi milites debebant assistere: sic exercitus Angelorum Pastoribus Ducem suum demonstrat, & ipsi sequuntur.

3. RESPONSIO Caietani. *Hic apparet,* 863. *quod in corporali specie affuit multitudo cælestis* Caietan. in Euang. *militiæ, & dicitur cum Angelo, vt confirmetur, quod diximus Angelum in aere substitisse.* Quasi dicat, completa euangelizatione Angeli subito apparuit multitudo Angelorum laudantium Deum propter beneficia hominibus exhibita.

4. RESPONSIO Chrysostomi in catena 864. S.Thomæ: *Olim quidem Angeli ad puniendum* Chrysost. in caten. S.Thom. *mittebantur, puta ad Israelitas, ad Dauid, ad Sodomitas ad gemituum conuallem: nunc è contra canunt in terra gratias agentes Deo, eo quod suum descensum ad homines eis reserauit.* Quasi dicat, *Angelorum punitiones.* *Angeli amore afficiuntur ineffabili pro hominibus, & cum iam Dominum suum placatum intuerentur, subito multitudo cælestis exercitus venit ad conuersandum cum hominibus.* 865.

5. RESPONSIO Cypriani lib. de natiui- Cypr. lib. de nat. Christi. tate

tate Christi, *Multiplicantur testes, militia cœlestis conclamat, credit Pastorum cuneus, & exultat.*

866. 6. RESPONSIO Bedæ in Lucam, *Vno euangelizante nuntio in carne Deum, mox multitudo cœlestis aduolans consono in laudem Creatoris ore prorumpit, vt & sui, sicut semper, obsequij deuotionem Christo impendat, & nos suo pariter instituat exemplo; quoties vel aliquis fratrum sacra eruditionis verba insonuerit, vel ipsi lecta, vel audita, quæ pietatis sunt Deo statim laudes ore, corde, & opere reddendas.*

Beda in Luc. 2.

Beneficia ingentia habere Doctores, & Prædicatores.

867. 7. RESPONSIO Maldonati, *Quod ait Euangelista multitudinem Angelorum cum priori Angelo factam fuisse, interpretari possumus, aut multos alios è cœlo venisse Angelos, qui ante non venerant,* vt Beda, & Euthymius intelligunt, *aut (quod magis probo) multos alios Angelos, qui ibi antea cum Angelo fuerant; sed neque apparebant, neque audiebantur, aut apparere, aut audiri certe cœpisse.* Et dicitur subito, quia de improuiso apparuerunt.

Maldonat. in Euang.

Beda Euthym.

Repente fauet Deus suis.

868. 8. RESPONSIO Lyrani sua in glossa, qui ait, *Facta est cum Angelo &c. qui tanquam principaliter inter alios nuntiauerat Christi natiuitatem, & dicitur, quod facta est multitudo Angelorum, qui nomine militiæ designantur, quia pro salute hominum Angeli cum Dæmonibus præliantur,* secundùm quod dicitur Apocal. 12. n. 7. *Michael præliabatur cum dracone.* Quasi dicat, militia vocantur & exercitus cœtus Angelorum, quia semper sunt parati ad præliandum pro defensione animarum, & infatigabiliter inuigilant, quia desiderant ruinam cœlorum videre completam.

Lyranus sua in glossa

Apoc. 12. n. 7.

Angeli vt quid milites vocantur.

869. 9. RESPONSIO S. Ambrosij in glossa. *Bene Angelorum nominantur exercitus, quia sequebantur militiæ ducem qui contra malignos spiritus ad tutelam nostram Angelorum ordinat exercitus.*

Ambros. in gloss.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicatur gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis?

870. QVæretur, quare Angeli dixerunt, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis?

1. RESPONSIO Bedæ in glossa, *Quia vero Deus & homo nascitur, hominibus pax cum ipsis Angelis, Deo canitur gloria, qui ab Angelis pro nostra redemptione glorificatur.* Quasi dicat, non cessat exercitus Angelorum laudes Deo impendere glorificando eum pro nostra salute æterna.

Beda in glossa.

Angelorum beneficia.

871. 2. RESPONSIO Sancti Titi in Glossa, qui ait: *Indicat Deum, qui ante illorum (id est Angelorum) gloria erat, qui degebant in supremis, nunc eorum pacem effectum esse.* Quasi dicat, *Christus qui factus est nobis pax bonaque voluntas, illos qui in cœlo, & qui versantur in terra, vnum gregem absolutè palam ostendit.*

S. Titus in Glossa.

3. RESPONSIO Lyrani. *Gloria in altissimis Deo; quia licet eius gloria vbique reluceat, maximè autem in cælo empyreo, vbi est Angelorum, Beatorumque habitatio.* 872.

Lyran. nostre sua in gloss.

4. RESPONSIO Bedæ, *Et in terra pax hominibus, quando peccando eramus à Deo extranei, extraneos nos Angeli deputabant; sed quia cognouimus Regem nostrum, recognouerunt nos Angeli ciues suos, & timet Angelus adorari à natura humana, quam in suo Rege considerat.* Quasi dicat, mira recognitio humilitatis Angelorum est, quia gloriam Deo cantant, eo quod reuerentur homines propter naturam humanam, quam verbum diuinum assumpsit. Vnde Bernard. serm. 4. *Fortè Angeli homines se demonstrant, quia ruentibus cæteris per superbiam, ipsi in humilitate steterunt.* Quasi dicat, contremiscunt Angeli boni considerando ruinam malorum per superbiam, & ideo gloriam in altissimis canunt propter humilitatis excellentiam. 873.

Humilitatis exemplum.

Bern. serm. 4 de natiuit.

5. RESPONSIO Sancti Irenæi lib. 3. c. 2. qui ait, *Glorificauerunt Angeli Deum, qui est factor supernaturalium, & eorum, quæ sub terra sunt, & qui suo plasmati, id est hominibus salutem de cœlo misit.* 874.

S. Iren. lib. 3. c. 2.

6. RESPONSIO sit Bonauenturæ, qui ait: *Angeli laudant Deum propter opus sanctis factum, in quo demonstratur sublimitas, bonitas, sapientia, potentia, & iustitia.* 875.

S. Bonauentura in Luc.

7. RESPONSIO Bedæ in catena Sancti Thomæ, qui ait: *Quibus autem hominibus pacem poscant, exponunt dicentes bonæ voluntatis, scilicet, qui suscipiunt natum Christum; non enim est pax impiis, sed pax multa diligentibus nomen Dei.* 876.

Beda in cat. S. Thom.

8. RESPONSIO Origenis in catena: *Sed dicet lector, quomodo Saluator dicit, non veni pacem mittere super terram, & nunc Angeli de eius natiuitate cantant in terra pax hominibus; sed hoc quomodo pax esse dicitur in hominibus bonæ voluntatis? soluit quæstionem: Pax enim, quam non dat Dominus super terram, non est pax bonæ voluntatis.* Quasi dicat, pax, quæ inter sceleratos, & omissionum plenos mundus dat contra legem Dei, & bonos mores non est pax, quia scriptum est, *Pax, pax, & non erat pax,* quia pax illa procedit ex mala voluntate. De hoc latius ad mores: quia vt Augustinus dicit 13. de Trinitate; *Pertinet enim iustitia ad bonam voluntatem.* 877.

Orig. in cat. Matth. 10. n. 34.

Pax peruersorum.

Ierem. 6. n. 14.

August. 13. de Trinit.

9. RESPONSIO nostri Lyrani; *Per bonitatem enim voluntatis dicitur homo simpliciter bonus magis quam per bonitatem aliarum potentiarum animæ, quia voluntas mouet alias potentias ad actus suos; & ideo bonitas eius, vel malitia redundat in omnes alias potentias, sicut influentia causæ mouentis in motis ab ipsa: malis autem hominibus non est pax,* Isai. 48. n. 22. *non est pax impiis, & hæc pax per Prophetas prædicta futura in aduentu Christi erat pax interior bonæ voluntatis,* qui vt Prouerb. 12. n. 21. dicitur, *non contristabit iustum quidquid ei acciderit.* Quasi dicat, *pax peccatorum peribit, & non durabit, pax iustorum non commouebitur. Quia iustus quasi leo sine terrore erit.* 878.

Lyran. sua in glossa.

Isai. 48. n. 22.

Prou. 12. n. 21.

Prou. 22. n. 1.

TRACTATVS

TRACTATVS XXVI.
AD MORES,
In Cap. II. Lucæ.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare vigilantibus Pastoribus Angelus apparuit?

879. QVÆRITVR, quare Angelus non in somnis, sed vigilantibus pastoribus apparuit?

Ambrof.cit. in littera. 1. RESPONSIO fuit Sancti Ambrosij, qui ait: *Videte, qualiter diuina Curia fidem vigilantibus astruat, &c.* Quasi dicat: *Aulicos huius infælicissimi sæculi non attentos, sed semper diuersos reperies.* Ita vt neque Angelos euangelizantes audiunt. Vatabl. in Scholiis ad Isai. 13. n. 22. In Scholiis Vatabli ad explicationem loci Isaiæ 13. n. 22. dicitur sic: *Tunc videbitur cœlum tremere, & terra moueri loco suo horrore eorum, quæ geruntur.* Theodor. in Ps. Et interrogans Theodoretus: *Quæ causa tanti periculi? quæ occasio tanta nouitatis, & flagelli Dei?* Respondet translatio Vatabli, *alternis canent bubones in magnificis eorum, & dracones in Palatiis voluptuosis.* Vulgata legit, *in delubris voluptatis Syrenæ.* Quasi dicat: væ terræ, cum ad infælicissimum statum perueniat, quod habeāt impij aulici habitantes in Palatiis suis, Syrenas, quarum incantamenta, & blandimenta fœminina. Lucæ 2. Ita Principes à veritate auertunt, quod Sacramenta, & nuntia bona, quæ Angeli & Prædicatores exclamant, non solum vigilantes audiunt vt Pastores, sed ridiculosè spernunt. Timeant igitur huiusmodi peccatores, quia Syrenæ, bubones sunt, aues tristes, & infælicissima nuntiantes.

880. Idem Theodoretus in Ps. 57. n. 5. & 6. Theodor. in Ps. 57. n. 6. *Aulici in diuinis rustici sunt.* *De his aulicis non attentis, sed aduersis, vel diuersis ait: furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas.* Et addit Theodoretus: *Surdescunt, non per naturam, sed per malitiam; aures enim habent ad ludicra apertas, clausas ad audiendas laudes Dei.* Chrysolog. sup. citat. Vnde Chrysologus de istis aulicis ait: *Eliminat à Palatiis adulatio veritatem.* Quasi dicat: ita pessimum est peccatorum genus, qui se admoneri à prædicatoribus, neque ab Angelo Dei patiuntur. Cum tamen adulationes, vanitates, & innumerabilia mendacia, fictiones, & fallacias perpetuo vigilanter attendunt, & ad sacra eloquia scripturasque intelligendas quasi rusticantes sopitent.

2. RESPONSIO est Chrysostomi, qui ait, 881. *Quod Angelus non Hierosolymis ad Scribas iuit,* Chrysost. citat. *quia inuidia torquebantur, sed ad Pastores rusticanos visibiliter apparet.*

Oleaster interrogat, quare dixit Pagninus de 882. fratribus Ioseph. Genes. 37. n. 18. Oleast. in Gen. c. 37. n. 18. *Videntes eum fratres machinati sunt occidere eum?* Et respondit, *quia non sunt imaginabiles crudelitates, & abominationes, quas inuidus contra præstantiores, & singulares machinatur. Vnde debet odiosus homo maximè cauere aspectum eorum, quibus est odiosus, ne videlicet illis, aut illorum obtutibus se exhibens eos in se prouocet.* *Optimum consilium pro inuidiatis.*

Sed interrogo, *Si paulo superius dictum est* 883. *de eisdem fratribus inuidis, & non poterant eum videre, neque alloqui pacificè.* Gen. 32. num. 20. Gen. 32. n. 20. *Quomodo dicitur videntes eum machinati sunt?* Responsio facilis est, *quia difficile est inuidiam, odiumque vultu, aut verbis non prodere, & videndo torquentur, & quamuis oculos habent, non vident, quæ digna sunt videri. At quando vident* (vt Basilius ait) *vt occidant, quem inuident.* *Inuidia torquet inuidiosos.* Vnde non apparere coram inuidiosis prudentia est sicut Angelus fecit, qui non euangelizauit Matth. 3. Pharisæis neque aulicis Curiæ Regis Herodis, qui inuidia pueri torquebantur, sed Pastoribus simplicibus & bonæ voluntatis.

3. RESPONSIO est Augustini citati in 884. littera, qui ait: Aug. cit. in littera. *Christus dicitur agnus, ideo Pastoribus, qui non habent amaritudinis fel apparuit Angelus, vt agnum Dei illis demonstraret; quia sicut agnus mitis & mansuetus est naturaliter; sic & Pastores Ecclesiæ mansuetudinis dono prædit i sint.* De mansuetudine Alexandri scribit Plutarch. l. de Alex. Plutarchus, *quod cum subditum quendam de eo semper malè loquentem multis muneribus cumularet, quibus gratiam eius adeo conciliauit vt qui antea fuerat eius obtrectator, postea in laudem eius orator fieret. Vnde Alexander agnoscens dicere solebat, hæc est gloria Alexandri inimicos reddere amicos.* *Exemplum mansuetudinis.* Quasi diceret, *talis est mansuetudinis gratia, vt corda hominum conuertat.*

Interrogat Euthymius, quare Christus Pasto- 885. ribus Ecclesiæ suæ præcepit dicens, Euthym. Matth. 10. n. 16. *Estote simplices sicut columbæ.* Et respondit, *quia mansuetudo, & simplicitas columbæ talis est, quod quamuis sæpe sæpius Dominus ab ea pullos subripiat, columba non aufugit, neque domicilij nidum mutat, imo molestiæ illatæ omnino oblita, iterum, atque iterum nouos suo Domino progenerat filios.* *Columbæ simplicitas & mansuetudo singularis.* *Eodem modo Pastores Ecclesiæ Dei tanta mansuetudine præditi esse debent, quod etiam si verba illorum multoties frustrarentur, filios & subditos* *Pastores Ecclesiæ frustrati non indignentur.* non

non debent abhorrere; sed iterum, atque iterum verbo salutis animos illorum imbuere. Ideo Spiritus Sanctus, cuius Spiritu Ecclesia gubernatur, & Pastores illius illuminantur, effectus eius, mansuetudo, & simplicitas est: nam cum essentialiter, & personaliter ipse sit amor proximi amorem & mansuetudinem in tolerandis iniuriis infundit. Quasi dicat, quod simplicitas candidata corda cum mansuetudine generat, vt videre est in Pastoribus simplicibus, qui oues, & calores, & contrarias inclementias cum mansuetudine alacriter sustinent. Ideo Angelus ad Pastores loquitur, & agnum Christum mansuetum edocet.

886. Beda in litt. citat. 4. RESPONSIO est Bedæ, *Illi sublimia videre meruerunt, qui sollicitè fidelibus præsunt, super quos diuina gratia largius coruscat.* Quasi dicat, Pastores, qui infatigabiliter inuigilant super gregem suum, à Deo, & ab Angelis quotidie illuminantur: His vero qui omissionibus, & pleni sunt, & sopitant super custodiam suam abutuntur. De quibus Sanctus Leo Papa, serm. de Epiphania, *Diabolus quandam tenera fidei scintillam tentat extinguere.* Quasi dicat, illostrátur à Deo, sed illi vt hominibus placeant, vel vt subditis non displiceant inspirationes cordis sui extinguunt. *Similes sunt isti Pastores Draconi tartareo expectanti mulieris partum, vt illum deuoret, quia nunquam ex eorum ore procedit verbum asperum, sed gratum & dulce, cibus delectabilis ori draconis.* De his Pastoribus, Iob c. 41. num. 13. ait, *in collo eius demorabitur fortitudo.* Quia sicut collum est via, & quasi aquæductus per quem quidquid à capite procedit in membra corporis influit. Ita isti sunt æquæ ductus per quos relaxationes, omissiones, perturbationes, luxuriæ scandalaque versantur. Et dicitur, quod fortitudo demorabitur in eius collo; quia quidquid Diabolus per se perficere non potuit per istos negligentes, & remissionibus plenos Prælatos perficit.

Pastores remissi Deo odibiles.

S. Leo serm. de Epiphan.

Apoc. 12. n. 12.

Iob 41. n. 13

Prælati remissi causa multorum malorum.

887. Malach. 5. n. 15. Malachias 5. n. 15. de his Pastoribus negligentibus ait, *Calcabis oliuam, & non vngeris oleo, & mustum, & non bibes vinum; ab his enim Sacramenta cum tractentur, & alijs administrentur nullum inde fructum experiuntur; sed in hoc genere mali (quod peius est) quia viri sapientes, & Pastores, qui à virtute declinant malitiam callidè, & astutè multipliciter operantur, & in ea maximo excellunt, & Luciferum in cælo & Adamum in terra, qui mentis perspicacitate & excellentia omnes alias creaturas præcelluerunt, tamen pariter in malitia excedentes peccata commiserunt magis vniuersalia, & omnium, quæ in mundo sunt maxima, & perniciosissima: nam Lucifer peccans secum traxit tertiam Angelorum partem, & Adam similiter Deo non obediens peccatis sui labe totum humanum genus fœdauit, & Pastores astuti, & negligentes malo suo exemplo communitatem destruunt.*

Pastores astuti subtiles ingenij scandalosè solent viuere.

888. Gen. cap. 6. n. 4. Gigantes autem erant super terram Genes. 6. n. 4. *Et si interrogaueris, qui sunt isti gigantes?* Respondeo, *quod fuerunt procreati ex filijs Patriarchæ Seth, & ex formosissimis, sed peruersis filiabus Cain. Et idem accidit in rebus spiritualibus: nam cum bona mens, subtilisque intellectus, qui diuidit, distinguit, & separat sapientissimè disputando, & prædicando, sed cum subtilis intellectus conformatur deprauata voluntas, gignuntur portenta peccatorum, & immanium scelerum, dum mentis acumen eo totum intendit, vt modum inueniat, quo voluntatis desideria illicita, & effrenis cupiditas impleatur. Et isti re vera, licet foris peculiis Pastorum simplicium induantur; intrinsecus autem sunt lupi rapaces, de quorum conuersatione, & familiaritate, adhuc Angelus Dei offugit, & ad Pastores simplices, & sinceros tendit, vt mysteria diuina communicet eis.*

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Ad quid claritas circumfulsit Pastores?

QVæritur, quid significet ad nostram eruditionem, quod claritas Dei circumfulsit Pastores? 889.

1. RESPONSIO est nostri Lyrani, qui ait, *Vt timorem Angelus à Pastoribus expelleret primo claritas Dei lætificauit corda eorum.* Quasi dicat, sola gratia Dei, & amor eius expellit à cordibus humanis timorem; quia vt Theodoretus ait, *Non solum est fortis, vt mors dilectio, sed fortior morte, dum videmus fœminas delicatissimas amore Dei incensas omnia Tyrannorum ingenia martyriorum vilipendere, & crudeles fortissimos Tyrannos pauidos, & tremebundos remanere.*

Lyranus sup. in glossa

Bona conscientia nil trepidat.

Interrogat Oleaster, *Quare omnes fratres Ioseph castissimi videntes eum, dixerunt vnanimiter conuenientes,* Genes. 37. n. 20. *venite occidamus eum?* Et respondet, *quia timida res malitia est, & mali trepidi: è contra vere audax virtus, & boni audacissimi.* Quasi dicat, timet malus solus plecti; ideo socios quærit, vt timorem expellat, quia malum ex se formidabile est, & tristitiam timor operatur. Iustus autem *sicut leo sine terrore erit*, quia claritas Dei, quæ intus illum viuificat foras expellit timorem. Ideo Pastores illuminantur intus, vt timorem foras expellant. 890.

Oleaster in Gen. 37. n. 20.

Timor tristitiam producit.

Prou. 28. n. 1.

2. RESPONSIO est S. Bonauenturæ, qui ait: *Stetit Angelus, & claritas coruscauit Pastores, vt ostendat familiaritatem, & societatem suam, ex qua bona tanta processerunt.* 891.

Bonau. cit.

Interrogat Procopius in glossa ad cap. 8. Genes. n. 9. *Quare columba non requieuit, & inuenit locum vbi requiesceret pes eius sicut coruus, qui de arca Noe exiens non est reuersus ad illam, quia inuenit locum fixum? De columba vero dicitur, quæ cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius, reuersa est in arcam?* Et respondit, *quia coruus crudelitatem, & immanitatem amat, & in cadaueribus delunij impinguatus est. At vero columba candida pascua quærit, flores & germina diligit, & quæ natura dissimiles sunt, quomodo societatem habere possunt: virtus enim* (inquit Procopius) *ab his, id est, obscænis, resilit, ne aspectum eorum ferens, neque in his habet quietem.* Ex quo cum Angeli cum Pastoribus semper in veteri testamento colloquia habuerint, ad Pastores veniunt hodie, & ex simplicitate eorum delectantur, & ex familiaritate collaudantur & pignora cælestis gloriæ, scilicet, claritatem, & lucem illis impartiuntur: quia vt nostro Hispanico sermone dicitur; *Trata con los buenos, seras vno dellos.* Hoc adimpletum est cum Pastores sicut Angelos perfusos claritate videmus. 892.

Procop. in Gen. 8 n. 9.

Coruus figura crudelitatis.

Procop. cit.

Bonau. cit.

Adagium Hispan.

3. RESPONSIO

893. Beda citat. 3. Responsio est Bedæ citati, qui ait, *Claritas Pastores refulsit, vt praconiis Angelorum fides radicitus in cordibus hominum infigatur.* Quasi dicat, *quo quis rebus fidei difficilioribus fidem exhibeat radicitus in corde, eius cælestibus illustrationibus, & benedictionibus impinguabitur.*

894. Oleaster in Gen. c. 12. n. 12. Gen. 12. n. 21. Interrogat Oleaster, *Quare iam alacriter Abraham reliquit terram, consanguineos & notos.* Gen. 12. n. 21. *Proprio filio suo non pepercit?* Et respondit, *quia cum Deus exire de domo Patris suadet eum patrem multarum gentium radicitus constituendum, illustrauit, vt pro filio patrem faciat multarum gentium.* Quasi dicat, quo se difficilioribus fides opponit, eo radicitus, & intensius illustratur. Ideo cordibus rusticis Pastoribus fides, quæ ab Angelo prædicatur claritatibus & cælestibus illustrationibus confirmatur. *Fidei meritum.*

895. Bern. apud Oleast. cit. Vnde Bernardus apud Oleastrum ait, *Quia Virgo Maria se exposuit propter Deum vouendo castitatem (illo tempore vitio datam) vt ab omnibus mulieribus esset maledicta, dedit illi, vt inter mulieres esset benedicta.* Quasi dicat, discant à B. Virgine Maria, & à Pastoribus fideles fidem, quia in difficilioribus radicitus plantata est, & coruscationibus cælestibus confirmata. Luc. c. 1. *Maria Virginis eximia fides.*

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare dicitur ad Pastores, Ecce euangelizo vobis gaudium magnum?

896. Qvomodo tam magnum gaudium Pastoribus est ab Angelo nuntiatum?

August. cit. in littera. 1. Responsio fuit Augustini, qui ait, *Quomodo non gaudium magnum, quod commune est omnibus creaturis?*

897. Tertull. lib. de spectaculis c. 29. Interrogat Tertullianus lib. de spectaculis c. 29. *Quare mundus tam anxiè ad spectacula prophana; quibus histriones vtuntur properat:* Respôdet, *quod scenies doctrina delectant.* Quasi dicat, *quia ad tempus gaudia communia celebrantur.* Sed addit Tertullianus, *spectacula autem Christianorum perpetua gratuita inuenies.* Et addit, *qua maior voluptas, quam fastidium voluptatis.* Quasi dicat, gaudia temporalia omnia fastidium generant, si diu durant: sed gaudium spirituale quo fastidium voluptatis generatur ineffabile est. Vide multa de hoc gaudio in 1. tom. nostri operis fragmentorum Sanct. Patrum in prologo. Authoris sententia lib. 1. fragm. SS. PP.

898. Hugo Vict. l. 1. Miscell. c. 51. Matth. 25. n. 3. 4 Reg. 4. n. 6. Interrogat Hugo Victorinus lib. 1. Miscellan. cap. 51. *Quare virginibus fatuis defecit oleum.* Matth. 25. n. 3. *cum in domo vidua, vbi Eliseus hospitabatur, vasa defecerunt, sed non oleum, imò superabundauit.* 4. Reg. 4. n. 6. Et respondet ad nostrum propositum, *quia gaudia Dei sunt omni creatura superabundantia, & latificant Angelos, & Pastores, Iosephum, & Mariam, & omnes creaturas: gaudia verò mundi sunt coarctata, nimietateque repleta, & parum & paulisper durant, & semper in tristitiâ finiuntur iuxta doctrinam Spiritus Sancti. Extrema gaudij luctus occupat. Habet oleum Deus,* (inquit Hugo citatus) *habet oleum & mundus; ad oleum Dei vasa deficiunt, oleum mundi in vasis deficit; oleum Dei dulcedo aeternorum, oleum mundi delectatio prasentium, illa sufficit, ista deficit.* Quasi dicat, pallium gaudiorum mundi breue est, & omnes operire non valet, & ita quasi canes missa à Domino frusta panis, *Gaudia Dei plena.* Prou. 14. n. 13.

statim ad rapinam alterius erecti pro voluptatibus anhelant omnes, vt Seneca dixit. At vero gaudia spiritualia omnes satiant, omnes quærût, omnes inuitant. Et vt Greg. dixit, *Habita magis inardescunt, mundana vero protinus ad fastidium prouocant;* quia vt Seneca dixit, *qua adeo non sunt gaudia, vt sape magna tristitia sunt:* Non sic lætitia, quæ Pastores circumfulsit; quia si lætanter ad præsepium festinanter venerunt, reuersi sunt laudantes, gaudentes, & glorificantes Deum. Senec. citat. Gregor. in Euang. Luc. 2.

2. Responsio est Cassiani in littera citati, qui ait, *Pro voluntaria culpa lætitia Paradisi amissa fuit; nunc autem gaudium reddit ipsa natura mulctata per natiuitatem Saluatoris.* Quasi dicat, posuit Dominus Adam vt pastor, & custos Paradisi, intrauit serpens, perdidit gaudium omnis creaturæ, & fugit, in cauernis latibundus, & de fraude facta gloriabatur. Descendit Angelus de cœlo nato Domino gaudium Pastoribus annuntiauit, & ipsi læti quasi canes latrando (quia officium Prædicatorum est) colubrum, qui latebat, exierunt, & lætitiam, quam habebat, abstulerunt ei, & omni populo nuntiauerunt Euangelium quod est bonum nuntium, & gaudia amissa restaurauerunt, & seruis Dei illud recipientibus promiserunt per Angelos, *quia scriptum est de seruo bene operante, intra in gaudium Domini tui;* vbi addit Caietanus, *tam magnum est gaudium cælestis patria de Deo, vt non possit concludi in homine & ideo homo intrat in gaudium illud incomprehensibile, & non intrat gaudium illud in homine, vel comprehenditur ab homine, imo neque lætitia, qua perfusi sunt Pastores viso infante verbis, neque lingua, aut imaginatione referri potest.* 899. Cassian. cit. Gen. 2. n. 15. Luc. 2. Gregor. in mor. l. Iob. Luc. 2. Matth. 25. n. 21. Caietan. in Matth. 25.

3. Responsio Maldonati, qui loco citato ait, *Quod gaudium magnum Pastoribus Angelus annuntiauit, quia illis, & non aliis bonum nuntium reuelatum erat.* Quasi dicat, quod primitiæ omnis gaudij Pastores fuerunt, & quod Pastores à nullo nisi à Deo gaudia recipere vellent; quia ab ipso, & per ipsum, & propter ipsum solum bona iustis euentura sunt, & ipsi accipere omnia à Deo desiderant, quia per ipsum facta sunt. 900. Maldonat. cit. Ioan. 1.

Interrogat Oleaster in Genes. cap. 14. n. 24. *Quare Abraham noluit accipere à Rege Sodomorum spolium aliquod consecuta victoria; imo respondit illi, non accipiam quidquam à te, vt non dicas, ego ditaui Abraham.* Genes. 14. n. 24. iuxta translat. Pagnini. Et respondit: *audis quanti animi sint serui Dei, vt à nullo alia bona, imo neque mala nisi à Deo suscipere velint.* Quasi dicat, *qui gaudia diuitiarum, non à Deo volunt, non sunt serui Dei; ideo cum limitatione accipiunt aquam refrigerantem corda eorum, secundum id, quod Dauid dicit: Potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Ps. 79. n. 6. hoc est, *tenuiter,* vt Hugo Cardinalis exponit, *quia quasi Penelope sine satietate bibunt gaudia temporalia mundani. Vnde peccatori gaudia cum mensura per Ezechielem promittuntur, aquam in mensura bibe.* Ezech. c. 4. n. 11. *Ideo Pastoribus insinuat Angelus, quod ab illo accipiant gaudium magnum, non ab hominibus, sed à Deo missum.* 901. Oleaster in Gen. c. 14. n. 24. Transl. Pag. Ps. 79. n. 6. Hug. Card. Ezech. 4. n. 11.

Interrogat Oleaster, quare Sanctus Iob dixit, cum ab vxore obiurgaretur, eius patientiam prouocando; *Si bona suscipiemus de manu Dei; mala autem quare non suscipiemus?* Iob 2. n. 10. *Dominus dedit, Dominus abstulit?* Et respondit, 902. Oleaster in Gen. c. 14. Iob 2. n. 10.

nihil aliud Diabolus prætendebat, quam quod putaret Iob se posse ab eo lædi, & contristari, aut gaudium præstare vt eum timeret, ne læderet, aut exhonoraret, vt gaudia daret, quod vir Sanctus prauidens non solum bona, sed & mala non ab illo recepisse fatetur.

903. Matth.c.4. n.2. Alio exemplo hoc probatur ex Diuo Matthæo, *Cum ieiunasset Christus quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & esuriret postea, & Diabolus cibum obtulisset, accipere noluit, quia à Diabolo oblatum panem respuit, ostendens bona nullo pacto esse à malis, & inimicis recipienda, neque gaudia aqua, cum sitimus: neque lætitiam, qua fruimur, cum manducamus; quia gaudia temporalia fugienda sunt, atque timenda: ideo Angeli accesserunt, & famelico Christo necessaria ministrabant, quia primitias totius gaudij, & lætitia Christo, & Pastoribus de cælo attulerunt.* Gaudia ab hominibus data fugienda. Matth.cit.

DIFFICVLTAS X.
ad mores.

Quare Angelus dedit Pastoribus pro signo infantem positum in præsepio.

904. QVæritur, quare præsepij humilitas datur Pastoribus in signum?

Interlinealis in glossa. 1. RESPONSIO est Interlinealis in glossa, quæ ait, *Signum salutis humilitas Saluatoris, qua est opposita superbiæ, per quam mors in mundum intrauit.* Quasi dicat, sicut fundamenta fortia, & valida sustinent domum inexpugnabilem. Sic Euangeliũ Dei à fundamentis homilibus, & vilibus incepit. Pastores rustici sunt Doctores euangelizantes, signum ab Angelo datum fuit præsepium continens puerum inter fœnum positum. Fundamẽta Ecclesiæ profunda.

905. Oleaster in Exod.c.3. n.11. Interrogat Oleaster, *Quare fundamenta Synagoga & legis à Moyse data ab homine balbutiente, & nesciente loqui, inceperant vt ipse Domino dixit* Exod. 3. n. 11. *Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem?* Et respondit, *quia non satis fuit Deo ineptum casu eligere sed natura, vt ostendat se ex ineptis natura aptissimos ad omnia qua voluerit facere. Sic ad docendũ Euangeliũ per orbem idiotas elegit, & Pastoribus rusticis signum dat tantæ humilitatis, nempe præsepiũ, vbi iacet infans, quia sermo verbi diuini nõ est in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute Dei.* 1. Cor 2. n. 4. Transl.Pag. Lucæ 2. 1.Cor.2.n.4.

906. Lyran.vbi supra. 2. RESPONSIO fuit Lyrani, qui ait, *Per hoc quod Angelus signum humilitatis & paupertatis dat Pastoribus significatur quod non venerat Christus ad regnandum temporaliter, vt Scribæ vsque hodie intelligunt.* Quasi dicat. & si omnia regna mundi ratione vnionis hypostaticæ, ex qua natura humana digna effecta est in se, contineat, non tamen quantum ad vsum Regia dignitate vsus est, vt ipse Pilato dixit, *Regnum meum non est de hoc mundo.* Vnde noster S. Bernardinus Senensis serm. 71. c. 7. ait: *Virgo Maria omnem huius mundi meruit principatum, & regnum, quia filius eius in primo instanti suæ conceptionis monarchiam promeruit, & obtinuit vniuersi, sicut Propheta testatur, Domini est terra, & vniuersi qui habitant in eo.* Psalm. 23. n. 14. Quasi dicat, iure hæreditatis, cum esset verus, & naturalis filius Dei paternam obtinuit hæreditatem, quia secundum diuinitatem omnis terra & cœlum Christi erant. Ioan.18. n.36. S.Bernardin. Senens. serm.71.c.7. Ps.23 n.14. Christi regnum non fuit temporale.

907. S.Thom.l.3. Vnde D. Thomas lib. 3. de Regimine Princip. *Per paupertatem probat regna temporalia melius gubernanda esse. Omnes magni Principes* (inquit Sanctus) *& huius mundi Monarchæ cum humilitate, & paupertate subiugauerunt mundum, sed cum fastu, & elatione, perdiderunt.* Quod sic explico: Monarchæ & Principes cum liberalitate & munerum largitione regna subiugauerunt, & cum miseria & parcimonia & superbia perdiderunt, maximè in ministris, priuatisque Regum (vt experientia pro nostris peccatis patet) solus Christus Rex Regum, & Dominus dominantiũ spiritoale imperiũ totius mundi, non temporale, vt Iudæi expectãt, cum paupertate, & humilitate obtinuit, propter quã omne genu, (vt Apostolus inquit) flectatur illi, & propter hoc signum Paupertatis excitati sunt Pastores, vt festinãter irent ad adorandum infantem positum in præsepio. de Regimin. Princip.c.4. Explicatio Auctoris. Ad Philip. c.27.n.8.

3. RESPONSIO est Lyrani, qui ait, *Quod in figura Cyrus Rex, & Moyses Dux populi Dei in maxima paupertate nati sunt, vt Christum in præsepio natum figurent.* 908. Lyran.citat.

Interrogat Oleaster, *Quare Moyses in sua natiuitate tantam inopiam passus est, vt in stupentibus vndis fluminis eiiceretur habens pro lectulo arcam ex iuncis fabricatam.* Exod. 2. n. 3. Et respondit, *quia Christum figurabat positum in præsepio, quem videns filia Regis Pharaonis miserta eius ait, de pueris Hebræorũ est.* Sic legit Pagninus ex c. 2. Exod. n. 4. Et ad mores addit Oleaster: *Maluit filia Regis Patrem, quàm misericordiam offendere.* Quasi dicat, etiam si Rex præceptum de occidendis pueris dederat, tamen noluit obedire crudelibus mandatis filia eius, vt nos doceat quod non sunt facienda mala, vt veniant bona, neque obediendum Regibus neque Prælatis in vllo quod contra Deum, & animas nostras resultet. Oleaster in Exod.2.n.3. Transl.Pag. Exod.2.n.4. *Obseruantia in licitis tantum.* Axioma Theolog.

DIFFICVLTAS XI.
ad mores,

Quare multitudo cælestis cum Angelo apparuit?

QVæritur, quare multitudo cœlestis apparet cum Angelo? 909.

1. RESPONSIO est Interlinealis, *Ne parua Angeli vnius videretur auctoritas.* Quasi dicat, licet multitudo Angelorum apparet, & canit magnalia Dei, sed vna est veritas. Interlinealis.

Interrogat Lyranus, quare dicitur Prouerb. 12. n. 19. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum?* Et respondit, *quia non variatur veritas diuina, etiam si de vno in aliud tendat.* Quasi dicat, multitudo cælestis exercitus eadem dicunt, ac vnus Angelus idem quod Pastores, & Pastores idem quod Prædicatores, & vsque in finem mundi, licet tot sint linguæ prædicantium vnum est labium veritatis. Vnde Lyranus rectè concludit legendo: *labium; quia veritas non variatur de vno in aliud.* Quasi dicat, labia narrantium res temporales ita variantur, quod vix dicitur, vel narratur aliquid quando in momento crescit, & mutatur, & variatur quod non vnum labium locutum videatur, sed infinita labia; veritas autem diuina in hoc stat, fortitudo & fides eius, quod non semper fuit, est, & erit vna. Vnde Tertullianus lib de præscriptionibus c. 28. *Quod apud multos vnum inuenitur non est erratum, sed traditum.* 910. Lyran citat. Prou. 12. n.19. *Narrata crescunt vsque ad mendacium.* Tertull. l de præscript. c.28.

Vnde

911. Aponius l. 3 in Cant. Cant.1. n.10. Vnde interrogat Aponius lib. 3. in Cant. *Quare vt sponsus fidem astruat sponsæ suæ (id est, animæ dilectæ) pignus aureum promittit illi dicens, murenulas aureas faciemus tibi?* Et respondit cum alia translatione, quæ dicit *catenulas aureas faciemus tibi: nam noui & veteris testamenti verba, quæ prenuntiauerunt Saluatorem mundi venisse, catenata sunt & quasi veritatis catenula sermo effectus per concordiam fidei, per vnanimitatis sensum Ecclesiæ collum decorat.* Quasi dicat, audis ô anima deuota multitudinem cælestis exercitus canentium Domino gloriam in natiuitate Christi, non propter multitudinem vocum litteræ, & sensus veritatem consideres; quia vna est fides, vna veritas quæ narratur; sed multiplicantur voces, vt rusticorum Pastorum corda propter auctoritatem multorum in fide astruantur, vt Interlinearis dixit.

Transl. alia. *Fides per multos dicta vna est & vera.* Interlineales vbi sup.

912. S.Bonauent. cit. 2. Responsio S.Bonauenturæ, in littera dicentis. *Vbi Dux est, ibi milites occurrunt, & vbi Christus in præsepio iacet, multitudo militiæ cælestis quærit illum.*

913. Oleaster in Exo l. cap.2. n. 14. Transl. Pag. Interrogat Oleaster, quare tam acriter Moysem Ægyptius ille increpauit dicens, *Quis posuit te Ducem & Principem super nos?* Sic legit Pagninus Exod. cap.2. n.14. Et respondit, *quia impij, & seditiosi subditi nolunt habere super se, Ducem, Principem aut Prælatum, quia sua mala impunita fore desiderant: E contra vero iusti, & obedientes semper desiderant præsentiam Pastoris, & Ducis sui:* quia teste Gregorio lætum iudicem videre desiderat, quem semper amauit & præceptis eius obediuit. Vnde multitudo cœlestis militiæ Pastoribus supernis modulis, & cantilenis prædicant natiuitatem Domini, quasi inuitantes vt festinanter ad videndum eum properent; quia semel viso amore eius ita inflammati remanebunt, vt infatigabiliter dicant cum sponsa omnibus futuris Christianis, *num quem diligit anima nostra vidistis?* Ac si dicat, expertes estote visionis Dei, & gustate & videte, quam suauis est Dominus, quia semel gustato, sicut multitudo cælestis exercitus prouocat vos, ita & vos eritis populus acquisitionis ad omnes creaturas Dei.

Gregor. in Euang. Cant. cap.3. n.3. Ps.33. n.9.

914. Beda cit. in littera. 3. Responsio est Bedæ dicentis: *Multitudo cœlestis aduolans in laudes Dei vno ore prorumpit, & sui nos semper deuotionem impendit. Sed væ nobis, quia hodie in die, & nocte natiuitatis Christi tam inaudita ab aulicis scandala oriuntur, quod non solum deuotionem non impendant, sed iram Dei excitant quia quantum ad mores deprauatos possumus dicere, quod Ioannes Euangelista ait, & sui eum non receperunt.* Ioan.1.n.11.

Amor, Dei prouocat ad proximos. Ioan. cap.1. n. 11.

915. Memini Plinium *commemorare infantem Sagunti recens natum protinus reuersum in vtero matris, anno quo ab Annibali deleta fuit, quasi refugiens videre suæ ciuitatis tam lamentabilem cladem. Eodem modo si amor huius diuini infantis, quo nos mirificè prosequitur, nobis non innotuisset, non immeritò poterat timeri ne recens natus iterato in matris ventrem introiret, in sacraque matris viscera reuerteretur, ne ingratitudinem à suis fidelibus experiretur, ne tantas indecentias, & sacrilegas inuentiones in templo suo pateretur, de quibus scriptum est, odiuit anima mea Calendas vestras,* quia in illa sacratissima nocte vbi multitudo militiæ cœlestis concrepantibus & alternantibus vocibus ad deuotionem nos prouocare conantur, si templum Dei, vt olim Ezechiele teste foderetur, viderentur abominationes, & dissolutiones, quæ non ad deuotionem, sed ad iram Dei prouocandã iustis viris, & Sanctis obligat, pro irreuerentiis tãti mysterij in domo Dei.

Isaiæ cap.1. n. 14. *Templa præuaricantur.* Ezech.c.8. n.8.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quid significent verba illa, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus?

Quæritur, quomodo sit gloria in altissimis hodie, & pax in terris hominibus? 916.

1. Responsio est Bedæ in glossa dicentis, *Quia Deus, & homo nascitur hominibus, pax cum ipsis Angelis canitur Deo in gloria.* Quasi dicat, ex pace inter homines & Angelos propter natiuitatem Domini resultante, ipsi Deo ineffabilis gloria præscribitur. Bed. in glos.

Interrogat Lyranus, *Quare summo æterno Patri Angelorum cœtus cantilenam pacis pro magno festo concinunt hac nocte?* Et respondet, ex verbis Pauli ad Coloss. *Complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans, siue quæ in mundo, siue quæ in cœlis sunt.* Quasi dicat, (teste Lyrano) canunt Angeli gloriam in excelsis Deo, quoniam Angelorum sedes hominibus instaurauit. Et addit ex Augustino in Enchiridion; *Dicitur per Christum reconciliata fuisse quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, quia grauis erat inter homines, & Angelos dissensio, & simultas, quæ tamen in gratiam Dei receptis hominibus sublata, & pax vtrinque inita fuit.* Quasi dicat, eo æstimabilior gratia pacis æternæ debet esse à nobis, quo tantis expensis à Christo fuit consequuta. 917. Lyran. in ep st. ad Coloss. 1. n. 20. Augustin. in Enchir. *Auctoris mens.*

Vnde interrogat Oleaster, *Quare cum Moyses pacem inter rixantes interponere conaretur.* Exod. cap. 2. n. 14. *Vnus dixit, nunquid occidere me tu cogitas?* Et respondit; *quia hoc est munus quod referunt, qui inter discordes componunt: dura verba obiectionem occulti criminis, & nonnunquam ab vtroque discordantium percutiuntur. Quemadmodum Christo Domino accidit qui cum inter nos, & Patrem cælestem componere pacem voluisset, testibus vocibus Angelorum canentium in hac nocte, ab eo & nobis percussus est*, vt patet ex Isaia c. 53. n. 8. *propter scelus populi mei percussi illum*, & apud Zachariam cap. 3. n. 8. his plagatus sum in medio illorum qui diligebant me, de quo latiùs in 2. tomo, ad mores patebit. 918. Oleaster in Exod. cap.2. n. 14. Transl. Pag. Isai. c. 53. n. 8 Zach. 13. n. 8

2. Responsio est Lyrani; *Dicitur autem Gloria in excelsis Deo, quia licet eius gloria vbique reluceat, maxime autem in cœlo empyreo, vbi est perfecta beatitudo, & societas Sanctorum.* Quasi dicat, *cum ipso munere quasi ingratus pœnam incurrit, qui laudes Deo perpetuo cum Angelis non canit in cœlo*, vt patet Isai. 6. n. 3. *Et in terra Sanctus, Sanctus, Sanctus sine requie; nam neque impuniti remanebimus, qui tam obliti tantorum beneficiorum viuimus, imò miserabiliter peribimus.* Vnde S. Bonauentura serm. 1. in Dom. 16. post Pentecost. exclamat: *O homo attende, quod de te scriptum est: Constitues eos Principes super omnem terram.* Ps. 44. n. 17. *Et qui sunt isti Principes?* nonne de quibus Dauid dicit: *Attollite portas Principes vestras.* Ps. 23. n. 7. 919. Lyran. citat. in littera. Senec de Benefic. Isai. 6. n. 3. Bonau. ser. 16. in Dom. post Pentec. Ps. 44. n. 17. Ps. 23. n. 7.

M 2 Et

Et addit Seraphicus Doctor; *in stercore solet esse vermis: ô quanta gratia, quod Deus stercorum vermes collocauit in soliis Principum?* Et Bernardus ibi in Bonauentura citatus; *nonne in vermiculis istis, & de puluere isto restaurati sunt muri Hierusalem.* Quasi dicat; O multitudo cælestis militiæ canite tuba in Sion, hymnos, & laudes, gloriam, & exultationem Deo cantate, & superexaltare eum in sæcula; *Quia dignus est agnus qui natus est nobis accipere omnem virtutem, & potestatem, gloriam, & honorem, quia propter nos homines vermes & stercora*; factus est homo, vt muri cœlestis Hierusalem reædificentur, & simus nos conciues & Domestici Dei cum Thronis & Dominationibus associati.

Bern. apud Bonau. cit.

Apoc. 5. n. 12.

920. 3. RESPONSIO est Bedæ dicentis, *Deo Angeli dant gloriam, & pacem hominibus bonæ voluntatis; quia non est pax impiis, sed pax multa diligentibus legem Dei*, vbi translatio Septuaginta habet, *non est gaudere impiis.* Vbi Augustinus adnotauit, *quod rectè additum iusiurandum, non hominis, sed ipsius Dei, dicit Dominus: ne quis dubitaret externa impiorum gaudia internis molestiis esse diluta sed occultata.* Vnde Galenus in lib. 6. Hippocrat. de morbis vulgar. com. 1. text. 29. de differentiis febrium ait: *Contingit aliquando, vt externo corpore ægrotantis mirificè temperato intus ex æstu, est febris in medullis. Non aliter improbi homines externis voluptatibus deluduntur, internis doloribus cruciantur.* Vnde dicit Prouerb. 14. secundum translationem Hebræam, *in risu dolebit cor.* Quasi dicat, quamuis diuites, & optimates pacem, & lætitiam ostentant, sed intus doloribus dilaniantur. Quia vt Ambrosius ait lib. de Naboth cap. 6. *Satiatur diuitiis cor, non est qui sinat eum dormire, de inopia quæritur abundans fructibus.* Quasi dicat, est miserior iste fœcunditatibus suis, quam pauper, qui cum egestate dormit securus, & pace fruitur in terra; *Aman qui apud Regem gratia abundabat, nonne torquebatur sola Mardochai inspectione?*

Beda cit. Isai. 57. n.

Transl. 70.

August. in Ps. 96.

Galen. in L. 6 Hippoc. de morb. vulg. com. 1. text. 29.

Prou. 14. n. 13. Translat. Hebr.

Ambros. lib. de Naboth c. 6.

Esth. c. 3. n. 2.

Interrogat Oleaster, *Quare cum filij Israël vexationibus in lateribus torquerentur*; dicatur Exod. 3. n. 7. *Vidit Deus filios Israël, & cognouit eos?* Sic legit Pagninus. Et respondit, *quia exactè Deus aduertit mala, quæ in suos fiunt, vt considerent qui faciunt, quales pœnas sunt daturi, & de præsenti patiantur.* Quasi dicat, etsi mille voluptatibus abundare videantur Potentes, & qui pauperes affligunt, multis tamen amaritudinibus perfossi plerumque iacent, diuina sic prouidentia dirigente, vt sciant homines, quod Deus occulta hominum considerat, & quod diuitibus, & magnatibus impiis non est pax; quia plerumque sunt peruersæ, & inuidæ voluntatis. Vnde Chrysost. hom. 69. in Matth. *Et si mille voluptatibus abundare videantur vitam non esse vitalem existimant, & angoris fornacem non pacis in animo circumferunt à curarum multitudine exhausti, & continuis timoribus oppressi.* E contra vero, quasi dicat, pauperes, qui paucis contenti sunt gratia, & pace perfruuntur in hoc sæculo, quia est pax multa diligentibus legem Dei, vt Pastoribus Angeli decantant, quia homines erant bonæ voluntatis.

921. Oleaster in Exod. c. 3. n. 7. Transl. Pag.

Diuites non fruuntur pace.

Chrysost. hom. 69. in Matth.

Lucæ 2.

TRACTATVS XXVII.

AD LITTERAM, In Cap. II. Matth.

De fuga in Ægyptum.

TEXTVS.

13. QVi cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi; futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. 14. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum. 15. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, ex Ægypto vocaui filium meum.

EXPOSITIO LITTERÆ.

921. POSTQVAM Magi recesserunt de Bethleem non redeuntes ad Herodem, sicut fuerant admoniti, *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, id est, dormienti,* hoc est, in phantasia eius facta est immutatio secundum quam apparebat, quando Angelus ei loquebatur, vt superius probatum remanet de modo, quo in somnis Angelus apparet sanctis. Vnde quia Ioseph erat quasi Dominus Mariæ, quia erat vir eius ad mandatum eius moneri debebat; ideo iussum est Ioseph, quod acciperet Mariam & Puerum,

Matth. 2.

Vide supra tract. de somno Ioseph in virg. nat.

Et

923. Hist. terræ sanctæ. Et fuge in Ægyptum. Est Ægyptus regio coniuncta Chanaam, licet sint quædam deserta intermedia, & iter laboriosum propter arenam, & raritatem habitationis.

924. Futurum est enim &c. Futura quæ euentura sunt denuntiat, & ipse experientia præteritorum omnia credidit.

925. Textus. Qui consurgens, quasi expergefactus Ioseph narrauit omnia quæ Angelus dixerat ei, Mariæ sponsæ suæ. Quæ mea sententia ab ipso Angelo Gabriele fuit nocte eadem annunciata.

926. Auctoris sententia. Accepit puerum & matrem eius; hoc est, accepit pro sua cura & diligentia citius accommodare puerum, hoc est, quærere asinam & necessaria, in qua Mater posset ire, cum infante filio suo lactante ad vbera eius.

927. Considerandum tamen est, quod nec describit ad certum quantos dies in itinere consumpserint peregrinando Maria & Ioseph, solum legi in Abulensi q. 60. in cap. 2. Matth. *Quod per viam breuem, & rectam, quæ est de Ægypto per terram Philisthinorum & paruum iter, licet quasi totum per desertum; sunt enim fere septuaginta leucæ computando terminos de ciuitate Gaza, quæ est de terra Chanaam vsque ad ciuitatem Charium, quæ est maxima in Ægypto.* Sed de hac via sunt quasi viginti leucæ arabiles & competentis habitationis; Reliquæ vero quinquaginta sunt remotissimi deserti. Ego ipse, ego autem cum ipso Abulensi credo, quod de Chanaam vsque ad terminos Ægypti sunt octoginta leucæ per mare, & nonem tantum per deserta itineratur, & statim inuenitur portus maris, vbi propter metum Herodis, & carnificum, Ioseph & Beatissima Virgo nauigarunt.

Abul. q. 60. citat. in Matth. 2.

Septuaginta leucæ de termino ad terminum Ægypti.

Maria & Ioseph nauigarunt.

928. De mirabilibus autem, quæ in itinere, & in Ægypto acciderunt Beatæ Virgini, & Iosepho, nullum prorsus miraculum verum & fixum, neque credendum, tenet Maldonatus. Ego autem non dubito, quin quamplurima acciderunt, quia impossibile aliud videtur in terra aliena, & per loca arida, & deserta iter agendo Maria, & Ioseph, præter quam quod Ioannes Euangelista ait, quod si prodigia, & miracula, quæ Christus fecit, scripta essent *libros non caperet orbis.*

Maldonat. in cap. 2. Matth.

Ioan. c. vlt.

929. Historia Scholastica. Quanto autem tempore manserit Christus in Ægypto, non potest patere ex scriptura, sed historia Scholastica asserit eum septem annis mansisse, quod ex aliquibus antiquis historiis colligi potest. De modo quo Ioseph & Virgo in Ægypto vixerint dici potest eum Abulense, *quod de operibus manuum suarum quia pauperes erant:* sic enim viuebant, quando erant in terra Iudæorum, sicut communiter asseritur, & satis verisimile est, eum pauperes essent Christo dicente, *quod non habebat, vbi reclinaret caput suum*, id est, nihil proprium habebat; quia si Mater, & Ioseph diuitias haberent, non diceret Iesus, quod non habebat *vbi caput reclinaret.*

Abul. citat.

Lucæ 9.

930. Textus. Oseæ c. 11. n. 1. Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam Oseam c. 11. *Ex Ægypto vocaui filium meum.* Quasi dicat effectum, non causam, id est, totum quod factum est prophetatum erat per Prophetam Oseam ideo vt adimpleretur, vocauit ex Ægypto filium suum Pater æternus. Reliqua per difficultates patebunt infrà.

VERSIONES VARIÆ circa sensum vulgatæ.

Vulgata editio.	1. Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.
Translatio Syriaca.	2. Cum autem abissent apparuit Angelus Domini in somno ipsi Ioseph.
Translat. Vatabli.	3. Digressis autem illis, ecce Angelus Domini apparet.
Abulens. q. 60. in Matth. cap. 2.	4. Recedentibus Magis cum constaret Herodi de eorum recessu, ecce Angelus in somnis apparuit Ioseph.
Caietan. in Euãg.	5. Excitatus à somno Ioseph accepit puerulũ, & matrem eius.
Maldonati.	6. Ioseph vero expergefactus, ecce Angelus Domini.
Interlinealis in glossa.	7. Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph impleto purgationis tempore & eo oblato in Hierusalem.
Lyra sua in glossa.	8. Apparuit Angelus Ioseph fama pueri iam crescente.
Naziãz. orat. 4. de Theol.	9. Apparuit Angelus vt Ioseph depulsus esset in Ægyptum.

DIFFICVLTAS I.

Quo tempore cœpit Ioseph recedere in Ægyptum?

QVæritur, an recesserit Ioseph ea nocte, qua Angelus sibi apparuit? 931.

1. RESPONSIO est aliquorum, quos refert Maldonatus, & non improbat asserentium, *Quod ipsa nocte qua admonitus est in somnis Ioseph fugit, quia fortè* (inquit Maldonatus) *carnifices instabant, & insuper Angelus monebat fugere periculum, & erat in mora. item quia facta adoratione Magorum, recesserat,* vt Matth. cap. 2. ait: Et si Herodes sciret, quod per aliam viam reuertebantur, furiosus mitteret, qui stragem puerorum faceret, sicut fecit cum sciuit. Bellonacen. in specul. Historiæ lib. 6. c. 94. Maldonat. in Matth. 2.

2. RESPONSIO est Abulensis, qui q. 49. in Matth. 2. ait, *Quod Ioseph non recessit ipsa nocte, qua Angelus ei apparuit, quia indigebat aliquibus præparatoriis pro via, pro Matre, & Puero, maximè cum via esset longa, & laboriosa, scilicet, per desertum.* Item quia Ioseph ibat in Ægyptum ad manendum longo tempore, cum Angelus dixerit ei, *esto ibi, vsque dum dicam tibi* Matth. 2. Item quia quandocumque aliquid homo agit, in quo potest verti periculum, quantumcumque habet firmam spem de Deo, non omittere debet cautelas, & securitates, quæ de prudentia humana haberi possunt. Et sic summo secreto propter metum Herodis debuit præparare se Ioseph, quam citius potuerit, sine mora. 932. Abul. q. 49. in Matth. 2. Matth. 2. *Secretum in rebus diuinis.*

3. RESPONSIO fuit D. Chrysologi serm. 151, qui ait, *Mandatur fuga; mandatur cælitus,* 933.

mandatur per Angelum, vt videatur cœlum timor ante timuisse quam terram. Quasi dicat, facturus Ioseph fugam præparat in Ægyptum, quia cœlum, & terra timent furorem Regis impij.

934. Raban. in Catena. S. Thom. *Timor Domini super omnia.* 4. RESPONSIO est Rabani in Catena S. Thomæ, qui ait, *Sic præmisit Matthæus diem Purificationis, in qua oportebat primogenitum offerri in templo, & agnum aut par turturum, aut Columbarum, & quamuis ita timerent Herodem, tamen non sunt ausi transgredi legem, quin ad templum puerum deferrent; cum itaque rumor de puero inciperet dilatari, mittitur Angelus, qui in Ægyptum faciat transportari.* Quasi dicat, plures dies transierunt ab adoratione Regum, vsque ad fugam in Ægyptum, quia spectauit B. Virgo Maria facere purificationem, ne propter metum temporalem Deo displicerent legem non adimplendo. *Virgo Maria facta purificatione fugit.*

935. Hilar. cit. in catena S. Thom. 5. RESPONSIO S. Hilarij in Catena Sancti Thomæ citati, qui ait, *Per hoc quod fugere in Ægyptum præcipitur Iosepho, periculum insinuatur, & post Iudæorum insectationem Iudæam relinquens ignoranti sæculo colendus infertur.* Quasi dicat, tempus, quod tardauit Ioseph ad fugam Ægypti facilè coniecturis noscitur; quia persecutio, & periculum Iudæorum satellitum instabat, & terra incognita ad eum colendum spectabat.

DIFFICVLTAS II.

Quare fugit in Ægyptum Ioseph cum Puero, & Matre eius?

QVæritur, quare magis in Ægyptum fugit Ioseph cum Puero, & Matre eius?

936. Chrysost. in catena S. Thom. 1. RESPONSIO est Chrysostomi in Catena S. Thomæ, qui ait: *Recordatus est Dominus, qui non in finem irascitur, quanta mala fecerit in Ægyptum; ideo mittit filium suum in eam, & illi magna reconciliationis signum, vt decem plagas Ægypti vna medicina sanaret, vt populus, qui antea fuerat persecutor populi primogeniti, custos fieret filij vnigeniti, vt non iam iter ad mare rubrum demergendi, sed vocaretur ad aquas Baptismi viuificandi.*

937. Abul. q. 60. in 2. Matt. 2. RESPONSIO est Abulensis, qui ait: *Fugit Christus in ciuitate Heliopolis in Ægypto, vt mirabilia faceret, & cum primo ad templum confugissent, quia notos non habebant Ioseph & Maria, intrarunt in quoddam templum, vbi erant idola trecenta, & sexaginta quinque iuxta numerum dierum anni, quibus singulis diebus diuinus exhibebatur cultus, ad Christi autem & Matris eius ingressum vniuersa idola corruerunt, vt adimpleretur quod per Isaiam 19. n. 5.* Isai. 19. n. 5. prophetatum erat: *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & mouebuntur simulachra, id est, ascendet Christus,* qui verus est Deus super humanitatē, quæ respectu diuinitatis parua est, & vnicus fuit illi, & coram Christo vniuersa idola cadent. Et quid mirum, si vbicumque Apostoli eius ingrediebantur post aduentum Spiritus Sancti obruebant idola. Hist. Eccl.

938. Abul. cit. Quo facto inquit Abulensis, *Cum nuntiatum esset Aphrodisio Principi Sacerdotum venit in templum cum omni exercitu suo, & accedens adorauit puerum Iesum, & alloquens exercitum ait: Hic nisi esset Deus Deorum nostrorum coram eo non se postrarent: nos ergo, quos Deos nostros facere videmus, nisi caute fecerimus, omnes sicut Pharao periculum incurremus.* Et addit Abulensis idem quod Chrysostomus insinuauit: *Et sic pius Deus, qui intra sua non continet misericordias suas filium suum in Ægyptum misit dans Ægypto magna reconciliationis signum. Et sic decem plagas, quas Deus prius iratus intulerat per filium suum sanauit. Nam in Ægypto & postea fides Christi floruit valde, & ibi fuerunt monachi, & eremitæ excellentissimi.* Chrysost. citat. *Ægyptus paradisus Dei.*

Alia autem miracula, quæ in Ægypto acciderunt ad præsentiam Virginis, & filij sui quæ narrata sunt, à Brocardo Theotonico, ex libro Mariani Veneti, qui diligentissimè scripsit vnum librum ad Papam Ioannem vigesimum primum de omnibus rebus terræ Sanctæ, videantur in Abulensi loco citato videlicet, *Miraculum de fonte Balsami vbi Virgo sanctissima lauabat pannos infantis Iesu, vbi sanitatem recipiebant infirmi. Et miraculum de palma inclinata cum Maria versaretur, vt dactylos caperet, & alia innumerabilia, quæ traditione recepta sunt, & non implicant deuotioni, quare ergo reijcienda sunt.* 939. Brocard. Theoton. Marian. Venet Abulens. cit. *Miracula multa in Ægypto.*

Neque valet, quod Maldonatus insinuat quia aliqua miraculorum illorum testantur in Alchorano Mahometico, & tali Auctori improbo, (inquit Maldonatus) fides adhibenda non est: Quia si hoc valeret, etiam in Alchorano Mahometico dicitur, quod Christus propheta venit in mundum, & Euangelistæ ipsum testantur Prophetam esse. Ergo non omne, quod à malis dicitur eijciendum est, etiam si illos fugiendos prædicamus; præterquam, quod talia mirabilia facta in Ægypto, à S. Chrysostomo, Abulense, Lyra, & Bonauentura, & ab Augustino relata sunt, vbi attende sequentia. 940. Maldonat. Euang. Chrysost. Abulens. Lyra. Bonau.

3. RESPONSIO est Sancti Augustini in Catena citati, qui ait, *Audi etiam magni mysterij Sacramentum. Moyses aliquando in Ægypto perfidis clauserat diem, illuc Christus adueniens sedentibus in tenebris reddidit lucem. Fugit, vt illuminaret, non fugit, vt lateret. Pondera, vt illuminaret, & non lateret. Quomodo ergo mundum Christus illuminauit nisi doctrina, & miraculis, quæ* vt Sanctus Thomas, & Scotus aiunt, *fuerunt probationes diuinitatis suæ,* ergo in Ægypto, vbi non prædicauit, quia erat puer, illuminauit eos miraculis relatis à Sanctis: credenda ergo sunt. 941. Augustin. in Catena S. Thom. ser. de Epiph. S. Thom. Scotus.

4. RESPONSIO sit Chrysologi ser. 151. qui ait: Fratres, fugit Christus Dominus, fuit liberatio, non periculum Creatoris, diuinæ virtutis fuit, non fuit fragilitatis humanæ, non fugit propter auctoris mortem, sed fugit propter sæculi vitia. Quasi dicat: fugit, vt immatura morte mortem vniuersi generis deleret. 942. Chrysolog. ser. 151. *Fugere aliquando perfectio est.*

5. RESPONSIO Alberti Magni, qui ait, *Multis plagauerat Dominus Ægyptū: ingreditur ergo, vt tot plagas vna sua præsentia visitatione sanaret.* Quasi idem dicat, quod cæteri Patres, sua præsentia sanauit plagas præteritas Christus, hoc est, beneficijs, quibus eos ditauit. Quæ autem Beneficia? nisi miracula relata superius ab Abulensi quæst. 60. 943. Alber. Mag. in Matth. Abulens.

6. RESPONSIO

Imperfect. homil. 2. in Matth. 6. Responsio Imperfecti homil. 2. in Matth. vadit in Ægyptum: *O mutatio dexteræ excelsi, vt populus, qui ante fuerat persecutor populi primogeniti, fieret custos vnigeniti.*

994. Lyran. in Glossa. 7. Responsio nostri Lyrani, *Oblato puero in templo, à Simeone iusto prædicato, & manifestato similiter ab Anna Prophetissa coram omni populo, vt habetur* Lucæ 2. *tunc fama pueri nati crescebat, & voluit Herodes ipsum perdere, sed interim portatus est per Iosephum in Ægyptum.* Quasi dicat cum Abulensi, Abulens. cit. *Quod non tam celeriter fugit Ioseph, sed primo disposuit iter suauiter, siquidem purificata est primo Beata Virgo.*

DIFFICVLTAS III.

Quare Ioseph fugit nocte?

QVæritur, quare fuga in Ægyptum nocte cœpta est?

945. Lyran. sua in Glossa. 1. Responsio est Lyrani sua in glossa, qui ait, *Nocte consurgit, & abiit Ioseph propter timorem Herodis, vt negotium fieret magis occultè, licet de eo non haberet diuinam reuelationem; non tamen propter hoc debebat omittere, quod poterat facere secundum humanam prudentiam.* Quasi dicat, miracula non sunt passim petenda à Deo, neque reuelationes in his vbi prudentia potest assistere. *Non sunt miracula petenda.*

946. Abul. q. 59. in Matth. 2. Responsio est Abulensis q. 59. in Matth. 2. *Nocte fugit Ioseph, ne habitatores Nazazareth scirent, quod puer non erat natus Nazareth, sed in Bethlehem. Et ita quando informari venirent procuratores Herodis, ne possint vicini (qui omnia scire desiderant) vnde Ioseph iret, vel quod iter sumeret, & iter periculum esset in prosecutione illorum.* *Vicini omnia scire curant.*

947. Glossa ord. in Matth. 3. Responsio est glossæ, quæ ait, *Nocte, quia occultè per fugam ad illustrandam Ægyptum descendit, relicta noctè Iudæis.* Quasi dicat, *datur exemplum fidelibus, vitandi rabiem persecutorum, vbi est opportunum, sicut ait ipse* Matth. 20. num. 23. *cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite, &c.* vbi Glossa addit: *Significat hæc fuga Domini; electos improbitate malorum à sedibus suis sæpius esse pellendos, de quo ad mores multa statim.* Matth. 20. n. 23. Glossa.

948. D Hieron. in Catena S. Thom. 4. Responsio Diui Hieronymi in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Quando igitur tollit puerum, & matrem eius, vt in Ægyptum transeat nocte tollit, & in tenebris; quando vero reuertitur in Iudæam, neque nox neque tenebræ pronuntiantur.* Quasi dicat, (teste Chrysostomo ibi citato,) omnis enim persecutionis angustia nox est; refrigerium autem dies; ideo quando afflicta proficiscitur Virgo Maria nox erat; quando autem reuertitur defuncto Herode persecutore dies erat, quia non est claritas similis nuntio mortis inimicorum nostrorum de quo latius postea in sensu morali. Chrysost. ibi. Matth. 2.

949. Raban. in Catena S. Thom. 5. Responsio Rabani in Catena, qui ait, *Quia luce vera recedente lucis ipsius Osiris in tenebris remanserunt; ipsa vero redeunte illuminantur.* Quasi dicat, nulla maior punitio cœlestis potest mortalibus euenire quam vera lux à cordibus inimicorum suorum recedere. Quia omnia statim mala eueniunt illis; quia scriptum est: *Nisi manducaueritis carnem meam, non habebitis vitam in vobis.* Ac si dicat omnia aduersabuntur, & pœnis corda lacerabuntur. *Osiris idem quod sol.* Ioan. c. 6. n. 53.

6. Responsio est Chrysostomi in homiliario, qui ait, *Nocte fugit Ioseph, quia iam Tyrannus incipiebat insanire; & ideo Mater cum Puero ad extraneam fugit regionem, vt si tu incipiens alicui spirituali rei deseruire, & nocte persecutionis videris tribulari, non turberis, sed omnia viriliter feras hoc habens exemplum.* 950. Chrysost. in homil. *Persecutiones viriliter ferenda.*

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo intelligendum est, vt adimpleatur quod dictum est per Prophetam ex Ægypto vocaui filium meum?

QVæritur, quomodo Prophetia Oseæ 11. num. 1. de qua loquitur Euangelista de Christo possit intelligi litteraliter: si de populo dilecto suo intelligatur à Doctoribus. 951. Os. 11. n. 1.

1. Responsio est Abulensis, qui ait, *Necesse est, istam Prophetiam intelligi ad litterā de Christo: nam si solum intelligeretur de Christo in sensu mystico, sensus mysticus non est, quod Propheta intendit, & non diceretur Prophetia cōpleta.* Item quia vt D. Dionysius lib. de mystica Theologia, non facit probationem mysticus sensus. Item quia si in sensu mystico scriptura completetur, nunquam essemus certi, quando esset completa. Abul. q. 57. in Matth. S. Dion. lib. de mystic. Theolog.

952. Lyran sua in Glossa. Duplex sensus litter. 2. Responsio est Lyrani in sua glossa, qui ait, *Ista authoritas habet duplicem sensum litteralem; quia verificata est ad litteram de populo Israël vocato à Domino de Ægypto; perfectius tamen de Domino nostro Iesu Christo, quia est filius Dei naturalis; alij autem sunt filij per adoptionem, sicut & alia authoritas, quæ habetur* 1. Paralip. 22. *Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium, ad litteram intelligitur, de Salomone tamen minus propriè: de Domino autem nostro Iesu Christo proprissime,* vt dicit Apostolus ad Hebr. 1. dicens: *(vt enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu,) & iterum ego ero illi in Patrem, & hoc modo allegat Euangelista hic, quod habetur* Oseæ 11. n. 1. 1. Paralip. 22. Ad Hebr. 1. n. 5.

953. Glossa. Numer. 24. 3. Responsio est Interlinealis, quæ ait, *Ex Ægypto vocaui filium meum consubstantialem;* quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et addit glossa iuxta Hebraicam veritatem hoc inuenitur vel in libro Numerorum 24. vt quidam asserunt, quia totum dispositione Dei factum est.

954. Abul. cit. 4. Responsio sit Abulensis q. citata, qui ait, *Considerandum est, quod istud dictum* Oseæ 11. intelligitur de Christo, *& de populo Israël, & de vtroque in sensu litterali; quia multa sunt huiuscemodi in Sacra Scriptura & vnum intendit Scriptura magis principaliter, & aliud minus, & nemo illorum est mysticus sensus, sicut patet* Exod. 12. vbi dicitur, de agno Paschali, *Duplex sensus litteralis.* Exod. 12.

chali, *Os non comminuetis ex eo*, *intelligitur ad litteram de agno Paschali, cuius ossa non erant confringenda ad comedendum medullas eorum. Intelligitur etiam ad litteram de Christo, qui*
Ioan.19. n.33. *erat agnus Paschalis*, & dicitur Ioann. cap.19. num. 33. *Ad Iesum autem cum venissent non fregerunt eius crura, & dicit B. Ioannes, & hoc factum est, vt adimpleretur scriptura, os non*
1.Reg.c.7. *non comminuetis ex eo.* Et cap. 72. Reg. *Idem*
Osea 11. *reperies, & passim in Sacra Scriptura. Ex quo patet, quod est sensu litteralis dictum Osea, ex Ægypto vocaui filium meum.*

955. Chrysost. in Cathen. S.Thom. 5. Responsio est Chrysostomi in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Est etiam Prophetia lex multa multoties dici de aliis, compleri autem in aliis, sicut de Simeone, & Leui dictum est, diuidam eos in Iacob, & dispergam in*
Gen.49.n.7. *Israel, quod non in eis, sed in nepotibus completum est, quod & hic apparet.* Quasi dicat, Christus enim natura filius Dei est, & sic in eo verè prophetia completur.

DIFFICVLTAS V.

An Virgo Maria in itinere, & in Ægypto erat cum filio, & Ioseph secura ab insidiis occurentibus.

QVæritur, si celerless erat tanta Herodis, vt occideret innocentes, in itinere, & Ægypto erant securi?

956. Abul.q.62. in Matth.2. 1. Responsio est Abulensis, quæst.62. in Matth. 2. qui ait; *Quod in nulla parte Iudaa poterat manere securus Ioseph, quia in quocumque loco esset, cognosceretur ab incolis, quod non esset de terra illa, & statim interrogarent illum, quare recessisset de terra sua, & si istud vellet occultare, poterat contra se suspicionem dare, quod fugitiue venisset, & ad inquisitionem futuram*
Iudices & ministri rigidi inquisitores. *factam per ministros Herodis poterant facilè peruenire in cognitionem.* Quasi dicat, est rigorosa inquisitio facta per ministros *Regis irati, & poterant interrogare, vnde venerunt, si Bethlehem cognoscebant, vel viderunt, &c. alia qua iudices subtiliter quarunt; & sic nullo modo oportuit manere in oppidis terra Iudaa, vt saluarentur.*

957. S.Bernard. Sen.ser.61. 2. Responsio Sancti Bernardini de Sena ser. 61. qui satis congruos ad deuotionem, non ad litteram ait: *Omnes liberationes, ac indulgentias factas in veteri testamento, non ambigo Deum fecisse solum pro huius benedicta puella reuerentia, ac amore, quibus eam Deus in sua pradestinatione cunctis operibus suis ab aterno praordinauit.* Quasi dicat, si omnia priuilegia Sanctorum Patrum facta sunt intuitu Beatissimæ Virginis Mariæ, quomodo Iosephum, & filium suum æternus Pater propter illam in itinere, & ab omni incursu, & Dæmonio meridiano non liberaret?
Virgo Maria speculum omnis liberationis à periculis.

958. Chrysolog. ser.151. 3. Responsio est Chrysologi ser.151. qui ait, *In terra Ægypti securus erat Iesus, & ibi potuit latere, quia inter idololatras lateret verus Deus, vt inter iustos semper manifestatur. In Ægyptum fuge*, inquit Chrysologus; *à tuis ad extraneos sacrilegos: à sanctis à templo tuo: ad Damonum fana: ad idolorum Patriam è regione Sanctorum; vt ad Deitatis latebras prophana Ægyptus conducatur.* Quasi dicat: ô Ægypte occasionem non amittas, quære Dominum, dum inuenire potes, quia medius tui stat, quem ignoras: apprehende eum, & dic quod vidua Sareptana dixit Eliseo non dimittam te, nisi benedixeris mihi. *Occasiones bona non perdenda.* 3.Reg.13. n.29.

959. Glossæ. 4. Responsio Glossæ, quæ ait: *In Ægyptum conuenit fugere, vt corruptam repararet naturam: sic fugit, vt fugaces reuocaret, quod fugit, Sacramentum fuit, non timoris, vt exemplum fugiendi daret suis: non fugit mortem, qui mori venerat, neque insidias expauit, qui venerat aperire versutias Diaboli. De hac fuga* dixit Isaias 19. num. 5. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, carnem sine peccato ingredieturque Ægyptum; septem annis autem in Ægypto latuit.* Quasi dicat, insidias quomodo timebit qui venerat insidiatorem apprehendere. *Fuga licita multoties.* Is.19.n.5.

DIFFICVLTAS VI.

An Angeli in itinere Ægypti ministrauerunt Puero, sicut in deserto, dum esuriret?

QVæritur, si per itinera, & deserta loca, quo Virgo sanctissima in Ægyptum ambulabat, Angeli ministrabant ei?

1. Responsio Diui Chrysostomi homil 8. *Licet scriptum sit Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis, tamen nequaquam necessarius fuit Angelus in itinere peregrinantibus felicissimis euntibus, neque redeuntibus; quia puer propter quem fugiebant muniebat eos in comitatu.* Quasi dicat, cum Ambrosio, *si quo sanctiter quis, eo munitier, ad quid caelestis exercitus erat necessarius?* vbi Sanctus Sanctorum erat munitus, & qui Matrem, & Iosephum muniebat. 960. Chrysost. hom.8. Ps.90.n.18. Ambros. suprà cit.

2. Responsio est Abulensis q.60. qui ait, *Propter assistentiam Christi, & Matris eius prodigia notabilia in Ægypto acciderunt*, quæ refert Abulensis quæst. 6. in Matth. ibi leguntur. 961. Abul.q.60.

3. Responsio D. Amadæi homil. 2. de iustificatione, & ornatu Virginis, qui ait: *Circa timorem, & insidias aliquas in itinere Beatissima Virgo fugit: Asserunt auctores de odore thuris quo pannos Pueri Iesu calefaciebat Damones effugari.* Et ego libenter dicerem odore virtutum Sanctæ Mariæ Angelos tenebrarum, & omnes insidias inimici ab ea in itinere diuerti, & repelli, & quodam valido turbine huc illùcque raptari, vt in eis impleatur quod dictum est, *Fiant tanquam puluis ante faciem venti*, num. 43. Quasi dicat, odor Mariæ mortuos in peccatis excitat, Dæmones effugat, insidias repellit, mentes debiles roborat, bonos incitat ad meliora, meliores ad optima. 962. D.Amed. hom.2.de ornat.Virg. Ps.17.n.43. *Auctorum mens.*

4. Responsio Tertulliani lib.3. contra 963. Tert.lib.3.
Marcionem

contra Marcion. Marcionem, *Securum erat iter ad Ægyptum, vbi pro armis, & equo è Virgineo pectore gutula lactis erant, quibus hostes deuincebantur. Vagitu (inquit Africanus) ad arma esset conuocaturus infans, & signa belli, non tuba sed crepitacillo daturus, aut gerulæ suæ collo, sine dorso hostem deuastaturus. Ita Damascum, & Samariam pro mammillis subacturus.* Quasi dicat, Arma defensionis Maria vagitus infantis. secura erat de itineris insidiis, quæ scuto defensionis æternæ protegebatur.

TRACTATVS XXVIII.

AD MORES,

Super Caput II. Matth.

De Fuga in Ægyptum.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quo tempore fugit Ioseph cum vxore sua, & Iesu in Ægyptum?

964. QVÆRITVR, si fortè celeriter eadem nocte qua in somnis Angelus apparuit Ioseph, fugit in Ægyptum, & quare in somnis tanta mysteria illi reuelata sunt?

Maldonatus citat aliquos. 1. RESPONSIO fuit aliquorum, quos refert Maldonatus, qui aiunt, *Quod ipsa nocte fugit, quia fortè instabant satellites Herodis.* Quasi dicat, etiam si multa occurrebant necessaria ad itinerandum, quæ longam peregrinationem requirebant. Sed in arduis laboribus, Chrysolog. citat. vt Chrysologus dixit, *Dat crebro consilium vis doloris.* Et addit, *quia in desperatis causis est, ipsa necessitas magistra.* Quasi dicat, breui temporis interuallo Ioseph disposuit iter; quia instabat, necessitas, vt hinc ad mores aduertas, quanta celeritate, & turbatione fatigantur qui bus in agone mortis breui temporis interuallo positi sunt, quia inuoluti variis negotiis affliguntur.

965. Dion. Carth. in cap. 21. Ioann. 2. RESPONSIO est Dionysij Carthusiani in cap. 21. Ioann. qui ait, *Dormientibus reuelat Christus secreta cælestia amicis suis, quia tristitiam amicorum suorum cum ingenti mercede absoluit, & quia Ioseph tristabatur audiendo crudelitates Herodis contra innocentes*; ideo *reuelauit illi Sacramentum fugiendi in Ægyptum.* Ioan. 13. n. 23. Vnde interrogat ipse Dionysius Carthusianus loco citato, *Quare Discipulus ille, quem diligebat Iesus recubuit supra pectus Domini in cœna, & obdormiuit illic? Quis talia audiuit in simili festiuitate, & cœnæ magnitudine, vbi Sacramenta instituebantur, & sermo tam amorosus, & intimus à Christo prædicabatur ibi obdormiuit dilectus?* Et respondit, *tali & tanta mæstitia & tristitia repletus fuit Ioannes, cum reuelauit ei Dominus traditorem, quod obdormiuit supra pectus Domini, & cum tanto amore inueniretur* Secreta seruauit Ioannes. *fragrans à Domino tanquam fidelis Secretarius, qui obseruabat secretum traditionis: quasi obligatus Magister eius secreta maiora confidit ei, qualia neque Angelis, neque creaturis innotescebant, vsque ad diem illum, quia æternam generationem patefecit ei in somnis, nam semper* Sensus corporales dormiũt cum Deus loquitur. *quando dilectos suos loquitur est quiescentibus sensibus corporalibus*, vt hinc discas seruare secreta Dei & proximi, vt Deus beneficia ingentia tibi conferat.

966. Rabban. in litter. 3. RESPONSIO est Rabani citati in litterat, qui ait, *Quod prius quam in Ægyptum fugerent ad templum cum infante Iesu se contulerunt, vt sisterent eum Domino, quia quamuis Herodem timebant; legem autem Dei transgredi non sunt ausi, ex quo transgressores legis arguuntur, qui propter leues causas non solum legem Dei transgrediuntur, sed violando ius diuinum nouis opinionibus condunt leges, quando contra leges, & statuta Ecclesiæ operantur.* De his lo- S. Cyprian. lib. 2. ad Donat. quitur Cyprianus lib. 2. epist. 2. ad Donatum. *Inter leges, (ait) ipsas delinquitur, inter iura peccatur, & cœpit esse licitum, quod publicum est.* Quasi dicat veh! qui contradicunt Potentatibus, & Ministris supremis, quia exquirunt, qui, legis expositiones iuxta latitudinem suæ conscientiæ interpretantur; imò contra veros, & Sanctos Patres prosiliunt. De pessimis Sodomitis notauit D. Augustinus serm. 44. de S. August. ser. 44. de verb. Dom. Verbis Domini, *Quòd contra Loth ipsos reprehendentem insurgebant. Tanta (inquit) ibi nefandæ turpitudinis consuetudo erat, vt iam nequitia esset iustitia, & prohibitor potius reprehendebatur, quàm factor.* Vnde Tertullianus Tertul. lib. contra Sodom. c. 1. addit, *Effera luxuria illic inimica pudoris instar legis erat.*

967. Oleaster in Deut. 4. n. 1. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, in Deut. 4. quare dicitur ibi: *Audi Israel statuta, & iudicia, vt faciatis & viuatis.* Sic legit Pagninus, Et respondit pulchrè insignis Doctor, (*id est, Moyses*) *simul docet legem, & promissiones, & ea quæ sunt causa ad consequendum eam: audire enim legem, & statuta Dei sine commentis latis, est via recta ad promissiones*

Opiniones falsa non sequenda. *promissionis vita, & hæreditatis æternæ.* Quasi dicat, obseruatio legis perfectè, stricto modo est secuta via ad consequendum præmium æternum; quia vt Theologi dicunt, *In rebus Sacramentalibus ad tutius recurrendum est, & non cum impiis dicere, fortitudo vestra lex iustitia* Sap. 2. num. 11. Quia sunt nonnulli ita obcæcati suis voluptatibus, & dignitatibus vanis quod leges Dei, & Reipublicæ sua fortitudine, & Imperio interpretantur. Non sic Omnipotentis Mater Maria, quæ propter timores Herodis adire templum Domini ad legem adimplendam non desistit, sed prompto, & hilari animo legem obseruauit expellendo timores, & occasiones fugiendi obseruantiam.

Theologorum axioma. Sap. 2. n. 11. Matth. 2.

969. Hilarius cit. 4. RESPONSIO est Hilarij in Catena citati, qui ait, *Si Iudæam reliquit Christus, quia eum persequebatur, Ægyptus expectabat eum, vt honoribus coleret eum, & seruiret*, Quasi dicat, iustus in persecutionibus dilatare debet cor suum; quia potens est Deus colere eum inter alienigenas, etiamsi in propriis inhonorificetur.

970. Oleaster in Gen. 46. n. 28. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare tam festinanter venerunt nuntij ad Ioseph dicentes, ecce fratres tui sunt in terra Gessem* Genes. 46. num. 28. Et respondit, *Non abs re voluit Ioseph Patrem, & fratres venire in Ægyptum, vt viderent eum ibi Imperium Regni habere.* Quasi dicat, consolationem tribulatis præstitit exemplum Ioseph, qui à propriis fratribus in cisternam proiectus fuit liuoris causa, in terra aliena prosperauit eum Deus. Sic & *Iephte* quem fratres sui eiecerunt de terra sua, postea videndo illum in terra aliena tam honoratum vocauerunt eum vt eos honoraret, & defenderet de inimicis suis, quibus respondit: *Vos eiecistis me tanquam spurium; nunc autem venistis ad me necessitate compulsi.* Idem contigit Beatæ Mariæ, quæ fugit propter persecutionem in terra propria erectam, & in Ægypto recepta fuit mirabiliter, & honorata.

Iud. 11. n. 13.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare fugit in Ægytum cum sponsa sua, & filio eius?

QVæritur, quare magis in Ægyptum fugit Ioseph, quam in aliam regionem?

971. Chrysost. cit. in litt. Exod. c. 10. n. 1. Translat. Pagnin. 1. RESPONSIO fuit Chrysostomi citati in littera; *Quia recordatus est Dominus, qui non irascitur in finem, quanta mala operatus est in Ægyptum, cum plagas tam crudeles misit super illos.* Quasi dicat, cum Iob, *Vulnerat Dominus, & medetur.*

972. Iob 5. n. 18. Exod. 10. n. 1. Interrogat Oleaster, quare dicitur in Exod. cap. 10. num. 1. *Ego induraui cor Pharaonis, vt ponam signa mea hæc in medio eius*, Sic legit Pagninus. Et respondit: *Vtitur Deus peccatis nostris in gloriam suam, & nonnunquam in bonum nostrum, cum nos iustificat ab eis, sed quandoque malam sicut vsus est hac induratione Pharaonis; propter quam ipse damnatus est, & Deus glorificatus, similiter in bonum aliorum, vt videre est, qui hodie venit in Ægyptum quasi medicinalis operatio, vt benefaciat Ægyptiis, & in signum populorum remanserunt innumerabiles anachoretæ, & Sancti Patres eremitæ, qui in Ægypto Ecclesiam Dei illustrarunt.* Anachoretæ Ægypti sancti Patres.

973. Augustinus cit. in litt. Supplicium impiorum integrat. 2. RESPONSIO est Augustini, *Qui dixit, Moyses aliquando in Ægypto perfidis clauserat diem, illuc Christus veniens sedentibus in tenebris lucem reddit* Quasi dicat, quamuis multis plagis punitus est Ægyptus, sed non vltimis; quia semper impiis residuum supplicium remanet.

974. Oleaster in Exod. c. 10. n. 5. Translat. Pagnin. Ioel cap. 2. n. 14. Is. 65. n. 8. Interrogat Oleaster, quare dicitur Exodi 10. num. 5. *Comedit residuum, quod euasit?* Et respondet, *Cauendum est valdè ne plaga altera comedat, quod alteri superfluit. Ita vt nihil in homine sit residuum. Quis* (ait Ioël cap. 2.) *scit, si ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem.* Et Isai 65. num. 8. *quemadmodum inuenitur malum in botro, & dicit, ne dissipes illud, quia benedictio est in illo, sic faciam propter seruos meos.* Quasi dicat, Moyses, tenebris obscurissimis clausit lucem Ægyptiis, sed non fuit residuum supplicium; siquidem venit Christus vt saluet eos, quia humilibus, & peccatoribus recognitis, & pœnitentiam agentibus propter seruos Dei parcit Deus. Sed væh nobis, quia abyssus plagarum his calamitosis temporibus abyssum inuocat, & quotidie maiora flagella minantur propter duritiam cordis nostri.

975. Oleaster cit. Ioel c. 1. n. 4. Humilia oratio frangit iram Dei. Vnde Oleaster loco citato. *Similiter aduerte, nihil Deus impiis relinquit, nisi vt iterum subtrahat; iustis vero relinquit ad benedictionem, sicut apud Ioelem legis residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit Casil alterum locustæ genus. Cauendum est igitur, ne iram Dei prouocemus, & plagas, quas experimur, ne contemnamus: quia si verò irascitur neque residuum in tota Hispania remanebit, sed supplices Deo gratias agamus propter flagella recepta quæ non sunt secundum peccata nostra, quæ fecimus, & forsitan Deus tenebrosus conuertetur in gaudia lucis, sicut Ægyptiis contigit*, vt Sanctus confitetur Augustinus. Aug. citat.

976. Imperfect. cit. in liter. Omnia vincit amor. 3. RESPONSIO Imperfecti citati in littera, qui ait, *Vadit in Ægyptum Dominus, ô mutatio dexteræ excelsi, vt populus, qui antea fuerat persequutor populi primogeniti, fieret custos vnigeniti.* Quasi dicat, ô magna vis amoris quantas transformationes perficis pro re amata.

977. S. Ambros. lib. de Abraham c. 9. Gen. 24. n. 53. Interrogat Sanctus Ambrosius. *Quare Eleazar seruus Abraham paranymphus nuptiarum inter Isaac, & Rebeccam inito fœdere nuptiarum exultabundus statim munera contulit nouæ sponsæ oblitus tanti itineris molestiarum, & probatis vasis argenteis, & aureis, ac vestibus dedit ea Rebeccæ pro munere* Genes. cap. 24. num. 53. Et respondit Ambrosius, *Quia amor immemor est iniuriarum, & quando sponsata est Ecclesia, cum illo accepit vasa aurea, & argentea, in quibus est thesaurus fidei, & dedit ei.* Quasi dicat: *Vadit Christus mutatus in Ægyptum; quia si antea persequebatur populum suum, modo protegit, & defendit ipsum, & Matrem suam.* Quid mirum, si ipse mutetur, & beneficiis cumulet, quibus suppliciis flagellauerat. Vnde Bernardus loquens

S Bernard. serm. 24. in Cant.

loquens de affectibus amoris Christi. Carnem nostram induti, ait, *Meam ad hoc induit formam vt suscipiat causam.* Quasi dicat, amor transformauit dilectum meum, & fecit eum studiosius curatorem, qui erat exactor causæ meæ; quia qui particeps meæ naturæ esse voluit, vna salus, & honor erat ambobus. Vnde non est mirum, quod mutatio dexteræ excelsi hodie fiat, vt Imperfectus ait; quia amor nescit modum, ignorat fastidia, immemor est iniuriarum, & omnia in propria conuertit. [Imperfect. citat.]

978. [Chrysolog. cit. in litt.] 4. RESPONSIO est Chrysologi citati, qui ait, *quod fugit Christus, liberatio fuit non periculum, neque timor creatoris.* Quasi dicat, fortior est morte ipse amor, quia nulla pericula timet, sed rei amatæ imperceptibile damnum.

979. [Saluian.] Interrogat Salulanus, quare Dauid, cum Vir tam fortis, & præliator insignis, qui leones quasi agnos, & gigantem quasi canem interfecit, quare loquens cum Ioonatha dixit pauidus: *Quinimo viuit Dominus, & viuet anima tua, quia vno tantum gradu, vt ita dicam, ego morsque diuidimur*, 1. Reg. 20. num. 3. [1. Reg. 20. n. 3.] vel vt translatio Vatabli dixit, *vix passus inter me, & mortem intercesseris.* [Translat. Vatabli.] Quare tantus timor, quomodo in viro iam forti similis pauor? Et respondit, *Quia amor in propria animosus in amici pericula timet.* Quasi dicat; timor non erat sui, sed rei amatæ, (scilicet, Ionathæ,) ipsum timebat, & indignatio Patris sui Dauidem affligebat. Et hoc dicit Chrysologus, [Chrysolog. cit.] *Quod fugit Christus liberatio est, non periculum, id est, se liberare Christus desiderat in Ægypto, vt liberet hominem, quem ardentissimè amat, & suo sanguine eum redimat.*

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare Ioseph nocte cum sua Virgine sponsa, & Puero fugit in Ægyptum.

QVæritur, quare consurgens Ioseph nocte fugit in Ægyptum?

980. [Lyran. in Glossa.] 1. RESPONSIO est Lyrani citati in littera, qui ait: *Quamuis hoc non Iosepho reuelatum fuit, sed ipsa prudentia dictabat, quod fugam nocte raperent Ioseph, & Maria propter timores vicinorum, & insidias inimicorum.* Vnde D. Antonius apud Cassianum [Cassian. in vit. Patrum.] *prudentiam vocauit humanæ vitæ gubernatricem; quia qui apud viciuos ingenti prudentia se portat gubernator insignis est: non sicut multi, qui plus alienas domos gubernant, quàm proprias, de his loquitur* Aristoteles lib. 6. Ethic cap. 7. [Arist. lib. 6. Ethic. c. 7.] *quod quamuis sint Geometræ, & Mathematici rerum, eruntque sapientes alienorum, sed non prudentes; quia* vt Tullius ait 2. de Oratore: [Tull. 2. de Oratore.] *prudentia est magistra vitæ propria, non aliena.* Et Ambrosius, *prudentia est sal virtutum*, qui vero alienas domos iudicat, eiues infamat, & venenis alienis saginatur?

981. [Oleaster. in Exod. c. 10. n. 21.] Interrogat Oleaster, *Quare vltima plaga, quam super Ægyptios misit Moyses, fuerunt tenebræ, vbi caligines obscuræ palpabantur, & non videbantur? Et erunt tenebræ super terram*, Exod. 10. num. 21. Sic Pagninus. [Translat. Pagnin.] Et respondit: *Quia hoc est, quasi vltimum impiorum supplicium cum obscuretur insipiens cor eorum.* Quasi dicat, insipientium flagellum est vicinorum tenebras, & commissa aliena non videre, & quasi si ea palparet iudicare. Vnde rectè de his dicit Chrysostomus, [Chrysost. cit. in Oleaster.] *Impius, id est, vicinus, dies vertitur in noctem; pius vero contra nox in diem.* Quasi dicat, quæ luce sunt clariora machinantur vicini nocturna, & noxia; sicut iustus, & pius, quæ nocturna sunt, bona putat; quia de nemine malè iudicat. [*Vn mal vecino y vna gotera echan al hombre fuera*] Vnde Ioseph & Maria prudentialiter se gesserunt nocte consurgentes, & fugientes in Ægyptum propter timores nocturnos vicinorum.

982. [Glossa ord. in Matth. 2.] 2. RESPONSIO est glossæ quæ ait, *Fugit nocte, vt daretur exemplum fidelibus fugiendi rabiem nocturnam persecutorum.* Interrogat Oleaster. [Oleaster in Genes. 37. n. 8.] *Quare dixerunt fratres Ioseph, nunquid regnando regnabis super nos?* [Translat. Pagnin.] Quasi dicat, tam pestifera est rabies inuidiæ, quod propter narrationem somniorum omnia interpretabantur fratres Ioseph in malum suum. [*Fratres immundi uoriores.*] Vbi simul docentur homines tacere præclara sua coram inuidis, quia ægrè ferunt, etiam fratres regnum fratris sui. Ideò nocte fugit Ioseph, quia imminebat periculum vicinorum Bethlehem, & Galileæ etiamsi fratres essent, & consanguinei Ioseph, [Matth. 2.] cum audirent magnalia, quæ illi Deus præstitit beneficia.

983. [Glossa.] 3. RESPONSIO est Glossæ, quæ ait: *Significat hæc fuga Domini electos improbitate malorum à sedibus suis sæpè e'e expellendos.* Quasi dicat, *In hoc sæculo improbitate, & astutia ambitionis, eo peruentum est, vt iusti, & litterati à sedibus suis expellantur, quia astutia Diabolica, & munerum largitionibus idiotæ, & ignobiles rapiunt supremas sedes.*

984. [Hugo Vict. Apoc. 4 n. 6. Ambros. in Glossa] Interrogat Hugo Victorinus, quare dixit Ioannes Apocalyp. 4. num 6. *Quod in circuitu sedis stabant quatuor animalia: quæ sunt ista animalia? Et quare stabant.* Ambros. in Glossa respondit, *Quatuor animalia Doctores Ecclesiæ sunt; quia populum sibi commissum, & à visibilibus, & ab inuisibilibus hostibus, quanta virtute possunt, defendunt, & hi in medio sedis consistunt, quia vnumquodque eorum omnibus virtutibus, & scientiis aliis antecedere debent.* Quasi dicat qui non abundant litteris, & virtutibus quamuis in medio persistant non sedent, sed stabant: *Quia sedes illius est; qui laborat perpetuò.* Vnde Hugo de Sancto Victore addit: [Hugo cit.] *Ideo viginti sedilia vidit Euangelista, & nemo sedebat, quia ista sedilia sunt merita vniuscuiusque.* Quasi dicat, vbi merita non sunt, neque sedilia sunt: vbi vero labores, & studia sunt, sedilia adsunt, quæ sunt merita; [*Ignorantes ambitiosi occupant meliora loca.*] quia multi stant in mundo qui sedere debebant, & multi sedent in medio quos stare iustum erat. ideò dicit Glossa, [Glossa cit.] *Quod Ioseph fugit in Ægyptum; quia improbitate malorum à sedibus suis expellendi sunt benemeriti, vt profugæ, & persequuti ambulent in hoc sæculo, quia in æternum constituabuntur.*

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quomodo intelligatur ex Ægypto vocaui filium meum?

QVæretur, quomodo Oseæ prophetia intelligenda est: *Ex Ægypto vocaui filium meum?*

985. Abul.cit.in littera. 1. Responsio est Abulensis citati in littera, qui ait ad litteram de Christo intelligigitur; *Quia omnis Sacra Scriptura completur in ipso.* Vnde D. Hieronymus in quæst. super Genes. dicit, *Quod Christus est caput omnium librorum, sicut Psalmista ait: In capite libri scriptum est de me.* Psalm. 39. num. 9. Quasi dicat, qui Christum non meditatur, quamuis studiosus sit, erunt litteræ eius sine capite, & sine pedibus, hoc est, frustra, & vana studia. (Hieronym. in quæst. sup.Gen. Ps.39.n.9.)

986. S.Ambros. lib.de Spiritu sancto. Ps.35.n.10. Interrogat Sanctus Ambrosius lib. de Spiritu Sancto quare Psalm. 35. num. 10. dicitur, *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen?* Et respondet; *Quia Deus omnipotens Pater est fons vitæ, & in lumine suo, id est, filio, videbimus lumen veritatis scripturarum.* Quasi dicat, *omnes scientiæ humanæ euanescunt cito, & obliuioni à generatione in generationem dantur solum scientiæ Sacræ Scripturæ in æternum permanent quia in lumine Christo videntur à Sanctis PP.* Ideo completa dicitur Prophetia Oseæ 11. in Christo, quæ ait ex Ægypto vocaui filium meum. (*Scriptores gloria æterna digni.* Oseæ 11.)

987. Interlin.in Glossa. S Bonau.in Luc. c.1. 2. Responsio est Interlinearis in Glossa, quæ ait: *Ad diuinam dispositionem pertinebat, vt vocaretur filius Dei ex Ægypto.* Interrogat S. Bonauentura in Luc. cap. 1. *Quare audito nuntio Zacharias de felicissimo partu Elisabeth, nato Præcursore Baptista; non latus abiit ad domum suam.* Sed dicitur Lucæ cap. 2. n. 23. *Factum est vt impleti sunt dies officij sui abiit in domum suam?* Respondit, *quia vt vir prudens omnia suo ordine disposuit, & expectauit prius, quod impletum esset tempus suæ Hebdomadæ, circa ministerium altaris Dei. Et postea maturè rediuit in domum suam. Sic postquam Ioseph & Maria cum infante Iesu in Ægypto septem annis permanserunt*, in Galilæam reuersi sunt, vt adpleretur quod dictum est per Osæam, ex Ægypto vocaui filium meum, vt hinc discant iracundi, & præcipitiis conturbati, cum tribulationibus affliguntur, sciant expectare patienter, quod dispositiones Dei adimpleantur; aliàs in perpetua miseria, & anxietate viuent. (Luc.2.n.23. *Iracundi non expectant diuinam dispositionem.*)

988. Lyran.sua in Glossa. 3. Responsio est Lyrani sua in Glossa, qui ait: *Hæc prophetia de populo Dei ad litteram intelligitur; quia ex captiuitate Ægypti vocatus est à Deo.* Quasi dicat, non sicut labores, neque oppressiones, quæ Dei prouidentiam non inueniuntur, & ad tempus finiuntur.

989. Oleaster.in Exod c.2. n.24. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare labores filiorum Israël finem habuerunt?* Et respondit, cum textu secundum translationem Pagnini Exod. 2. num. 24. *Quia suspirauerunt, & clamauerunt filij Israël propter opus:* Quasi dicat Oleaster, etsi Deus pia, & iusta desideria audiat, & orationem; promptior tamen est ad clamores audiendos. Vbi simul disce nô quoscumque eum exaudire clamores; iniustos enim non audit, sed eorum, qui iniustè ab aliquo grauantur. Quasi dicat, glorificatur Deus in audiendis clamoribus suorum, & de eorum pœnis quasi subridendo congaudet. Sed cum impletum est tempus patiendi, ex Ægypto populum suum, & suos lætanter vocat, vt discant iusti afflicti clamare ad cœlum, non solum pro peccatis suis, sed pro misera Republica suspirante, aggrauata, & oppressa laboribus importabilibus. (Iob c.9.n.23)

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quomodo Ioseph, & Maria, securi erant ab insidiis Herodis?

QVæretur, quomodo in regione Ægypti securiores erant Ioseph & Maria, quàm in propria patria Iudææ?

1. Responsio est Abulensis quæst. citata, *Quod securiores erant in terra Ægypti propter incolas terræ Iudææ, quia ministri Regis sunt rigidi inquisitores, vt gratiam inueniant cum Principibus, etiam non tuta conscientia.* 990. Abul.q.60.

Interrogat Oleaster, quare tam cito fama pulchritudinis Saræ peruenit ad Palatium Pharaonis, & ad aures eius. Et respondet cum translatione Pagnini, *Quia Principes aulici laudauerunt eam apud Pharaonem.* Et addit: *audiant, qui coram Regibus aliquid laudant, quod Rex possit malè cupere*, Vnde Paulus ad Ephes. 5. num. 3. ait: *Fornicatio, aut immunditia neque nominetur in vobis, vt decet Sanctos*, Quasi dicat, quid accidet Regi, cuius ministri, familiares, & amici intimi solum propter prophanas, & luxuriosas nominationes, & conuersationes ad supremam dignitatem peruenerunt? Si mihi non creditis, operibus & effectibus his calamitosis temporibus credite. (991. Oleaster in Gen.11. Translat. Pagnin. Ad Ephes. 5. n.3.)

2. Responsio est nostri Sancti Bernardini Senensis, *Si intuitu Beatissimæ Virginis Deus Patriarchas, & Sanctos Patres liberauit, quomodo non Iosephum, & puerum Iesum propter illam ab omni molestia, & insidiarum fraude non saluaret?* Quasi dicat, nescit amor pati rem amatam, quin audiat, & succurrat ei. (992. S.Bernard. Senens.cit. in litt.)

Interrogat Sanctus Bonauentura, *Cur cum intraret Maria in domum Zachariæ, vt visitaret Elisabeth, sola ipsa audiuit Mariam: factum est*, inquit Lucas cap. 1. num. 41. *Vt audiuit salutationem Mariæ, &c. Nonne famulæ & consanguinei domus erant ibi? Quare sola Elisabeth audiuit vocem Mariæ?* Et respondit: *Quia sola Elisabeth plusquam omnes Mariam diligebat, & amor nescit pati quod amatur. Audiuit* (inquit Sanctus) *salutationem Virginis Elisabeth, quia eam amabat.* Et addit: Ideo dicitur in Cant. cap. 8. num. 13. *Quæ habitas in hortis amici auscultant te fac me audire vocem tuam.* Quasi dicat, nulla erit aduersitas, quam amici Dei patiantur, quam non exaudiat vocem eius sponsus. Ideo secura iter agebat Maria; (993. S.Bonau. in Luc.1.n.41. *Amor transire ... amantu.* Cant.c.8. n.13.)

quia

quia eius intuitu ab omni periculo liberaretor, quia sola fuit amica singularis Dei, & fine
Officium Concept. Fr. Minor. exemplo placuit Altissimo, vt in officio suæ conceptionis immaculatæ canitur, *Sola fuit mulier, qua Ianua patuit lethi ex qua vita redit.*

994. Chrysolog. citat. 3. RESPONSIO est Chrysologi citati in littera, qui ait: *Latet Christus in Ægypto, quia inter idololatras absconditus est, & inter custos manifestatur.* Quasi dicat, multoties inter reprobos, & impios sceleratos, latet veritas
Conuersiones mirifica peccatorum. diuina, & aliquoties per fastidium voluptatum, qui erat absconditus Deus, manifestatur, & per peccatorum opera operatur mirabilia, & prodigia manifesta.

995. Oleaster in Exod. 32. n. 20. Interrogat Oleaster, *Quare Moyses, vt idololatras curaret istam medicinam illis applicauit,* Exod. 32. num. 20. *Vitulam combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel?* Et respondit: *Crediderim quod vt eis idololatria nauseam induceret, voluit vt pulueribus idoli sui satiaren-*
Peccatores fastidiantur peccatis. *tur.* Quasi dicat, sicut venena veneuis aliquando excluduntur: Ita peccata peccatis sæpè numero enrantur; *Quia fastidium voluptatis admirabilis medicina peccatorum est*, teste Tertul-
Tertull. lib. de spectacu. lis S. Hier. epist. 12. ad Gaudent. liano. Vide D. Hieronymus epist. 12. ad Gaudentium ait, *Nam cupientibus Israelitis Ægyptias carnes, vsque ad nauseam, & vomitum prabuit examina coturnicum, vt postea eas satiati contemnerent.* Hinc multi peccatores voluptatum fastidiosi in se reuersi prodigium sanctitatis facti sunt. Vnde cum Ægyptus plena infinitis abominationibus, & idolorum cultibus esset, ita vt reptilia immunda pro Diis adorarent, miseria eorum commotus Dominus pergit ad Ægyptum, & quasi singularis medicus latuit inter illos, & postea manifestus: Ita Æg-
Ex desertis Ægypti prodigia sanctitatis. ptum curauit, quod illinc Antonius, Paulus Anachoretæ, & alia quam plura sanctitatis prodigia exierunt; quia Ægyptus, quasi sauciata, & fastidiata voluptatibus idolorum in se tersa exemplum Ecclesiæ sanctitatis demonstrata est.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Vtrum Angeli in fuga Ægypti ministrauerunt Iosepho, & Mariæ?

QVæretur, An necesse fuit, quod Angeli in itinere ministrarent peregrinantibus in Ægyptum?

996. Chrysost. cit. in litter. 1. RESPONSIO fuit Chrysostomi, qui dixit, *Quod puer quem Ioseph, & Maria portabant ministrabat eis de necessariis, & custodiebat eos ab inimicorum insidiis.*

997. Richard. de S. Victor. lib. 2. c. 21. Isai. 21. Interrogat Richardus de Sancto Victore lib. 2. de Emanuele cap. 21. *Car fideles & amici Dei*, apud Isaiam cap. 21. num. 11. *Cum in necessitatibus essent positi, angustiati, afflictique clamabant dicentes, custos quid de nocte, custos quid de nocte? Nonne Deum, vel Regem, vel Dominum appellarent? Sed custodem? Quare?* Et respondit, *Quod Creatorem, Deum Dominum, aut Regem, commune cum omnibus erat, sed quod latam perditionis viam cum cæteris non incidebant, eis præ cæteris ex custodia Emanuelis erat.* Quasi dicat, cæteri homines mortales,
Ad iustos res specit Deus singulariter & protegit. qui tanquam creaturæ Dei, in omni tribulatione positi ad Deum clament: æquum est: at Ioseph, & Maria qui custodiebant Iesum, & nutriebant, è custodia clament, & dicant; custos quidem nocte faue tuis in necessitatibus itineris positis.

2. RESPONSIO est Tertulliani citati, *qui pro armis, & scuto guttas lactis virginis, & lachrymarum infantis contra hostes sufficienter assignat.* 998. Tertullian. cit. in litt.
Quasi dicat, vna sola lachryma infantis inimicum summergit.

Interrogat S. Gregorius lib. moral. quare di- 999. S. Gregor. lib. mor. in Iob. 40. n. 18.
citur de Diabolo, & siti eius, *Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur.* Respondit quia, *& habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.* Quasi
Lachrymarum vis. dicat, non satiabitur Diabolus, etiamsi flumina sanguinis humani in os eius intraverint. Et solam vnā guttam aquæ lachrymarum non potest sorbere, imò rumpuntur ventris eius interiora. Si conspersa fuerint ab hac aqua dentes excutiuntur, & fauces perforantur, venæ inflantur, & neruí eius soluuntur.

Vnde Petrus Cellensis lib. de panibus c. 12. 1000. Cell. lib. de Panib. c. 12.
Sathan tolerabilius sustinet flammam suā, quàm lachrymam nostram, Et Chrysostomus, *Lachrymæ sagittas maligni ignitas extinguunt.* Et D. Hiero- D. Hieron. epist. 46. ad Rustic.
nymus ep. 46. ad Rusticum: *Vide quanta magnitudo sit fletuum, vt aquarum diluuio comparentur.* Quasi dicat, quod sicut aquis diluuij peccata extincta sunt: sic fontibus lachrymarum. Vn-
de S. Leo ser. de Passione, de lachrymis Petri lo- S. Leo ser. de Passion.
quens ait: *Sancte Apostole lachrymæ tuæ felices sunt, quæ ad diluendam culpam negationis virtutem sacri habuere Baptismatis.* Et Chrysost. in Chrysost. in Ps. 50.
Ps. 50. *In codice scripta sunt peccata, spongia peccatorum mox lachrymæ tuæ sunt: effunde lachrymas, & poteris delere ea.* Ex quibus colligo, quam custodita erat sacra societas Ioseph, & Mariæ sponsæ eius lachrymis infantis Iesu. Et ad mores ad-
Lachrymarū encomia. uerte, quomodo inuitant te istæ lachrymæ infantis sine culpa, vt tu lachrymis tuis tot tantaque deleas, si lugeas.

3. RESPONSIO B. Amadei in littera ci- 1001. B. Amad. cit.
tati dicentis, *Virtute thuris Dæmones expelli fertur; ego autem virtutibus Maria.* Quasi ad mores dicat, magna & admirabilis virtutis vis est.

Interrogat S. Bernard. ser. 7. in Ps. *Qui habitat;* 1002. Bern. ser. 7. in Ps. Qui habitat.
quare Balaam Pseudo propheta, cum esset iniquus iustorum mortem optabat, & nouissima sua horum similia fieri precabatur. Et respondit, *quia tanta est virtutis potentia, vt & compescat ora, & linguas impiorum.*

Vnde Chrysostomus interrogat, de quo lo- 1003. Chrysost. in Ps. 11. n. 9.
quitur Psalmista Ps. 11. n. 9. cum ait, *Cornu eius exaltabitur in gloria?* Et respondit, *de viro virtu-*
Virtus amatoribus & admirabilis. *tis amatore, qui malis per admirationem, & bonis per affectionem semper exaltatur vsque ad gloriam; quia bonos, nemo est adeo impudens, & sceleratus, qui non laudet, aut admiretur.* Et addit Chrysostomus; *huiusmodi enim res est virtus vt etiam ab his, qui illam non sequuntur, laudetur.* Ergo Amadæus optimè de virtutibus Mariæ di-
Maria encomia. cit, quòd in Ægypto fugauit Dæmones, & attraxit ad se sceleratos, idololatrasque Ægyptios, & tanquā prodigium facta est, multis malis admirabilis, bonis amabilis, & Angelis desiderabilis.

Ideo interrogat Oleaster, *Quare dixit Do-* 1004. Oleaster in *minus*

Genes.12. n.3. minus Abraha Genes. 12. n. 3. *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus?* Et respondit, vt videas, quanti faciat Deus virtuosos, & iustos, & velit nos illis benedicere, & maledicat his, qui maledicunt. Similiter aduerte, *Quid piaculi sit, si iustos maledicas, quomodo ait Balaam*, Numeror. 22. num. 12. Numer.22. n.12. *maledicam cui Dominus benedixit?* Et Psalmista, *Maledicent illi, & tu benedices.* Psal.108. num. 28. Psal.108 n.28. Luc. c.1. n.28. Quasi dicat: Quis etiam Ægyptiorum videndo faciem Mariæ cum filio suo admirabundus illi, non benedixit cum Angelo dicens, *Benedicta tu inter mulieres*, Lucæ cap. 1. num. 28. Et si perfidis Ægyptiis admirabilis fuit; iustis & Sanctis ita fuit amabilis, vt Dionysius eam contemplando, diceret; Dionys.cit. *Quod si fides non aliter doceret, crederet, quod ipsa Deus esset.* Vnde Bernardus ser. 2. in natali S.Bernard. ser.2.de nat. S.Vict. S. Victor. *O venerandam etiam ipsis Angelis sanctitatem, quia pari studio, etsi dispari voluntate, & mali fugitant, & frequentant boni.* Quasi dicat: ô admirabilis virtutum fasciculus Mariæ Virginis, cuius fragrantia in Ægyptum fugiens, & idololatræ admiratione stupefacti stupebant, & boni in odorem suauitatis tuæ currebant, Cant. 1. n. 4. Cant.1.n.4.

TRACTATVS XXIX.

A D LITTERAM,

In idem Caput II. Matth.

De Nece innocentium.

T E X T V S.

16. TVNC Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis iratus est valde. 17. Et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu, & infra secundum tempus quod exquisierat à Magis. 18. Tunc adimpletum est per Hieremiam Prophetam dicentem. 19. Vox in Rama audita est, ploratus, & vlulatus multus; Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

E X P O S I T I O Litteræ.

1005. Abulen. in exposit. litteræ in Matt. 2. QVoniam tres Reges Magi non seruauerunt veritatem promissionis factæ Herodi Regi, quod redirent ad Hierusalem iratus est valde; tanquam verè illusus à Magis; quia neque redierunt, neque per seruos nuntiauerunt Regi de puero Iesu, & cum frustraretur desiderium, machinatio fraudulenta Herodis, vindictam cogitauit crudelem. Et ita misit ministros detestabiles, qui mandatent executioni, quod decreuerat, & latebat diu in corde suo.

1006. Et occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem; *Quia ibi putabat natum esse Messiam, sicut Iudæi dixerunt ei, & in omnibus finibus eius, hoc est in oppidis, & vilullis totius illius territorij, sicut in nostro vulgato Hispano dicimus, En todo el Reyno de Toledo.*

1007. A bimatu, & infra: *Bimatus est ætas duorum annorum, teste Abulensi trimatus trium annorum*, & dicitur *& infra*, id est, antequam ad duos annos peruenissent, etiamsi vnius diei esset infans natus occidebatur. *Bimatus est ætas duorum annorum.*

1008. Secundum tempus quod exquisitum erat à Magis. Diligenter didicit ab eis tempus, quando apparuit eis stella, & quia erant quasi duo anni, præcepit quod à bimatu, & infra occiderentur pueri.

1009. Tunc adimpletum est, id est, propter hoc Hieremias prophetauit, & iam adimpletum est, & hoc modo Matthæus multis in locis loquitur, vt suam approbaret cum Sacra Scriptura historiam. Hierem sup. cit.

1010. Vox in Rama audita est. *Ramà in Hebreo potest esse nomen proprium alicuius ciuitatis, vel appellatiuum, & idem est, ac vox in excelso.* Hebr. Translat. Et sic in excelso auditæ sunt voces mulierum plorantium acriter, & inconsolabiliter pueros suos. Et dicitur ploratus magnus, & vlulatus; quia fuerunt clamores, & voces omnium locorum, & villarum in infinitum; quia vt in Apocalypsi Apoc. 16. n.10. dicitur, *Centum quadraginta quatuor millia clamabant*

mabant ante thronum Dei dicentes; vindica sanguinem nostrum qui effusus est,

1011. Gen.30.& 35. Rachel plorans filios suos, non quia pueri occisi fuerant filij Rachelis; *Quia Rachel genuit duos filios, scilicet, Ioseph, & Benjamin*, Genes. 30. & 35. *Isti autem qui interficiebantur teste Abulense erant de filiis Iuda,* Gen.29. *& Iudas erat filius Liæ*, Genes. 29. *Propter hoc Bethlehem erat de tribu Iuda, vt patet in littera, & Messias, quem intendebat occidere de tribu Iuda erat, & de semine Dauid, & de vrbe Bethlehem. Dicuntur autem isti pueri filij Rachelis, quia sepulta erat iuxta Bethlehem vrbem, vt* Gen.25. & 38. patet Genes. 25. & 38. Et ob hoc Rachel videbatur mater puerorum occisorum, & noluit consolari, id est, noluit à fletu cessare, quia non sunt, id est, quia occisi sunt, & de malo irreparabili, non potest inueniri consolatio congrua, cætera in quæstionibus patebunt.

VERSIONES variæ secundum sensum nostræ vulgatæ.

Vulgata editio.	1.	Tunc Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis iratus est valde.
Translatio Syriaca.	2.	Tunc Herodes quum videret à Magis illusum esse vehementer excanduit.
Abulensis in Matth.	3.	Cum cognouisset Herodes, quod Magi non seruauerant veritatem, valde iratus est.
Translatio Vatabli.	4.	Cum cognouisset illusum sibi esse à Magis.
Caietanus in Euang.	5.	Facto non intentione illudendi, fefellerunt ipsum, & iratus est valde.

DIFFICVLTAS I.

Quare iratus est Herodes, & an iuste iratus sit?

QVare iratus est Herodes, & an iustè iratus fuerit?

1012. Abul.q.67. in Matt.2. 1. RESPONSIO est Abulensis q.67. qui ait, *Quod sine causa & ratione iratus est Herodes; nam valdè optauerat occidere Messiam, quem Magi adorare volebant.* Quasi diceret, iratus est, quia putabat non posse inuenire illum puerum, & ideo pro re iniusta iratus est; quia quid iniustius quàm quærere innocentem infantem ad occidendum eum?

1013. Chrysost. sup.Matth. 2. RESPONSIO est Chrysostomi super Matth. in Catena, qui ait, *Postquam paruulus Iesus Magos suo imperio subiugauit, non potestate corporis, sed gratia Spiritus irascebatur Herodes, quia quos ipse sedens in throno suadere non potuit; hu Iesus paruulus placuit in præsepio iacens. Deinde contemnentes eum Magi addiderunt causas doloris.* Quasi diceret, add derunt causam doloris magi Herodi, sed non iustam, sed illam quam sua impietate, & superbia suis manibus sibi accipiebat. Causa doloris Herodis.

3. RESPONSIO Abulensis q.65. qui ait: 1014. Abul.q.65. *Quod Magi nullam dederunt Herodi rationabilem causam irascendi; quia etiamsi promiserant Herodi redire ad ipsum, siue renuntiare de puero, & non fecerunt; tamen non peccauerunt; imò peccassent, si rediissent ad Herodem, vt nuntiarent ei de puero; quia hoc vetuit illis Deus in somnis, per Angelum ne redirent ad Herodem.*

4. RESPONSIO est Sancti Isidori in 1015. Isidor.cit. in Abul.q.65. Abulensi citati, qui ait, *Quod Herodes sua malitia iratus est, & absque iusta occasione; quia etiamsi Angelus non iuberet ex parte Dei Magos, quod non redirent ad Herodem, sed propria sua auctoritate non redissent, poterant imo tenebantur, quia in malè promissis, inquit Isidorus, scinde fidem, & licet à principio Magi promiserunt redire ad Herodem, postea benè informati,* Male promissa non adimplenda. quod volebat occidere puerum, per se debebant talem occasionem euitare.

5. RESPONSIO fuit Alberti Magni, qui 1016. Alber.Mag. in Luc. ait: *Hic Herodes illusor fuit; ideo omne quod ad vocem malitiæ suæ, non obtemperauit, illusionem reputauit.* Vim vi repellere licet. Quasi dicat, vim vi repellere licet. Et si ipse Herodes volebat illudere Magos, ipsi illuserunt ipsum, & ipse se fefellit, & gladio suæ malitiæ iratus vulneratus est.

6. RESPONSIO est Chrysologi ser.152. 1017. Chrysolog. ser.152. *Videns Herodes, quia illusus esset à Magis, dolet impietas se illusam, dilatam se crudelitas furit, fremit dolositas se deceptam, & in se fraus reuersa colliditur.* Quasi dicat, querelas profert semper insanus, & de aliis dicit, quòd ipse meditabatur, aliis nocere præsumens captus in rete, furit, & sine ratione irascitur.

7. RESPONSIO est Glossæ, quæ ait, 1018. Glossa ord. in Matth.2. *Verisimile est, quod cum Herodi nihil renuntiatum esset à Magis, credidit illos fallaci stella deceptos esse, & ideo ad se non esse reuersos, & ideo tamdiu quieuit à pueri inquisitione. Deinde vulgatis his, quæ in templo acciderunt furore incensus dedit decretum occisionis puerorum.* Quasi dicat, faciles Reges Signa celorū non paruipendenda. signa cælorum quæ contra eos ostentant iram Dei parui pendunt, & sanctis viris non credunt, sed de hoc latius postea.

8. RESPONSIO nostri Lyrani: 1019. Lyra. noster sua in Gloss. *Iratus est Herodes timens principatum suum perdere; & ideo tunc occasione ipsius voluit omnes pueros perdere, sed fuit impeditus ab executione huius facti; quia citatus est ad curiam Romanam ad petitionem suorum filiorum ipsum accusantium, & ideo non fuit ausus tunc pueros interficere ne cum aliis facinoribus suis accusaretur de tanta crudelitate, & tandem reuersus post ferè duos annos, &* Herodes accusatus. *confirmatus in Regno, tunc perfecit, quod decreuerat super crudelitatem mortis innocentium.*

9. RESPONSIO Glossæ: 1020. Glossa.ord. in Matth. *Verisimile est, per annum, & quatuor dies à natiuitate Christi Herodem in pueros desæuisse, quod forsitan ideo distulit,* quia Romam profectus est propter causas à Lyra iam repertas.

10. RESPONSIO Sancti Leonis serm.2. 1021. S.Leo ser.2. de

de Epiph. de Epiphania: *Recolens tempus, quod indicauerant Magi in omnes Bethlehem pueros rabiem crudelitatis effudit, & cæde generali ciuitatis illius in æternam gloriam transituram trucidat infantiam.* Quasi dicat, *furor illius sicut aspidis surda, quæ non exaudiuit clamores innocentium, sed ad cœlum vox eius peruenit.* Et de simili ira, & furore, quæ maior causa quam timor inanis de Regno amissuro.

Furor ambitiosus est terribilis.
Ps.57.n.5.

DIFFICVLTAS II.

Quare occidit Herodes pueros in finibus Bethlehem?

QVæritur, cur si Messias, scriptum erat, quod in Bethlehem esset nasciturus, occidit Herodes pueros, qui erant in omnibus finibus eius?

1022. Abul.q.79. in c.2.Matt. 1. RESPONSIO sit Abulensis quæst.79. in Matth. 2.qui ait, *Quod Bethlehem secundum consuetudinem Hebræorum habebat territorium, in quo essent vineæ, & agri vrbis, & in his agris erant aliqua parua congregationes domorum, quæ vocantur in scriptura villula, & in Hispania vocantur Granjas, ò alquerias? nam illi, qui in vrbe habitabant, habebant istas domos, & manebant aliquando in ciuitate, aliquando in his domibus; & propter hoc iussit occidere Herodes in finibus Bethlehem pueros, ne fortè in villulis natus esset Messias.*

In finibus Bethlehem, id est, en las alquerias, granjas, o casas del campo.

1023. Rabbanus in Catena. S.Thom. 2. RESPONSIO est Rabbani in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Non est autem contentus Herodes vastatione Bethlehem, sed adiacentium locorum, neque vllam misericordiam ætatis habuit à filio vnius noctis, vsque ad filium duorum annorum, quin omnes occideret.*

1024. Chrysost. super Matt. 3. RESPONSIO est Chrysostomi super Matth. qui ait: *Sicut enim bestia vulnerata, quidquid oculis eius occurrerit, quasi auctorem sui vulneris dilaniat: Sic Herodes delusus à Magis iram suam super paruulos diffundebat.* Quasi dicat, non fuit contentus Herodes quærere in Bethlehem innocentes, sed sicut bestia, vel taurus sagittis plenus, quærebat in finibus, & villulis Bethlehem, quem laniare cupiebat.

Vindicta Regum horribilis.

1025. Aug.ser.1. Innocent. 4. RESPONSIO est Augustini serm. 1. innocentium: *Prophanus hostis, nunquam Beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio: nam quantum contra eos iniquitas abundauit, tantum gratia benedictionis effulsit.* Quasi dicat, ex abundantia malitiæ cordis os loquebatur Herodis, vt in finibus mundi crudelitatem ostenderet, si non timeret occidi à parentibus puerorum. Vnde dicit Chrysostomus in Matthæum: *Ira enim Regum magna, & inextinguibilis est.*

Chrysost. citat.

Ira Regum terribilis.

1026. Interlin.in Matth.2. 5. RESPONSIO sit interlinealis, quæ ait: *In omnibus finibus Bethlehem occidere iussit infantes, vt in tanta multitudine latere non posset.* Vnde Glossa ait, *figurat mors paruulorum passiones omnium Martyrum, qui paruuli similes, & innocentes occisi sunt, qui non in Iudæa tantum, sed in omnibus finibus eius, quia vbique passi sunt ab impiis quos significat Herodes.* Quasi dicat, timenda est malorum persecutio, quia non est locus in finibus ciuitatis, in quo non quærat vindictam sumere. Sed de hoc ad mores postea.

Ira & mala voluntas fugienda.

1027. Glossa ord. in Matt.2. 6. RESPONSIO Glossæ, *Quam cito Christus apparuit in mundo, incepit in eum persequutio, quæ figurauit persecutionem Sanctorum. Et dum infans quæritur, infantes occisi sunt, in forma martyrij nascitur vbi infantia Ecclesiæ dedicatur.* Quasi dicat, non miretur quis, si ab incunabulis persecutionem patiatur; quia primitiæ persecutionis Christus fuit, vt in omnibus finibus terræ consolationem fidelibus suo exemplo relinqueret. De quo latius postea.

Ab incunabulis aliqui persecutionem patiuntur.

DIFFICVLTAS III.

Quare à bimatu, & infra occisi sunt innocentes?

QVæretur, quare à bimatu, & infra tanta, & crudelis occisio facta est?

1028. Abul. q.71. in Matt.2. 1. RESPONSIO sit Abulensis, qui ait, *Bimatus est ætas duorum annorum, sicut trimatus est ætas trium annorum, & trimus habens ætatem trium annorum. Sic accipitur, cum dicitur Abraham,* Genes. 15. num. 9. *Sume mihi vaccam trimam, & capram trimam.* Dicitur autem quod Herodes occidit pueros à bimatu, & infra; quia tunc quando credidit illusum à Magis transierat biennium ab ortu stellæ, & credebat Herodes natum esse puerum, quando stella apparuit, & non antea; nec post.

Gen.15.n.9.

Impij suis machinationibus conturbantur.

1029. Iacob de Borrag. cit. in Abulen. q.71. 2. RESPONSIO est Iacobi de Borragines, citati in Abulensi, qui ait, *Quod à bimatu, & infra, idem est, ac inter biennium, & quinquennium, & minores bimatu nullos occideret.* Et probat hanc opinionem; *quia quædam ossa innocentium reperiuntur ita magna, quod impossibile, quin huius dictæ ætatis essent.*

1030. Glossa.ord. in Matt.2. 3. RESPONSIO est Glossæ, *Ideo à bimatu, vt sicut præoccupauerat Herodes fines ciuitatis; ita & præoccuparet alium annum. Ideo etiam à bimatu, quia timebat, ne puer, cui famulabantur, paulo supra ætatem, vel infra speciem sibi conformaret.* Quasi dicat: considerabat Herodes, quòd puer, cui stella seruiebat in natiuitate eius, si cresceret quomodo faueret illi, & imperia mundi subiaceret *sibi*.

1031. Lyran sua in Glossa. 4. RESPONSIO Lyrani, *A bimatu & infra, qui duo anni transierant ab ortu stella, & à Magorum inquisitione.* Quasi dicat, bimatus, id est, duo anni transierant à natiuitate Christi vsque ad vltimam occisionem innocentium. Quia vt diximus, citatus fuit Herodes vt Romam adiret, & inquirendo Magos, & tempus itineris bimatus transierunt.

1032. Augult. ep. 28. 5. Responsio est Augustini epist. 28. qui ait, *A bimatu non frustra infantes illos, qui cum Domino nostro Iesu Christo ab Herode necandi quærerentur occisi sunt in honorem martyrum receptos commendat Ecclesia.* Quasi dicat, propter Christum pueros innocentes à bimatu natos quærit, vt occidat Tyrannus anxius, & iustè honorantur ab Ecclesia vti martyres, qui à bimatu persecuti sunt propter Christum.

Innocentes verè martyres Christi

1033. Beda in homil citat. in Catena. S. Thom. 6. Responsio Bedæ in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *In hac morte puerorum omnium Christi martyrum pretiosa est mors designata; qui bimi occisi sunt doctrinæ, & operatione perfectos indicat; qui vero infra simplices, quod illi quidem occisi sunt, & Christus euasit: insinuat corpora martyrum ab impiis posse perimi, sed Christum ab eis non posse auferri.*

Christus non aufertur à corde martyrum.

DIFFICVLTAS IV.

Quare in Rama audita est vox Rachelis.

Quæritur, quomodo in Rama audita est vox Rachelis plorantis filios suos?

1034. Abul. q. 72. in Matth. 2. 1. Responsio aliquorum Auctorum, quos Abulensis citat, & non sequitur quæst. 72. in Matth. *Asserentium, quod licet ploratus esset solum in Bethlehem, & in finibus eius auditus est; tamen in Rama, quia erat locus propinquus Bethlehem, quia sunt quatuor leucæ de Bethlehem vsque ad Rama*, vt Marinus Venetus testatur lib. 6. de terra Sancta, & Brocardus Theutonicus. Quasi dicat, quod per hyperbolem exaggerata est lamentatio matrum innocentium, quarum lamentationes, & voces per quatuor leucas auditæ sunt.

Marin. Ven. lib. 6. de terra sancta. Brocard. Theut. ibi.

1035. Hieronym. in Matth. 2. Responsio est Hieronymi super Matth. qui ait: *Cum autem dicitur in Rama non putemus loci nomen esse, quod est iuxta Gabaa. Sed Rama excelsum interpretatur, vt sit sensus, vox in excelso audita est longè, latéque diffusa.*

1036. Chrysost. in Matth. 3. Responsio Chrysostomi super Matth. *Quoniam vox de morte innocentium mittebatur, ideo in excelso audiebatur, secundum illud vox pauperis penetrat nubes.* Quasi dicat, Euangelista sanctus, vt horrore crudelitatis impleret auditorem, dixit vox in cœlo excelso audita est.

Eccl. 13 n. 31. Voces lamentabiles mouent.

1037. Caietan. in Euang. ad c. 2. Matth. 4. Responsio Caietani, qui ait, *Textus ille perspicue loquitur de captiuitate tribuum decem, quæ appellatur Ephrain, propterea introducitur vox Rachelis plorans filios suos; quoniam Ephrain ex Rachele descendit. Mysticè autem dicitur Rachel mater istorum innocentium; quia sepulta est iuxta Bethlehem*, vt patet Genes. 35. Quasi dicat sensus litteralis huius loci Hieremiæ de lamentationis voce propter captiuitatem decem tribuum Israël intelligendus est; mysticè autem de morte innocentium. Sed hoc non approbo; quia ad litteram debet locus intelligi de nece puerorum, vt ex Abulensi supra probaui; quia duplex sensus litteralis de vno loco potest esse, tanquam de figura, & de figurato.

Genes. 35.

Abulens. cit. suprà.

Duplex sensus litteralis de eodē loco.

1038. Glossa ord. 5. Responsio Glossæ *Exaggerat, vt hyperbolicè Rachel iam mortua dolentis affectu filios iã flere dicatur, vnde per hoc de Chaldæis historia texitur, quod similis esset; quia à Chaldæis Iudæorum facta fuit vastatio, sed melius reuelante per Euangelistam Spiritu, Prophetia de nece puerorum accipitur. Dicit enim, quod tunc completum est quod dictum est.* Quasi dicat; quia etsi ad imminentem captiuitatem sermo Propheticus respicit; tamen in eo sicut in vmbra futura veritas cædis infantium litteraliter pronuntiatur; quia de vno loco scripturæ duplex sensus litteralis potest esse.

Auctoris mens.

Litteralis sensus de puerorum nece. Hierem. 31.

1039. Lyran. sua in Glossa. Hierem. 31. n. 13. 6. Responsio Lyrani nostri, *Rama aliquod est nomen proprium; hic autem nomen commune significatur, id est, excelsum*, vt patet Hierem. 31. *Vox in Rama audita est.* Quasi dicat, *hic de vocis tristitia loquitur Euangelista, sicut, & Propheta Hieremias.*

1040. Abul. q. 72. in Matth. 7. Responsio Abulensis quæst. 72. in Matth. qui ait, *Quod Rama, est ciuitas, quæ distat, quasi duabus leucis à Hierusalem; sed non loquitur Propheta nisi de communi nomine.* Quasi dicat, in excelso audita est vox Rachelis plorantis filios suos, quia cœlum audit clamores pauperum à Tyrannis oppressorum. De hoc ad mores latius postea.

Clamores pauperum Deus exaudit.

DIFFICVLTAS V.

In quo distinguuntur ploratus, & Vlulatus?

Quæritur, quare Hieremias cap. 31. diuisit ploratus, & Vlulatus?

1041. Abulens. in exposit. litt. Matth. 2. 1. Responsio est Abulensis in expositione litteræ Matthæi 2. qui ait: *Ponitur ploratus, & vlulatus, quia vlulare differt à ploratu; complorare consistit in emissione lachrymarum; vlulare vero in quibusdam vocibus funestis, & terribilibus.* Quasi dicat, plorare potest aliquis cum modestia, & mensura faciei: at vero vlulare, non potest nisi exterioribus signis lamentationis, quæ aliquando mouent pectora saxis duriora.

Vlulare propriè est cum signis exterioribus.

1042. S. Thom. in Ps. 2. n. 1. 2. Responsio sit Sancti Thomæ, *Ploratus proprium est hominis rationalis: Vlulare vero animalis brutalis, vnde scriptum est, Quare fremuerunt gentes.* Psalm. 2. num. 1. *Et fremere, & vlulare bestiarum est proprium.* Quasi dicat Rachel, non solum vt rationalis mater crudelitatem innocentium occisorum plorauit, sed vlulauit vt fera crudelis, vt prouocaret bestias feras ad vindictam tantæ crudelitatis, de quo ad mores postea.

Animalia vlulant, & fremunt.

1043. Chrys. super Matth. 3. Responsio Chrysostomi super Matth. *Quod autem dicitur ploratus fletum paruulorum ostendit, quod autem dicit vlulatus matrum significat lamentum.* Quasi diceret, in paruulis mors faciebat finem doloris; in matribus autem semper per memoriam vlulatus remanebant gemitibus lugubris mixti.

1044. S. Augustin. 4. Responsio sit Sancti Augustini de quæst.

quæ st. noui & veteris testamenti, qui ait: *Rachel filios suos plorauit, quoniam filios Sororis suæ, (id est Liæ,) vidit occisus, vt æterna vitæ, heredes existerent: Cui enim aliquid aduersum euenit ex felicitate alterius; infausta sua miseris luget vlulatibus.* Quasi dicat, isti infantes qui occiduntur, erant de filiis Iuda, & Iudas erat filius Liæ Genes. 29. & Bethlehem erat de tribu Iuda: Vlulata est igitur Rachel filios Liæ sororis suæ, & infausta propria ex fælicitate aliena luget more Sanctarum sororum.

de quæst. noui & vet. testam.

Genes. 29. Calamitates alienas verè consanguinei lugent.

1045. 5. RESPONSIO sit Interlinearis in glossa, *Ploratus, & vlulatus multus, quia longè, latéque resonat planctus, & vsque ad Deum peruenit.* Quasi dicat, tot, tantáque mala Tyranni multiplicant, quot gemitibus, & vlulatibus inextrabilibus oppressi iusti clamant ad cœlum, & tandem in excelso audiuntur querelæ eorum, & flagella contra tyrannos Deus prouidit, vt contingit Herodi, vt in sensu morali referam.

Interlin in Glossa.

Gemitus cælū penetrant.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, & noluit consolari, quia non sunt?

QVæretur, quare noluit Rachel consolari, quia innocentes non sunt?

1046. 1. RESPONSIO sit Sancti Rhemigij in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *Assumpsit autem Sanctus Euangelista ad exaggerandam magnitudinem fletus, & ploratus, vt diceret etiam Rachelem mortuam plorasse filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.* Quasi dicat, tanta & tam grandis fuit crudelitas Herodis, vt mortua Rachel lamentata sit in altera vita, neque consolationem accepit, quia non sunt in mundo viuentes.

S. Rhemig. in catena S. Thom.

Crudelitates Tyrannorum resonant in perpetuum.

2. RESPONSIO Sancti Hieronymi in Catena, *Hoc habet duplicem intelligentiam, siue quod eos in æternum mortuos existimaret, siue quod se consolari nollet, de his, quos sciuit esse victuros. Vt sit sensus noluit consolari, quia non sunt, id est, noluit consolari de hoc quod non essent.* Quasi dicat, non est consolatio vbi est existimatio de pœna, & morte æterna. Sed non sic Rachel; sed quia innocentes victuros in æternum sciebat, de morte filiorum innocentium noluit consolationem recipere, quia non erat necessaria. 1047.

S. Hieron. in catena S. Thom.

Consolationis innocentium non sunt in hoc sæculo.

3. RESPONSIO est Abulensis vera litteralis, qui ait, *De malo, quod reparabile est potest homo recipere consolationem propter spem, vel propter actualem reparationem, quæ aliquando fiet; tamen occisis paruulis nulla erat reparatio, quia iam non erant; ideo noluit consolari Rachel, cessando à fletu.* Quasi dicat, noluit consolari, quia non est vestigium consolationis, vbi mortua est res amata. Et si aliqua consolatio est, per luctus, & ploratus reperitur, quia cor requiescit, flendo, & suspirando. 1048.

Abulens. in exponit c. 2. Matth.

Fletus requies est cordis.

4. RESPONSIO Glossæ, quæ ait, *Plorat Ecclesia, & non vult consolari hic; quia filij sui non sunt de hoc mundo: Vel plorat, quia dum parit tristitiam habet.* Vnde dicitur Ioannis 16. *Vos plorabitis, mundus autem gaudebit. Sed additur consolatio, tristitia vestra vertetur in gaudium.* Quasi dicat; Ecclesia martyres plorans: & si ploratus, & vlulatus naturales sint, cum Deus ad se suos vocat, tamen consolari non vult, quia non sunt in hoc sæculo, sed quia viuunt in æternum, & regnant cum Deo, pro quo mortui sunt: ideo Interlinealis in Matth. 2. ait, *Rachel noluit consolari, eo modo, vt innocentes in mundo reuocarentur.* 1049.

Glossa in Matt. 2. Ioan. c. 16.

Pro defunctis lachryma fundenda sunt.

Interlin. Glossa.

TRACTATVS XXX.
AD MORES,
In Caput II. Matthæi,
De Nece innocentium.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare iratus est Herodes, & an iuste iratus sit?

1050. QVÆRETVR, qua ratione Herodes, & qua causa iratus est?

Abul.cit.in littera. 1. RESPONSIO est Abulensis, citati in littera, qui ait, quod absque iusta causa iratus est, quia solum quærebat Messiam, vt interficeret illum, *Ne sicut Reges sibi dixerant, regnaret.*

1051. Oleaster in Exod.c.1. n.16. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare cum Pharao tam crudeliter iratus esset propter multiplicationem filiorum Israël præcepit obstetricibus, vt masculos infantes, occiderent in partubus mulierum Israëlitarum?* Et respondit, ex trāslatione Pagnini, *Vt cum veniret bellum extincti essent.* Exod.c.1.n. 16. Et addit Oleaster, *Acutè considera queso quibus armis, quibus mæniis Regum, & eorum quibus militibus futuro bello occurrere voluerit iste Rex, nempe occisione innocentium.* Quasi dicat, qui arma polire debuit, ciuitates mæniis cingere, milites, & globos parare in vnum, facinus de necandis pueris coniurat. Et ab ira placatus est tali crudelitate, idem hodie pro nostris culpis contigit: nam ira Regum, & eorum priuatorum plectuntur innocentes subditi gabellis, impositionibus, & tributis necessariis ad bella, quibus fame, & persecutionibus innumerabiles innocentes pereunt, vt adimpleatur quod scriptum est, *Quidquid delirant Reges plectuntur Achiui*, & nulla alia ratione iratus est Herodes nisi propter deliria sua.

Deliria priuatorū innocentes soluūt.

1052. S.Isidor.in litt.cit. 2. RESPONSIO est Sancti Isidori in littera citati, qui ait, *Quod in malè promissis scindenda est fides.* Et sic tres Reges Magi non debuerunt redire ad Herodem; neque ipse iustè irasci, quia non redierunt.

1053. Origen.cit. in littera. Luc. 13. n.32. Interrogat Origenes, *Quare Herodes vocatur à Domina vulpes: dicite vulpi illi?* Et respondit: *quia sicut Vulpes astuta, & fraudulenta est, vt agnos totius gregis occidat. Sic Herodis vultum intuere, & videbis iam placidum, iam callidè fictum, iam tristem, iam furiosum, iam gaudentem iam iratum, & tandem tot, in eo videntur esse personæ, quot mores, cum quo nullatenus fides seruanda est, quia non est vnus homo, Sed duplex, quia frangenti fidem fides frangenda est, & semper seruanda diuina.*

Frangenti fidē fides frangatur eidem.

1054. Oleaster.in Gen.c.39. n.20. Interrogat Oleaster, *Quare Patriarcha Iudas ad nurum suam pro re illicita hœdum misit* Genes. 39. num. 20. Et respondit; *Quia omnibus personis fides seruanda est.* Quasi dicat, ex promissis redditur debitum. At Herodi qui callidè, & astutè volebat occidere Messiam, & Regibus illudere, & fallere non erat fides seruanda etiamsi Angelus non præciperet eis, quod non redirent ad Herodem.

Principes mundi non habent verbū veritatis.

1055. Glossa ord. 3. RESPONSIO fuit Glossæ, quæ ait, *Credidit Herodes fallaci stella illusos esse Magos, & quieuit; cum vero promulgata sunt prodigia, quæ in templo cum puero Iesu acciderunt, iratus est, & crudelitatem opere compleuit.*

1056. Abulen.in lib.1.Reg. c.2.n.34. Interrogat Abulensis, *Quare Eli non credidit, & si credidit, quare non emendauit filios suos, de quibus reuelatum est illi* 1. Reg. cap. 2. *Hoc autem tibi erit signum, quod venturum est duobus filiis tuis Ophni, & Phines, in die vno morientur ambo?* Et respondit: *quia vltimum flagitium alicuius Regni est, quando portenta, & prodigia cælorum, & reuelationes Sanctorum virorum vilipendunt Potentes, & Principes imò quando in furorem conuertuntur cum futura flagella, nuntiantur.*

1057. Chrysost. hom.11.ad popul. Vnde Chrysostomus loquens de supplicio Adæ ait, *Quod in morte Abelis incepit, vt in dedolorem, & tristitiam culpæ vniuersalis inciperet sentire. Considera Dei prouidentiam*, inquit Chrysostomus homil. 11. ad populum. *Considera Dei prudentiam non ipsum mori primum permisit, sed hoc eius filium pati, vt ante oculos tabescens corpus intuitus, & marcescens; magnam ex hoc aspectu Philosophiæ disciplinam caperet.* Quasi dicat, præsagia, & prodigia qualia sunt ante oculos mortem filij iuuenis, & filiorum non sentire; neque ex eius intuitu vitam emendare vltimum præcipitium miseris, & interitus regni est vt Herodi accidit, qui præsagia stellæ vilipendens in furorem versus est, & adeò vehementer punitus est, vt statim referam.

Præsagia & reuelationes Sanctorū vilipendere flagitium vltimum est.

1058. S. Leo cit.in littera. 4. RESPONSIO fuit Sancti Leonis citati qui ait, *Recolens tempus, quod indicauerant Magi in omnes Bethlehem pueros rabiem effudit.* Quasi dicat, sciscitabatur Herodes sapientes, & scribas tempus stellæ, quod Magi indicauerant,

indicauerant, vt ex eorum sententiis plus in furorem contra innocentes ardebat.

1059. Oleaster in Exod. c. 1. n. 10. Interrogat Oleaster, *Quare vocauit Pharao sapientes vt populum Dei aggrauaret operibus luti, & lateris.* Nam vbi vulgata legit, *Venite, sapienter opprimamus eum.* Exod. 1. n. 10. *id est,*

Transl. Pag. *populum Dei*, legit Pagninus; *affer, sapientissimus in eum?* Et respondit Oleaster, *vocant astuti malitiam suam maximam sapientiam, vt eos nunc mundus sapientiores arbitratur, qui astutiores, & malitiosiores fuerint.* Quasi dicat, ista sunt astutorum consilia impia cum Dominus doceat non esse mala propter bona facienda & dum publicum bonum augere volunt, ipsum minuunt. *Et aduerte hic (addit Oleaster) qualiter Tyranni, vt malis cogitatis medeantur mala præsentia perpetrant.* Quasi dicat, non esse malo

2. Reg. alio, præsertim maiori occurrendum, vt Dauid, qui adulterium homicidio voluit operire, & Herodes timorem amittendi regnum innocentium morte, sicut & conseruationem aliorum

Ministri astuti sapientes vocantur. Regnorum oppressionibus innocentium subditorum, & consiliarij, qui astutia, & arbitrio suo super hoc Regibus consilium dant, vocantur sapientes, quia Rempublicam destruunt.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare in finibus Bethleem occidit Herodes innocentes?

1060. QVæretur, quare etiam in finibus Bethleem Herodes innocentes occidit?

Abul. citat. 1. RESPONSIO Abulensis citati in littera, qui ait, *Quod erat Hebræorum consuetudo sicut & omnium nationum habere domus vbi congre-*

Auctoris dictum. *gabantur fructus terræ, quæ in Hispania, granjas, vel alquerias, vel aldeas vocantur*, & malitia Herodis tanta fuit, quod ne forte esset in finibus Bethleem natus Messias, ideo cladem ibi fecit. Sed interrogo quare non Bethleem, & villas, vel confines eius annihilauit, sed innocentium vitas? Forsitan, quia vt Tyrannus Rex diuitias plus quam vitas innocentium æstimabat.

1061. Oleaster in Exod. 21. n. 12. Interrogat Oleaster, *Quare in lege Domini.* Exod. 21. n. 12. *præcipiebatur, quod qui ferro perimeret, ferro periret*; & nihilominus si Dominus seruum suum occidebat, præcipiebat lex, non subiacebit pœnæ capitali, *quia pecunia illius est*, n. 21. Et respondit *fuit hæc lex tam mitis, quia raro quis seruum suum occidit.* Quasi dicat,

Indi consumpti sunt propter Tyrannos dominos ratione argenti, & auri. ita potentes (vel vt clarius dicam) Tyranni, ita diligunt pecuniam, & diuitias suas, quod tributis, & vexationibus occidunt seruos suos, vt videre est in partibus Indiarum, vbi crudeliter consumpti sunt Indi propter vexationes, & labores dominorum suorum, propter metalla argenti & auri, & volunt vitam innocentium perdere, & animas suas propter diuitias.

1062. Chrysost. in litter. 2. RESPONSIO est Chrysostomi citati: *Sicut crudelis bestia vulnerata, quidquid oculis eius occurrit quasi auctorem sui vulneris dilaniat. Sic Herodes.* Vnde idem Chrysostomus

Idem hom. 4. in Matth. hom. 4. in Matth. ait: *Leonem quidem mitigas, reddisque tractabilem, furorem vero animi tui omni prorsus efficis leone sæuiorem.* Quasi dicat, quis horribilia aliquorum hominum audiuit, quod crudelitate, & sterilitate ita sint imbuti, vt beneficiis non blandiantur, sicut Saül, qui 1. Reg. tantis à Dauid bonis operibus crudelior fiebat.

Hinc Philo Hebræus lib. de præmiis, & pœnis, ait, *Turpe est, ac dedecorosum animalia venenis armata & carnium humanarum auida insatiabilia, solitariaque non aspernari pacem; hominem vero suaptè natura mite animal natum ad societatem, & concordiam pertinaciter sæuire in vitam sibi similium.* Quasi dicat, ô Iudex iustus fortis, & patiens Deus quisquis tuam infinitamque patientiam non considerat, insanus est, amens est, quia Diabolus est, qui tales ac dissimiles effectus in omnibus operetur, cum videamus peruicaciter in innocentes Herodem sæuire, qui vitam sibi similem habebant; & natura alios tam amatores fratrum suorum ita producat, quod sanguinem suum, & vitam pro amore proximorum effundant. *O quam iustè adimplenda est sententia Spiritus Sancti contra istos Principes in sæculo potentes, vel insolentes, crudeles contra subditos innocentes: potentes potenter tormenta patientur.* Quia vt inquit Chrysostomus, *sunt tanquam bestiæ vulneratæ, quæ quidquid oculis eorum occurrit dilaniant, vel ad voluptatem consequendam, vel ad vindictam impetrandam, quia saginati vitij & pinguedine voluptatum repleti, fremunt ad vindictam innocentium, & fremere proprium bestiarum est*, teste D. Thoma. — 1063. Philo Hebræus lib. de præmiis, & pœnis. — Sap. c. 6. n. 7. — Chrys. citat. — S. Thom. in Ps. 2.

3. RESPONSIO S. Augustini in littera citati: *Nunquam prophanus hostis tantum sanctis paruulis obsequio prodesse potuisset, quantum profecit odio.* Quasi dicat, non immerito Tyrannos peruersos, & incorrigibiles permittit Deus in mundo viuere, sed vt corrigantur, vel vt per illos sancti exerceantur. — 1064. August. cit. in littera.

Interrogat S. Augustinus serm. 96. de diuersis, *Quare lapides, quibus lapidauerunt Iudæi Stephanum illi dulces fuerunt?* Et respondit, *quia sua persecutione, & vi & impetu ianuæ cœli Stephano apertæ sunt, & vidit gloriam Dei.* Quasi dicat, *quod quo plus corda Iudæorum contra Stephanum crudelitatem exercebant, eo vtiliter, & fructuosius ei seruiebant*, quia vt Iob dixit, c. 37. n. 18. *Cœli qui solidissimi sunt quasi ære fusi sunt.* Vnde concludit Augustinus, *cum cœli ianuæ aperirentur Stephano ipsas Iudæi mentes claudebant.* Quasi diceret, crudelitates, quas exercebant portas cœli Stephano aperiebant; quia impij in mundo sunt, vt per illos sancti exerceantur. Vnde Herodes magis odio profuit innocentibus, quam si vllo alio obsequio indicibili famularetur. — 1065. Idem ser. 96. de diuers. — Iob c. 37. n. 18. — August. cit. — *Persecutionibus crescunt iusti.*

4. RESPONSIO Glossæ, *In finibus Bethlehem innocẽtes occisi sunt, quia vbique Martyres pro Christi nomine à Tyrannis infatigabiliter passi sunt, & vsque ad finem mundi patientur.* Quasi dicat, homines crudeles, & peccatores obstinati, peiores diabolo sunt; quia iste aliquando cessat à persecutione iustorum, peccator vero obstinatus nunquam quiescit à malo, semper vigilans, & dormiens, tacens, & loquens semper peccat loquutione, vel opere, vel cogitatione, vel inductione, & desiderio pessimo. — 1066. Gloss. ordin. cit. — *Impij nunquam cessant peccare.*

Interrogat S. Ambrosius, Quare de Diabolo, dixit — 1067. Ambros. in Lucam c. 4.

Luc.4.n.13. diait Enangelista Luc.4 n.13. *quod recessit ab illo*
(idest Christo) vsque ad tempus? Et respondit,
vides ipsum Diabolum non esse in studio pertina-
cem & cadere solere vera virtuti; quia si inuidere
non desiderat, tamen instare formidat. Quasi dicat
Diabolus, si non amore virtutis, saltem timore
pœnæ, & ignominiæ ab eaterno opere malo
coërcetur: Peccatores vero obstinati, neque ti-
more Dei, neque verecundia humana, neque
propter pœnam inferni & mortis à peccatorum
fraudibus cessare volunt, & propter consuetu-
dinem ludi, & à cattarum pictarum abusione
Dæmones implorabunt, & propter pecunias
animas suas Diabolis perpetuo seruitio adopta-
bunt, & boe diu, noctuque incessanter peccan-
Matth.2. do, quando & ipsa legio Dæmoniorum fessa
demonstratur, & bi sunt similes Herodi, qui
occidunt innocentes, non solum in Bethleem,
id est, in domo panis, id est, in Ecclesia Dei, sed
in finibus eius, quia si viuerent vsque ad finem
Mors repen- mundi, non cessarent à peccatorum funibus li-
tina timida. gari, vnde repente multoties moriuntur, quia
Gennad. misericordia Dei est, inquit Gennadius Archie-
Hierosolymit. piscop. Hierosolymitanus, *Quod moriantur, vt*
Archiepiscop. *in inferno non tam crudeles pœnas patiantur, quia*
Exemplum *semper augent peccata, quo plus viuunt,* sicut
cartis pictis contigit amico, qui lucem extinguit, cum ami-
ludentium. cum suum incessanter perdere considerat, vt sic
ludus finiatur.

DIFFICVLTAS IX.
ad mores.

Quare dicitur, quod Herodes à bimatu & infra occidit pueros?

1068. QVærerent, quare à bimatu, & non à trimatu
occisi sunt pueri innocentes?
Abul. citat. 1. RESPONSIO fuit Abulensis citati in
in littera. littera, *Quod Herodes à bimatu, id est, à duobus*
annis præteritis computum fecit, quod stella appa-
ruit Magis, & delusus fuit ab eis, & per integros
duos innocentes occidit; quia semper, vt impius,
& crudelis in malo crescebat.
1069. Interrogat Oleaster, *Quare de Pharaone, &*
Oleaster in *ministris eius dicitur,* Exod. 1. n. 11. *Posuerunt*
Exod. c. 1. *super filios Israel Principes tributorum,* sic legit
n. 11. Transl. Pag. Pagninus. Et respondit, *quia tales sunt tribula-*
tiones, & passiones sanctorum, vt in immensum
crescant. Quasi dicat, tribus modis conatus est
Impij in malo Pharao Israëlitas affligere famulatu duto in
semper cres- operibus vilibus, luti scilicet, & lateris, secundo
cant. marium suffocatione per obstetrices, tertio
aperta iactatione in flumen, in quibus disce,
quod quemadmodum sancti semper in bono
proficiunt; ita impij continuo deteriores sunt.
2. ad Tim. 3. Vnde Paul. ad Timoth. 3. *Malos & seductores in*
n. 13. *peius proficere errantes, & in errorem mittentes,*
vt iam latè explanauimus. Et in Herode confir-
matur, qui à bimatu innocentes quæsiuit, &
nunquam cessauit, sed creuit occidendo.
1070. 2. RESPONSIO est Glossæ, *Quia timebat*
Gloss. ordin. *Herodes ne puer, cui famulabatur stella cresceret,*
Ingrati Prin- *& imperia mundi ei subijcerentur.* Quasi dicat,
cipes seruitia impius Rex eum timore conquaritur, neque ra-
præclara obli- tionem, neque seruitia subditorum respicit, sed
uioni tradũt.

omnia in furias conuertit. Vnde interrogo,
innocentes occisi non habebant parentes proceres,
& nobilitate insignes, quibus præmia laborum suo-
rum debita erant? Quare igitur tali crudeli mu-
nere & præmio mercedem acceperunt? Nulla
alia credo ratione, nisi quia timidus & impius
Rex, qui nemine persequente pauescit, remunerat
vt Tyrannus bona malis. Interrogat Oleaster, Oleast. in
Quare gesta tam præclara Ioseph in seruitium, & Exod. 1. n. 8.
vtilitatem totius Ægypti, frumenta scilicet ser- Transl. Pag.
uando, & famem septem annis reparando tam
duris præmiis remunerata sunt in filios Israel?
Et respondit; *quia surrexit Rex nouus in Ægypto*
qui ignorabat Ioseph. Exod. 1. n. 8. Et addit, *parum*
erat gesta ignorare, nisi & personam notissimam
non agnosceret. Quasi dicat, hoc est munus, quod
ea laboribus, & sudoribus suis acquiescunt, qui *Ingratitudo*
ingratis Principibus, & communitatibus inui- *timenda.*
diosis, & barbaris inseruiunt, vt facilè tam ipsi,
quam præclara eorum gesta perpetuæ obliuioni
tradantur, vt patet in Herode Rege impio, & *Seruire ho-*
ingrato, qui propter seruitia præclara suorum *minibus la-*
familiarium, & subditorum suos filios inno- *bor inanis.*
centes occidit.
3. RESPONSIO fuit Lyrani citati, qui 1071.
ait, *Quod bimatus fuit in itinere, & residentia,* Lyran. citat.
quæ à Senatu Romano Herode vocato consumpsit, in littera.
& illæsus reuersus, quia muneribus benè se expe-
diuit. Fecit inauditam crudelitatem. Quasi dicat,
Senatores Imperij audito Herode de adoratio-
ne Magorum puero Regi Israël facta timue-
runt, & manibus alienis (Herodis scilicet) cla-
dem puerorum tacitè permiserunt & ita perfecit
opus peruersum inceptum.
Interrogat Oleaster, quare Pharao obstetri- 1072.
cibus Hebræarum tam grande scelus de suffo- Oleaster in
catione innocentium præcepit, Exod. 2. n. 16. Exod. 2.
diait *Rex Ægyptius obstetricibus Hebræarum* n. 16.
suffocate innocentes? Et respondit, *volunt impij* Transl. Pag.
Reges, & potentes mala alienis manibus facere.
Sed quid eis prosit ostendit Sanctus Dauid, 2. Reg.
qui cum Vriam gladio filiorum Hamon occi-
disset se innocentem arbitratur, sed non fuit:
Sicut neque Pharao, qui obstetricibus necem in-
fantium præcepit, & populus Romanus Herodi
permisit, vt hinc discant Reges qui in abscon- *Principes*
dito manibus alienis homicidia faciunt zelo *manibus*
cupiis, vel vindicta obcæcati, quod ante oculos *alienis ho-*
Dei omnia aperta & nuda sunt. *micidia faciunt.*
4. RESPONSIO est Bedæ in littera citati: 1073.
Innocentes martyres insinuant, quorum corpora Beda citat.
occidi possunt & perimi propter Christum; sed in littera.
Christum ab eis non potuerunt separare. Quasi
dicat, notum sit omnibus labores, & persecu-
tiones propter Christum tolerantes; quod Ps. 90. n. 15.
quamuis Christus impassibilis stat ad dexteram
Patris sedens, quod non obliuiscitur suorum
amicorum imo cum ipsis stat in tribulatio-
nibus.
Interrogat Oleaster, quare cum inter Auli- 1074.
cos Principes Pharaonis esset nutritus Moyses, Oleast. in
& in filium filiæ Regis adoptatus, dicitur Exod. Exod. c. 2.
2. n. 11. *Quod egressus est Moyses ad fratres suos,* n. 11.
scilicet, oppressos luti, & lateris operibus? Et
respondit, *quia Moyses non est oblitus generis*
sui infimi, & laboribus afflicti inuenit in aula
Regia nutritus, vt doceat Aulicos, & Prælatos ex
infimis eleuatos non obliuisci debere suorum.
Quasi dicat, discant, qui in sublimioribus
constituti

Viliores sanguine obliuiscuntur suorū sublimati. constituti sunt labores, & dolores miserorum, maxime suorum considerate. Et hoc insinuat Beda quod à suis martyribus, & innocentibus non possunt Tyranni, vt Herodes Christum separare; quamuis corpus ab anima separent.

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quare vox in Rama audita est?

1075. QVæretur, an Rama sit nomen proprium, vel commune, vt iam diximus, vbi voces audiebantur?

Chrys. citat. in littera. 1. RESPONSIO est Chrysostomi citati in littera, qui ait, *Quoniam vox de morte innocentium mittebatur, ideo in excelso audiebatur.* Quasi dicat, ad eruditionem nostram, nemo seducatur, quia potens est existimans, quod in excelso voces afflictorum non audiuntur, & causantes id adeo crudeliter puniuntur, quoniam voces innocentium in excelso tale flagitium contra Euseb. lib. 1. Hist. cap. 8. Herodem excitauerunt, vt refert Eusebius lib. 1. Historiæ cap. 8. his verbis: *Cum post insidias Saluatori nostro, & aliis infantibus factas, cælitus inuecta plaga Herodem ad extremum vsque spi-* Ioseph. l. 17. antiq. c. 7. & 10. *ritum affligaret. corpus eius (vt Iosephus refert) morbus inuasit diurnus, ignis quidem lentus inerat, non tantum conflagrationem in superficiem corporis agentem prodens, quantum intrinsecus* *Exemplum flagelli Dei.* *crescens operabatur in centrum. Auiditas inexplicabilis cibi semper inerat, nec tamen satietas vnquam rabidis incitata faucibus praualebat implere ingluuiem, intestina interius vlceribus tabida putrefiebant, doloribus quoque colli saeuis-* *Propter miserias inopum, & pauperum à Principibus causatas Deus grauiter punit illos.* *simus cruciabatur. Humor liquidus, ac luridus erga pedes luridos oberrabat. Similis quoque illi circa pubem inerat afflictio, sed & pudenda ipsa putredine corrupta scatebant vermibus; spiritus quoque incredibilis erecta lentigo (quæ fuerat satis obscœna) diri fetoris, & anhelitus respiratione creberrima.* Hæc Eusebius, vt discant Reges crudeles, quod in excelso voces innocentium afflictorum audiuntur.

1076. Gloss. ordin. *Sensus litteralis de captiuitate Chaldæorū.* 2. RESPONSIO Glossæ, quæ ait, *Licet sermo Propheticus futuram populi Dei captiuitatem à Chaldæis factam Rachel lamentatur; tamen fuit in figura innocentium mors lachrymata.* Quasi dicat, voces Rachelis in excelso auditæ Gloss. in Matth. c. 2. sunt, quia vt Glossa ait, *Rachel ouis videns Deum dicitur, & Ecclesiam figurat, cuius tota intentio vt Deum contempletur inuigilat, & ipsa est ouis centesima quam Pastor humeris suis re-* *Anima conuersa ouis, quæ lamentatur.* *portabat*, id est, quælibet anima conuersa ex lupo rapaci in ouem, quæ lamentatur & quærit Pastorem suum, mutata dicens: *Errani sicut* Ps. 118. n. 176. *ouis quæ perit.* Ps. 118. n. 176. *statim gaudente exercitu Angelorum comitatur Pastorem Iesum qui & centesimam ouem, quæ perierat humeris portat ad cœlum.*

1077. Lyran. citat. 3. RESPONSIO Lyrani citati: *In excelso vox audita est, quia clamores pauperum oppressorum in cœlo audiuntur.* Quasi dicat, clamores & voces pauperum vniuntur, & geminantur in aëra, & ad cœlum Dei multiplicatæ accedunt, & vim iudici faciunt.

Interrogat Oleaster, quare dicitur in Exod. 1078. Oleaster in Ex d. c. 3. n. 7. cap. 3. n. 7. *Vidit Deus filios Israël, & cognouit* Transl. Pag. *Deus*, sic legit Pagninus, vt quid geminatur nomen Dei, nunquid videndo, non cognouit, & cognoscendo, non vidit? Et respondit, *locus iste,* *Iustos amicos suos prosequi Deus.* *ostendit quàm exactè, & oculatè Deus aduertat mala, quæ in suos fiunt, vt considerent, qui faciunt, quales sunt pœnas daturi.* Quasi dicat, non solum videt Deus mala, quæ suis fiunt, sed iterum, atque iterum cognoscit, & attendit, quasi cogitando crudele flagitium debitum Tyrannis, *qui pauperes Sanctos offendunt.* Audi apud Hieremiam cap. 2. num. 3. Hierem. c. 2. n. 3. *Sanctitas Domino Israël primitiæ frugum eius, omnes deuorantes eum delinquunt, malum veniet super eos.* *Praui crudeles moriuntur crudeliter.* Quasi dicat, sicut irascitur nimis Deus, cum primitias suas comedunt inhonestè Sacerdotes, vt de filiis Heli visum est. 1. Reg. 2. n. 16. 1. Reg. 2. n. 16. sic qui Sanctos suos primitias sanctitatis, & dilectos Dei offenderit, morte repentina morietur, sicut Ophni & Phi- 1. Reg. 6. n. 10. nes mortui sunt. Et sicut Herodes, qui primitias Matth. 2. & flores martyrum exsiccauit, ipse dilaniatus doloribus periuit, vt superius diximus.

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quare ploratus, & vlulatus in excelso audiuntur?

QVæretur, propter quid ploratus, & vlulatus 1079. distinguantur à Propheta Hieremia?

Abul. citat. in litter. 1. RESPONSIO Abulensis in littera citati, qui ait, *Quod ploratus est dolor, & tristitia cum lachrymarum effusione, sed compositè, & honestè; at vlulatus est dolor signis in compositus, & exterioribus manifestatus, quod non pertinet ad prudentes & rationales homines.* Vnde Ecclesiastici Ecclesiast. 22. n. 13. cap. 22. n. 13. dicitur: *Luctus mortui septem dies, fatui autem, & impij omnes dies vitæ illorum.* Quasi dicat, cum moderamine lachrymandæ sunt mortes iustorum, sed impiorum in æternum debent plorari. Vnde Diuus Augustinus S. August. serm. 13. de Sanctis. serm. 13. de Sanctis ad finem, ait: *An non in te sunt viscera Christianæ miserationis, vt non plangas corpus, à quo discessit anima, & non plangas animam, à quo recessit Deus.* Quasi dicat, veh mundo à scandalis quæ videntur, quia pro amissione carorum Regnorum audiuntur ploratus *Causa flagellorum Dei plorandæ, non effectus.* & vlulatus ineffabiles & continua ministrorum consilia adhibentur, & ad remedia peccatorum, & scandala euitanda nullus est, qui recogitet, sed quasi stulti effectus considerant, & lugent; causas autem non præmeditantur.

Cum Nehemias audisset calamitates Hieru- 1080. salem & destructionem murorum, inquit Esdras 2. Esdr. c. 1. n. 3. 2. cap. 1. n. 3. *Quod sedit, & luxit diebus multis,* vbi Beda ait lib. 3. cap. 15. Beda lib. 3. c. 15. *si vir Sanctus audiens destructa lignorum & lapidum ædificia, rectè lugebat, ieiunabat, & orabat diu sedens in tristitia, quanto magis in destructione & ruina animarum continuis luctibus, & orationibus insistendum?* Quasi dicat, considerate vlulatus magnatorum, & ploratus aliquarum imprudentum fœmina-

rum

rum in amissione charorum, vel morte virorum suorum, & videre signa exteriora contra cœlum, & blasphemias contra Deum ex impulsione tristitiæ & pœnæ, sed istæ lamentationes non in excelso audiuntur, sed in æternum puniuntur.

1081. S. Thom. in caten. citat. 2. RESPONSIO est S. Thomæ in catena citati, qui ait, *Ploratus proprius est hominis rationalis; vlulatus animalis brutalis.*

1082. Chrysost. hom. 5. ad Popul. 2. Cor. 7. n. 10. Interrogat Chrysostomus, quæ est illa tristitia, de qua ait Apostolus 2. Cor. 7. n. 10. *Quod secundum Deum pœnitentiam operatur?* Et respondit, *tristitia hominis rationalis, quæ intus in corde dolorem producit, & ferus charitatem, & amorem proximi ostendit: nam qui filium amisit* (inquit Chrysostomus) *& impatienter doluit mortuum non ressuscitabit, nec defuncto profuit.* Et addit, *peccauit autem quis? tristatus est? peccatum deleuit, dissoluit debitum.* Quasi dicat, vlulatus, & ploratus signis brutalibus demõstratus, ad nihilum valet; solus dolor peccatorum prodest, quia sicut vermis ex ligno nascitur, & illud rodit, & comedit suam ab ipso originem habens. Sic & tristitia & mors de peccato natæ sunt, & peccatum absumunt. Hæc ex Chrysostomo.

Ploratus incompositus damnabilis.

Chrys. citat.

1083. S. Aug. citat. in littera. 3. RESPONSIO est Augustini citati in littera, qui ait, *Rachel filios suos plorauit, quia filios sororis suæ Liæ, qui occisi erant propter Christum in æterna felicitate considerabat, quia infelicitas propria augetur aliena felicitate.*

1084. Lyran. noster in Gen. 13. n. 1. Interrogat noster Lyranus, quare dixit Dominus Abrahæ Gen. 13. n. 1. *Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, cum hæc verba dicta ei sunt in victoria consequuta à quatuor Regibus Assyriorum?* Et respondit, *timuit Abraham, ne forte Dominus hic pro aliquibus seruitiis ab ipso factis, cum præmio de victoria contentus ab intimus, & sempiternis eũ repelleret. Ideo Rachel fælicitatem filiorũ suorũ luget, considerando æternã innocentiã filiorũ Liæ sororis suæ, ne forsè ipsa priuaretur ab ipsa.*

1085. Oleaster in Exod. c. 14. n. 13. Interrogat Oleaster, *Quare suffocatis Ægyptiis in mari rubro timuit populus Domini* Exod. 14. n. 13. *viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, timuitque populus Domini.* Quid est hoc, ô bone Deus, gaudere non debuissent de suffocatis hostibus? Quare ergo timent Deum? Respondit Oleaster: *nam qui propter nos destruit inimicos, nos etiam suffocauit, si ex amicis inimici fiamus.* Quasi dicat, fælicitates propriæ in hac vita magis nos debent timoratos aduertere, ne fortè muneribus hic cumulans Deus ab intimis repellat, quia ex elatione fælicitatis ex amicis Dei inimici solemus fieri iuxta illud à Psalmista dictum, & à Bernardo annotatum, *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.*

Bern. ibi. Ps. 78. n. 3.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quomodò intelligatur, Rachel noluit consolari quia non sunt?

1086. QVæritur, quomodò à ploratu consolationem Rachel noluit accipere, quia filij eius non sunt?

Remig. cit. in litter. 1. RESPONSIO est S. Remigij citati in littera, qui ait, *Quod per exaggerationem dicitur, quod de crudelitate Herodis circa innocentes noluit Rachel adhuc mortua consolationem accipere, sed vindictam à Deo postulare.* Quasi dicat, qualis, vel quomodo poterit esse consolatio de innumerabilibus doloribus ex amissione immensorum innocentium.

Interrogat Oleaster, quare secundum translationem Pagnini dicitur Gen. 4. *Vox sanguinum fratris tui clamat ad me de terra?* Et respondit, dicit *sanguines propter sanguinis copiam.* Ac si dicat, *propter abundantiam sanguinis, aut propter vulnerum multitudinem, quia qualibet gutta sanguinis Abelis occisi, vulnus in corde Domini aperuit*; qualis ergo erit sufficiens consolatio in effusione sanguinum immensorum innocentium? quot vulnera in corde Rachelis extitetunt; ideo noluit consolari, quia non sunt cicatrices eius consulabiles. 1087. Oleaster in Gen. c. 4. n. 10. Transl. Pag.

Hebræi dicunt *ob copiam futuræ sobolis cum fratre Abel interfectæ. Quot igitur soboles futuræ essent ex tanta copia innocentium: Vnde aduerto* (inquit Oleaster) *quod punitio è vestigio peccatum sequitur, quare sanguines effusi innocentium clamare videntur, & petere vltionem, & vsque nunc non est consolatio.* Quasi dicat, quod grauia peccata clamare dicuntur; leuia vero loqui, ita quod qualia sunt peccata sic clamare, aut loqui dicuntur vt patet cum falsum testimonium propter honestatem impij senes Susannæ imposuerunt. Vnde dicitur Daniel 13. n. 42. *Et clamauit Susanna voce magna ad Dominum; quia in magnis laboribus, vel doloribus dat crebro consilium vis doloris,* teste Chrysol. Sic Rachel voce magna in Rama, vel excelso clamauit, & à solo Deo consolationem expectauit media vindicta. 1088. Translat. Hebr.

Clamores in afflictionibus ad Deum ascendunt.

Dan. 13. n. 42.

Chrysol. cit. in littera.

2. RESPONSIO S. Hieronym. in littera citati, qui ait, *Noluit consolari, quia non sunt.* Quasi dicat, *qui pœna æterna sunt adoptati, non sunt, sed qui victores ad cœlum euolarunt vt innocentes sunt*; & ideo dicitur, noluit consolari, quia non sunt, sed quia sunt. 1089. S. Hieron. vbi sup.

Interrogat S. Gregorius homil. 5. *Quare de desiderio, quo inclinati sunt iusti vsquequo ad patriam tendant,* dicitur Prouerb. 4. n. 18. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem?* Et respondit, *quia in eorum animis bonum desiderium atque intellectus lucis intima pars dies est. Sed quia vsque ad finem vitæ in virtute proficiunt ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad cælestia regna perducti in ea luce, quam desiderant iam minus aliquid non habebunt.* Quasi dicat, iusti solo Dei aspectu, & vultu satiantur; quia scriptum est, *satiabor cum apparuerit gloria tua.* Vnde omnia bona transitoria, quasi radium lucis in hac vita reputantur; & ideo dicitur, quia non sunt, quia solus Deus est, qui est; cætera vero quæ non sunt, consolationem non causant. 1090. S. Gregor. hom. 5. Prou. 4. n. 18

Iusti in hac vita non habent consolationem.

Ps. 16 n. 15. *Gaudia mũdi non sunt.*

3. RESPONSIO Abulensis, qui ait, *De malo quod irreparabile est, non potest haberi consolatio.* 1091. Abulens. vbi sup.

Interrogat Oleaster, quare præcepit Deus Abrahæ dicens, *Offer Isaac filium tuum mihi in holocaustum.* Gen. 22. n. 2. iuxta translat. Pagnin. Ac si dicat, *quid est hoc Domine, si enim melanion filij facere vis, cur sepeliri non permittis & saltem sepulchri præsentia consolari?* Et respondit, vt fides perfecta maneret irreparabile holocaustum præcepit facere de Isaac, vt in fumum carnes abirent, & ossa, vt nihil vestigij, quo consolaretur, relinqueretur. Quasi dicat, fides tunc acriùs solatur, cum irreparabile damnum videtur, & vbi vestigium non est consolationis, ibi est Deus vere consolator. Oleaster in Gen. 22. n. 2. Transl. Pag.

Melanion idem est quod membratim quod Hispanicè dicitur hazer taxadas ò pedaços. Vera fides absque consolatione frequenter probantur.

TRACTATVS XXXI.

AD LITTERAM,

In Cap. II. Lucæ.

De Circumcisione Domini.

TEXTVS.

21. ET postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum fuerat ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.

EXPOSITIO littera.

1092. PRæteritis octo diebus omnis
masculus præcipiebat lex vt circumci-
Leuit.12.n.3 deretur Leuit.12.num.3. Quare autem
octauo die; quia septimus dies temporalem;
octauus spiritualem, æternamque vitam signi-
Cyprian. in cat. ficat. Vel vt Cyprianus dixit; *Quia spiritualis
vita omnem carnalem affectionem denotat. Quare
autem Christus circumcidi voluit, cum ei non erat
necessaria circumcisio, quæ vt lex præcipiebat, erat
in remedium originalis culpæ: masculus cuius
præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur ani-
ma eius de populo meo, dicebat lex citata.* Sed hoc
Christo non potuit conuenire, & voluit cir-
Bed. in Luc. cumcidi, vt Beda dixit, *Vt omnes nostros affectus
morigeraret, tanquam caput cui membra obediunt.*
Math.5. n.17. Vel vt legem adimpleret; quia ipse non venit
soluere, sed illam adimplere. Matth.c.5.n.17.
1093. Vbi autem circumcisio facta fuerit, aliqui
dicunt quod in Synagoga fiebant omnes cir-
cumcisiones, & colligitur ex circumcisione
Luc.1. vers.60. Præcursoris Lucæ 1.vers.60. vbi dicitur, *Quod
venerunt circumcidere puerum. Et si venerunt,
ergo non domi facta est, quia Zacharias domi
erat, & si venit, ad Synagogam venit.* Neque ob-
stat quod Maldonatus respondit; *quia Mater
eius dixit, nequaquam*, sed vocabitur Ioannes
Circumcisio fiebat in Synagogis. n.60. *Ergo Elisabeth non ad Synagogam profecta
est, quia erat propinquus partus.* Ad hoc potest
responderi, *quod de facto in Baptismis puerorum
assuetum est consulere matrem, quomodo velit vo-
care nomen filij sui, & postea in templum consan-
guinei puerum portant.*
1094. Alij dicunt, quod circumcisio domi fiebat:
nam Abraham, & Isaac domi circumcisi sunt,
Gen.17. n.23. vt Genes.17.n.23. Et Sephora arrepto cultro
domi filium, quem ex Moyse habebat, circum-
Exod.4. n.25. cidit, Exod. 4 n. 25. Et Iosue traiecto deserto
iussit, quod populus domi circumcisionem
faceret, Iosue 5.n.25. Ergo probabile est Virgi- Iosue 5. n.25.
nem domi circumcidisse puerum.
Sed neque hoc satisfacit. Primo, quia Simeon 1095.
Senex, qui Christum circumcidit residebat in
templo, & non erat decens quod veniret ad
præsepe, vt puerum circumcideret. Secundo,
quia erat circumcisio in remedium originalis
peccati, & hoc est Sacramentum magnum legis
antiquæ, quod figurabat Baptismum dandum *Circumcisio figura Baptismi.*
per Christum in lege Euangelica: at Baptismus
semper in Ecclesia dandus erat, ergo & circum-
cisio. Tertio, quia semper in picturis ab Ecclesia
receptis adoratur circumcisio quasi facta in
templo, quia Sacerdos pingitur illam operando,
& hæc est traditio antiqua Ecclesiæ & sufficit,
vt Augustinus ait. August.
Vocatum est nomen eius Iesus, vbi notan- 1096.
dum est cum Abulensi q. 60. in Matth. *Quod* Abul.q 60. in Matth.
Christus habuit tria nomina, Emanuel, Christus,
& Iesus. De primo dicitur apud Isaiam 7. *Sed* Isai.c.7. n.14.
*Emanuel non est nomen personale, sed appella-
tiuum, id est, nobiscum Deus, id est, Deus cum
nostra natura humana:* Christus autem non est
nomen proprium, neque personale, sed appella-
tiuum significans Regem, Sacerdotem, Prophe-
tam, & Messiam. Quæ omnia licet Christo con-
uenirent non vocatus est Christus, nisi in quan-
tum Messias. De tertio autem nomine dicen- *Tria nomina Iesu Christi.*
dum est, quod est proprium nomen eius & per-
sonale, & istud est, quod semper vocatur à Iu-
dæis, qui nondum cognoscebant Christum,
id est, Messiam esse. Sed aduertendum est, quod
in Hebræo non vocatur Iesus, sed Iosua; nos
autem in latino, & Græco mutato aliqualiter
nomine, quod quasi semper fit, cum Iesum dici-
mus. Vnde Sanctus Hieronymus in Prologo Hieronym. in prologo Iosue.
super Iosue dicit: *Quod Iosua & Iesus passim in
scriptura pro eodem vsurpantur.* Quare autem
dicatur Lucæ 2. quod vocatum erat ab Angelo
prius quàm in vtero conciperetur, constabit ex
quæstionibus ad litteram explicandis.

DIVERSÆ

DIVERSÆ TRANSLATIONES circa vulgatam.

Vulgata editio.	1.	Postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer.
Caietanus in Euangelia.	2.	Non postquam consummatus est dies octauus, sed postquam consummati sunt dies octo.
Origenis in caten. S.Thom.	3.	Postquam consummati sunt octo dies vt lex præcipiebat, circumcisus est puer.
Translatio Syriaca.	4.	Cumque completi fuissent octo dies, vt circumcideretur puerulus, vocatum est nomen eius Ieschua, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in vtero conceptus esset.
Translatio Vatabli.	5.	Cumque completi essent dies octo, vt circumcideretur puellus, vocatum est Iesus.

DIFFICVLTAS I.

Quare postquam consummati sunt dies octo circumcisio celebrabatur?

1097. Leuit.12. n.3. QVÆRITVR, quare lex Leuit. cap. 12. num. 3. *Præcipiebat quod octauo die puer circumcideretur?*

S.Cyrill in cat.S.Th. 1. RESPONSIO est Sancti Cyrilli in caten. S.Thom. qui ait, *Octauo die consuetum erat carnalem celebrari circumcisionem; octaua enim die Christus à mortuis resurgens insinuauit nobis spiritualem circumcisionem dicens euntes* Matth.28. n.19. *docete omnes gentes. baptizantes eos.* Quasi dicat, & si tertia die Christus resurrexit à mortuis tamen octauo die legem baptismi pronuntiauit, vt peccatum originale deleret, sicut & Circumcisio abolebat in lege.

1098. S.Ambros. epist.77. 2. RESPONSIO Sancti Ambrosij epist.77. *Octauo die circumcidatur Christus, vt ab ipsis incunabulis insigne Religionis adolesceret, & puderet vnumquemque ætatis prouectioris, vel laboris, vel doloris, cadere, quorum vtrumque tenera* Boni exempli inuitat, & prouocat. *infantia vicisset.* Quasi dicat, cum nesciat tarda molimina Spiritus Sancti gratia, & infans Iesus repletus esset spiritu infantiæ ab incunabulis, & octauo die voluit legem circumcisionis adimplere vt suo exemplo omnes ætates inuitaret.

1099. Beda in cat. S.Thom. 3. RESPONSIO Bedæ in caten.S.Thomæ, *Octauo die circumciditur, vt nobis obediendi virtutem commendaret exemplo, & vt ij, qui sub lege positi legis onera portare nequiuerant sua compassione mouerentur, vt qui in similitudine carnis peccati aduenit, remedium, quo caro peccati* Circumcisio signum pro peccatoribus. *consueuerat mundari non respuit.* Quasi dicat, infirmitatem, & pusillanimitatem peccatorum adiuuit in tenera Circumcisione, quærens remedium peccati originalis, de quo non egebat, vt miserabiliores annueret ad quærendum suorum peccatorum remedium.

4. RESPONSIO Sancti Bernardi, *Octauo die circumcidatur quia & si Moyses in aqua venit, vnde nomen accepit, vt Moyses vocaretur; manifestè autem plusquam Moyses Christus, vtpotè qui non venit in aqua tantum, sed in sanguine.* Quasi dicat, celeriter Christus sanguinem fudit, ne cederet Moysi qui infans in aquis proiectus est; quia Christus infans octauo die non in aqua, sed in sanguine propria passus est circumcidi. Vnde vt natiuitas & ortus cum morte connecteretur, si cum effusione sanguinis ingressus est mundum inclinato capite cum spiritum iam exhalasset, sanguis & aqua (teste Ioanne cap.19.) exiuit, non prius aqua, sed notanter sanguis, quasi celeritatem effusionis in vita, & morte denotans. 1100. S.Bernard. infra citat. Cōnexio vitæ & mortis Christi in sanguine. Ioan.19. n.34.

5. RESPONSIO Caietani, qui ait, *Non postquam consummatus est dies octauus immediatè, & physicè circumcisus est, sed postquam consummati sunt dies octo, id est, ante quam completi essent dies octo, non circumcidebatur puer aliquis in lege, sed iam consumpti, & completi, vt in Sacramento Baptismi contigit, vbi non immediatè octauo die datur, sed postquam impleti sunt dies octo, id est, præterito.* 1101. Caietan.in Euang. Non physicè intelligitur textus.

DIFFICVLTAS II.

Quis & quare puer circumcisus est?

QVæretur, quis est iste puer, qui circumciditur & quare? 1102.

1. RESPONSIO est Ambrosij in catena S.Thomæ, qui ait, *Quis puer nisi ille, de quo dictum est, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Isai.c.9.n.6. *Factus est enim sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.* Quasi dicat, puer circumcisus est, de quo tot tantaque mirabilia Prophetæ dixerunt, præcipuè Isaias, qui ait, factus est Principatus eius super humerum eius id est, si Rex natus est, vt Magi dixerunt, vbi est, qui natus est, Rex Iudæorum. Lucæ 2. Sed octauo die sanguine suo regni possessionem accipiet delens Chirographum, quod proprio sanguine omnes filij Adam confirmati eramus. S.Ambros. in caten. S.Thom. Isai.9.n.6. Lucæ 2. Ad Col.2. n.14.

2. RESPONSIO est Origenis in catena Sancti Thomæ, qui ait: *Sicut enim mortui sumus cum illo moriente, & cum eo resurreximus resurgente, sic cum illo circumcisi sumus.* Quasi dicat, nequaquam nunc indigemus circumcisione carnali; quia puer qui natus est nobis, & circumcisus in sanguine suo, omnes spirituales inimicos suffocauit, vt consepulti cum illo in Baptismo resurrectionem carnis videamus cum ipso, & in ipso, & per ipsam operatam. 1103. Origen.in cat.S.Th. Circumcisio sepulta est.

3. RESPONSIO ad secundum quæsitum est Sancti Epiphanij citati in catena S.Thom. qui ait, *Pluribus de causis circumcisus est Christus.* 1104. Epiph.citat. in caten.

Primo quidem, vt ostendat carnis veritatem contra Manichæum, & illos, qui apparenter eum dicunt prodisse: Deinde vt pateat, quod nequaquam Deitati consubstantiale corpus extiterit, vt asseris Valentinus, & vt confirmet circumcisionem, quam olim instituerat eius aduentui seruientem, quinimo, vt nulla sit excusatio Iudæis: nam nisi circumcisus fuisset obiicere poterant, quod non possent incircumcisum Christum recipere. Quasi dicat, cunctas hæreses sola circumcisio interemit, quia veram carnem passibilem approbauit, & quod sicut anima rationalis & caro vnus est homo; ita Deus, & homo vnus est Christus; per veram assumptionem carnis suppositatam diuino supposito, non per Deitatem exterius sustentatam, vt Hæreticus Apollinarius dicebat, confirmauit Sacramentum Circumcisionis in Leuit. 12. num. 3. præceptum vsque ad aduentum suum vbi quasi funiculo nodum dedit Circumcisioni, ne vltra progrederetur, & tandem, vt Iudæis, qui filium Abrahæ circumcisum expectabant Messiam occasionem tolleret.

Error Manichæorum & aliorum hæreticorum.

Leuit. c. 12. n. 3.

1105. Rupert. in cap. 2 Luc. Ad Hebr. c. 10. Translat. Hebr. 4. Responsio est Ruperti, *Circumciditur ingrediens mundum*, quia scriptum est ad Hebr. 10. *hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi, vel vt legit ex Hebræo, perforasti mihi.* Quasi dicat, non est iam necessaria hostia neque sacrificium, vbi Christus perforatus in circumcisione apparet. Vnde dixit

1106. Bern. ep. 3. Bernardus epist 3. *Quid fuit necessarium ab inimicis vltra vulnerari, si vulneratus est; imo quia vulneratus est, quid secundum vulnus apposuit.* Quasi dicat: quid necessarij sunt claui, & lancea, vt vulnera in Christi corpore faciant, si tam infans, & recens ita vulneratus est, & perforatum eius corpus in Circumcisione apparet, & fluenta sanguinis ita copiosa, & sufficientia ab illo diuino fonte scaturiunt, quod sola vna eius gutta sufficiens erat ad redemptionem generis humani.

Circumcisio primitiæ amoris Christi.

1107. S. Athan. in cat. S. Th. 5. Responsio est Sancti Athanasij, in catena S. Thomæ, qui ait; *Nihil enim aliud exprimebat Circumcisio nisi generationis vetustæ spoliationem, per hoc quod circumcidebatur pars corporis, quæ corporalis natiuitatis causa extitit.* Quasi dicat, Circumcisio erat signum Baptismi per Christum dandum; postquam autem venit figuratum cessauit figura; nam vbi tota vetustas tollitur per Baptismum, superfluum est, quod partis sectio præfigurat.

Circumcisio quare cessauit.

1108. Beda in cat. S. Thom. 6. Responsio est Bedæ in catena S. Thomæ, qui ait, *Christus enim circumcisus nostram naturam docuit, & nunc per ipsum à vitiorum labe purgandam, & in nouissima die à mortis peste restaurandam.* Quasi dicat, post sex huius sæculi ætates, & septimam Sabbathi animarum, quæ nunc interim in alia vita geritur, quasi octauo tempore resurgemus. Quasi dicat, sanguis humanus Christi ex Circumcisione effusus super arbores siccatas corporum mortuorum octauo die resurrectionis viuificabit, & faciet teste sponsa Cant. 2. num. 12. *Quod flores appareant in terra nostra, id est, in paradiso ex quo in pœnam eiecti fuimus.*

Arbores aro[?] factæ sanguine innocentis rigato flores producunt.

Cant. 2. n. 12

DIFFICVLTAS III.

Quare vocatum est nomen eius Iesus?

Quæretur, quare hoc illustrissimo nomine decoratus est infans octo dierum? 1109.

1. Responsio Cyrilli in catena Sancti Thomæ. *Secundum autem legis præceptum eodem die impositionem nominis recepit Iesus, quod & interpretatur Saluator; editum enim fuit tale nomen ad totius orbis salutem, quam in Circumcisione præfigurauit.* Quasi dicat, Apostulus dicit; *Circumcisi enim estis Circumcisione, non manu facta in expoliatione corporis carnis, scilicet, in Circumcisione Christi.* Cyrill. in cat. S. Th. Colos. 2. n. 11.

2. Responsio Sancti Ambrosij, qui ait, *Vbi gratia largienda est, Christus adest, vbi seueritas exercenda est, soli adsunt ministri, deest Iesus.* Quasi dicat, vindictam, quam Deus mundo semper immisit vel per ministros Angelos fecit, vel nomen ineffabilis Dei insonuit, non Iesus, quia omnia ad suam præsentiam liquefiunt, & misericordia sempiterna suauitatem recipiunt. 1110. S. Ambr. cit.

3. Responsio est Sancti Hieronymi, qui ait, *Quod olim monstrabatur in lamina, nunc in ligno ostenditur crucis, aurea legis sanguis pretiosior est.* Quasi dicat, olim nomen Dei inter laminas aureas lapidibus pretiosis & gemmis inæstimabilibus monstrabatur; ita vt omnes admiratione & terrore pleni maiestatem Dei timerent. At in circumcisione, & in ara crucis nomen Iesus inter fontes sanguineos demonstratus, & adoratur, & plus amatur; quia vt Bernardus dixit alibi: *Maiestas facit admirabilem, humilitas amabilem, & sic ab omnibus Angelis, & hominibus nomen Iesu inter vndas sanguinis adoratur, & amatur.* 1111. S. Hieron. in caten. S. Thom. Bernard. sup. cit. *Nomen Iesu amabile.*

4. Responsio est Sancti Thomæ, qui ait, *Nomen Iesu est vas aureum*, vt Ecclesiastic. cap. 5. num. 10. dicitur, *Solidum ornatum omni lapide pretioso.* Vnde Apostolo dictum est Act. 9. num. 15. *Vas electionis est mihi, vt portet nomen meum, & ego ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo mala pati.* Quasi dicat, Paulus portabit nomen Iesu, non ornatum margaritis, aut lapidibus pretiosis, sed multis, & innumerabilibus tribulationibus, quibus circumdatus fuit Apostolus, & eo nomine adeo confortatus, & confundens Iudæos, & inimicos Christi. Portauit Paulus (inquit S. Thomas) Iesu nomen in corpore, conuersationem, & passionem eius imitando. 1112. S. Thom. in caten. Eccl. c. 5. n. 10. Act. c. 9. n. 15 S. Thom. cit.

5. Responsio D. Cyrilli lib. 5. de Trinitate, qui ait, *Nomen nouum verbo diuino est Iesus concurrens cum carnis natiuitate propheticum oraculum, iterum adstipulatur.* Quasi dicat, licet verbum diuinum mirabilibus nominibus glorificabatur; Sed hoc nomen Iesu quasi res noua, & suæ voluntatis pignus, mundo manifestat. Vnde addit Carthusianus, *Nomen est Iesu nouum ad significandam liberationem perfectam.* Quasi dicat, & si nomina Dei incomprehensibilia erant, sed quasi in compendio omnia mirabilia, quæ in eis continebantur complete, & perfecte in nomine Iesu adstipulantur. 1113. S. Cyrill. l. 5. de Trinit. Carthus. de vita Christi

6. Responsio

1114. 6. Responsio est Sancti Ambrosij, qui ait: *Voluit enim Circumcisionem, cum honore sepelire.* Quasi diceret, laboriosa, & infatigabilis operatio Principum est in marmoreis, & pretiosis sepulchris ædificandis, vbi in silice, vel plumbo sculpatur nomen illorum, qui Mausæolum sumptibus suis construxerunt, & quasi sigillo fortissimo, & honoratissimo cum honore sepulti iaceant. Sic Sacramentum Circumcisionis, & omnia legalia, & cæremonialia veteris legis hoc dulcissimo nomine Iesu clausa, & nimis honorata remanserunt.

S. Ambr. cit.

Nomen Iesu clau. sacr. leg. vet.

1115. 7. Responsio est Sancti Bernardi serm. 2. de Circumcisione, qui ait, *Est nomen Iesu, fortè quo experimur impugnare impugnantes nos, ne ab eisdem rursum concupiscentiis superemur, & fiant nouissima nostra priora prioribus.* Quasi dicat, nomen Iesu est turris, & castellum inexpugnabile per quod Diabolo, & Angelis eius globos igneos animosus, Christianus fortiter proiecit, sed si illo nos munitos vincere relinquamus, quasi aperta ianua, & rupto muro omnes inimici nostri intrabunt, & erunt nouissima peiora prioribus.

S. Bern. ser. 2. de Circumcis.

Nomen Iesu turris defendenda cordis fortitudine.

DIFFICVLTAS IV.

De signis & figuris, prodigiisque factis in virtute huius nominis Iesu.

1116. Quæretur, de prodigiis, & signis factis in virtute huius nominis Iesus?

1. Responsio est Cypriani oratione de Natiuitate Christi, qui ait, *Consilium antiquum prodiit palam, nec iam secretum est, sed intonuit publicè: in conspectu gentium reuelata est Christi benignitas.* Quasi dicat, Pharao cum exercitu eius in mari rubro mersus est, & propter hæc nomen Domini benedictum, & exaltatum in sæcula, & Susanna à falso crimine in nomine Domini liberata. Dan. 13. num. 42. & tres pueri, Dan. 3. num. 24. in camino ignis ardentis visi sunt laudantes nomen Domini. Sed hoc totum quasi in occulto, & in oraculo, sed postquam vocatum est nomen eius Iesus, iam publicè ab hominibus, & Angelis in cœlo laudatur, & glorificatur in sæcula.

Cypr. orat. de Natiuit.

Exod. 15. n. 10.

Dan. 13. n. 42.

Dan. 3. n. 24.

Luc. 1.

1117. 2. Responsio est Sancti Bernardi serm. de Natiuitate, qui ait, *Quasi supra se eleuatus, & admiratus de mirabilibus huius sancti nominis.* Nonne Malachiam audistis cap. 4. num. 2. *Orietur vobis timentibus nomen meum, Sol iustitia, & sanitas in pennis eius?* Quasi dicat, omnes qui prodigia, & mirabilia desideratis inuocate nomen Iesu, quia sanitas est in pennis eius, & velociter, & volitando venit in auxilium eorum, qui inuocant eum. Vnde ô tu Paralytice, qui triginta & octo annos iaces in lectulo infirmitatis tuæ, quid tibi cum aqua, si vis recipere sanitatem, ecce fons olei, & misericordiæ, in quo nullus te prohibet baptizari, cuius nomen est oleum effusum, id est, omnibus manifestum, etiam si figuratum in piscina, vbi multitudo languentium expectabat aquæ motus, & aduentum Angeli. Sed Angelus testamenti Christus est, & nomen Iesu medicina, non ad vnum, sed ad omnes infinitosque languentes.

Bern. serm. de Natiuit.

Malach. 4. n. 2.

Ioan. c. 5. n. 5.

Nomen Iesu est piscina vera sanctitatis.

3. Responsio est Origenis hom. 11. qui ait, lege Exod. cap. 17. *vbi Moyses ad Iesum dixit, elige tibi viros, & pugna contra Amalech.* Et addit, *vsque ad hunc locum beati nominis Iesu nusquam facta est mentio.* Quasi dicat, hic primum vocabuli huius splendor effulsit, hic nomen Iesu in figura cœpit magnalia operari, sed in Christo figurato, completa sunt mirabilia, virtute eius sanctissimi nominis. 1118.

Origen. hom. 11.

4. Responsio Christopolitani Episcopi, in Exod. cap. 16. qui ait, *Non audis nomen Iesu figuratum & exaltatum à Moyse dicente; Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius? Notanter dicitur omnipotens nomen eius, quia Iesus, quod est nomen Dei est nomen omnipotens, & summa sapientia, & iustitia, & misericordia, in cuius virtute, & ad cuius inuocationem Moyses fecit omnia miracula; & ideo dicit, quod nomen Dei est omnipotens, quod est Iesus quia proiecit primo currus Pharaonis, & exercitus eius in mari.* 1119.

Christopol. Episcop. in Exod. c. 16.

Mirabilia signa facta in nomine Iesu.

5. Responsio Sancti Hieronymi, qui ait, *In morte Moysis adhuc figuratum fuit nomen Iesu*, quia vt dicitur Deuter. 34. num. 8. *Fleuerunt eum filij Israël: at vero moriente Iesu non plangitur.* Quasi dicat, in morte omnium Regum, & Principum augeantur tristitiæ, & lachrymæ; at in morte Iesu quasi victor, & triumphator vexillum nominis eius exaltatur, cuius virtute omne genu cælestium terrestrium, & infernorum flectetur. 1120.

S. Hier. l. 1. in Iouinian.

Deut. 34. n. 8.

Nomen Iesu triumphus.

Ad Philipp. 2. n. 10.

DIFFICVLTAS V.

Quare ab Angelo vocatum erat nomen Iesu?

Quæretur, cur solus Angelus dignus fuit vocare nomen Iesus? 1121.

1. Responsio est Abulensis q. 58. in cap. 1. Matth. qui ait, *Decuit nomen Iesu annunciari ab Angelo ante natiuitatem vt significaretur eum inter cæteros homines futurum insigniorem.* Quasi dicat, *non poterat in mentem humanam venire tam singulare nomen:* ideo Angelus primo annunciauit illud, & Mariæ Virgini, quia sola illa capax fuit, vt tantæ claritatis fulgore posset audire, & non semimortua cadere, sicut Mater Samson, viso & audito Angelo.

Abul. in c. 1. Matth. q. 58.

Iudic. 13. n. 14.

2. Responsio est Origen. hom. 14. in Lucam, *Non debuit nomen Iesu ab aliquo homine appellari, neque in mundum afferri, sed ab excellentiori quadam maiorique natura.* Quasi dicat, innatum est ab æterno hoc nomen Iesus, quia à natura propria habet tantam excellentiam, quod neque Angelus auderet illud nominare, nisi ex iussione, & decreto totius sanctissimæ Trinitatis. 1122.

Orig. hom. 14. in Luc.

Excellentia nominis Iesu.

3. Responsio est Abulensis q. 58. citata: *Sienim, teste Aristotele, 1. Ethicor. Deos non laudamus sed honoramus, quomodo nomen Iesu, quod non solum est bonum sicut Deus, sed fons omnis bonitatis quomodo homines, neque Angelus* per 1123.

Abul. citat.

Angelus timuit nomen Iesu. *per se laudare auderent?* Quasi dicat, frustranea est laudatio, vbi ineffabile est quod laudatur, sicut nomen dulcissimum Iesus.

1124. S. Bernard. serm. 1. de Circumcisione. 4. RESPONSIO S. Bernardi serm. 1. de Circumcisione, *Vocatum fuit nomen Iesus ab Angelo priusquam in vtero conciperetur, quia ab eis qui foris sunt, & ab eo, qui intus est habere oportet testimonium bonum.* Quasi dicat, Mater *Nomen Iesu plausibile omnibus.* Maria & Ioseph, qui in domo sua Iesum habuerunt, & Angelus qui erat alterius domus nempe cœli, vterque testimonium de mirabilibus portentis huius sanctissimi nominis mundo & cælo dederunt.

1125. Abul. q. 58. citata. Quinta ratio est Abulensis q. 58. citata in Matth. *Ab Angelo nomen Iesu imponitur, quia Deus volebat quod sibi poneretur nomen consonum. Primò propter actum suum: nam cum ipse veniret Messias redempturus sæculum, voluit Deus, quod nomen conueniret huic actui, scilicet, quod vocaretur Iesus, quod interpretatur Saluator.* *Nomen & opera conuenire debent.* Quasi dicat, Angelus prædixit nomen istud Ioseph, & subiungit; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

1126. S. Pasch. l. 1. in Matth. 6. RESPONSIO sit Sancti Paschasij lib. 1. in Matth. *Christi nomen solum sine additamento Iesu posuisse creditur ab Euangelista Matthæo, vt nomen Iesu quod substantialiter illi inerat ab Angelo dicendum reseruaret.* Quasi diceret, cum Matth. cap. 1. genealogiam Christi Regalem narraret, solum dixit Christi generatio sic erat, & non ausus est nomen Iesu in ore assumere, vel pronuntiare, quia t nta dignitas soli Angelo reseruabatur.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, quod hoc nomen Iesus vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur?

1127. QVæretur, ad quid additur quod nomen Iesus, priusquam in vtero conciperetur, vocatum est ab Angelo?

Abul. q. 58. citata. 1. RESPONSIO est Abulensis q. 58 citata, *Quia Angelus dixerat Iosepho de conceptione Christi ex Virgine & de nomine Iesu, & ad hoc* Isai. c. 7. n. 14 *induxit auctoritatem Isaiæ, ecce Virgo concipiet, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et sic apparet, quod sicut fuit necessarium vocari Christum Iesum, sic fuit necessarium nasci de Virgine, quia vtrumque prenuntiatum erat per Prophetam.* *Iesus & Emanuel idem.* Quasi dicat, non solum de conceptu virginali, sed quod vocaretur Emanuel Isaias exclamauit, & nullum aliud nomen correspondere potuit huic nomini Emanuel nisi Iesus; quia Emanuel idem est, quod nobiscum Deus in natura, vel cum natura humana, & hoc significat Iesus, id est, Saluator, quia non poterat nos saluare, nisi qui esset simul Deus & homo natus sine semine virili, ideo dicitur, quod vocatum est priusquam in vtero conciperetur, quia teste Cardinali Toleto, *idem est, ac dicere priusquam de Virgine conciperetur.* Toletus in Lucam.

2. RESPONSIO est Chrysostomi hom. 4. in Matth. *Qui interrogatus ait, quare Angelus cum in somnis apparuit Ioseph,* Lucæ 2. dixit illi, *quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est, pariet quidem filium, & vocabis nomen eius Iesum?* Et respondit, *quia ad omnia Sacramenta, quæ Ioseph annuntiabat, vt fidem daret eis, & omnem dubitationem à sua imaginatione auferret, nullum pignus tam inæstimabile, neque signum tam euidens, quam audire nomen Iesu. quo audito tranquillitatem cordis Ioseph consecutus est, & animi serenitatem tam constantem, quod credidit, quod antequam in vtero Christus conciperetur, & post conceptum & partum Maria sponsa sua Virgo permansit.* Vnde dicitur in Apocalypsi c. 19. n. 12. quod Christus apparuit habens in capite diademata multa & nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse: quasi diceret nomen Iesu, quo coronatus fuit in cruce Christus in cœlo apparuit; quia inter triumphos, & coronas, omnesque tempestates, & procellas nomen Iesu apparet, & cor quasi cœlum cum serenum est, remanet, sicut Ioseph audito tali nomine credidit, quod de Maria dictum erat, quod Virgo permansit, sicut antequam conciperet in vtero.

1128. Chrysost. hom. 4. in Matth. Lucæ 2. *Nomen Iesu tollit omnem dubitationem.* Apoc. 19. n. 12.

1129. Chrysost. hom. 5. in Lucam. 3. RESPONSIO est Chrysostomi hom. 5. in Lucam, vbi ait, *Semper Iesus nominatur, quando à sanctis viris miracula fiunt.* Quasi dicat, vt prodigium inauditum ab Isaia Propheta-tum de intemerata virginitate Mariæ crederetur, dicens: *Ecce Virgo concipiet,* nullum aliud Isai. 7. n. 14. signum potuit dare, vt facilius crederetur, quam nomen Iesus. Et sic dixit vocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, vel Iesus; ideo modo Angelus de illo signo fecit memoriam dicens, *Quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.* Lucæ 2.

1130. Chrysost. hom. 22. in ep. ad Hebr. 4. RESPONSIO est Chrysostomi hom. 27. in epist. ad Hebræos, qui ait, *Quod si Iesus Naue siue Iosue currentem è cælo Solem detinuit, Iesus fulmen persecutionis Paulum ita compressit, &* Iosue 10. n. 12. *subegit, vt diceret Domine, quid me vis facere? idque non aliam ob causam, nisi quod audierat, ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Quasi dicat, tam potens est nomen Iesu, quod Act. 9. n. 5. ipsum Solem, & auctorem, & eius creatorem, fulmina de cœlo cōtra sceleratos eiicientem detinet, dubitationesque fidei expellit, & miracula & mysteria occulta pandit, & illo audito Ioseph credidit virginitati Mariæ, sicut antequam Lucæ 2. in vtero verbum æternum conciperetur, crediderat.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXII.
AD MORES,
In Cap. II. Lucæ.

De Circumcisione Domini.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare octauo die Christus circumciditur?

1131. QVÆRITVR, quare die octauo celebrabatur Sacramentum Circumcisionis?
S.Cyrill. cit. 1. RESPONSIO S. Cyrilli citati, qui ait, *Octano die consuetum erat circumcisionem celebrari carnalem, & octano die à sua resurrectione præcepit Apostolis omni creaturæ Baptismum prædicare.* Quasi dicat, ô Bone Iesu, quanti homines nunc in vita spirituali sunt, circumcisionem ostentant suarum affectionum, & simul se in omnibus circumcisis moribus; intus autem non sunt circumcisi, neque morigerati.

1132. Oleast. in Exod. c. 8. n. 25. Interrogat Oleaster, *Quare Pharao tam suauiter permisit filios Israel, vt abirent cum benedictione Dei, & Deo viuo, & vero sacrificarent,* Exod. cap. 8. n. 25. *Ite (dixit Pharao) sacrificate*
Transl. Pag. *Domino in terra hac*, sic legit Pagninus. Et respondit, *quia sinit Diabolus homines facere bona opera, imo ad ea instigat, sed cum aliqua conditione, qua bonum opus malum faciat.* Quasi dicat,
Incircumcisi in voluntate prædicant circumcisionem veram. sinebat Pharao Israëlitas colere Deum suum, sed in terra Ægypti, quæ ob cultum idolorum ei abominabilis erat, & non aliter multi affectant circumcisionis mores, & vitam spiritualem totis præcordiis astruunt, sed in terra sua Ægyptis, vbi propriam voluntatem adorant, & omnes commoditates quærunt, quæ abominabiles apud Deum semper fuere.

1133. S. Ambr. cit. in littera. 2. RESPONSIO Sancti Ambrosij citati in littera, qui ait, *Octauo die circumciditur, vt ab incunabulis signum circumcisionis omni ætati ostenderet, quia nescit tarda molimina Spiritus*
S. Bernard. serm. 83. in Can. *Sancti gratia.* Vnde Sanctus Bernardus serm. 83. in Cant. ait: *Diuinus amor, vbi venerit in se omnes traducit, & captiuat affectus.* Ac si dicat, velocitate, qua ignis ingens, cum in camino furiosus ardet, stipulas, & fœnum ad se proiectas
Amoris vis ingens in ignem conuertit. Sic diuinus amor, cum verè ardet in pectore omnes amores huius sæculi festinanter in se conuertit; quia omnia huius sæculi delectamenta, illi tormentorum genus est.

Vnde Augustinus serm. 14. in festo omnium Sanctorum cap. 7. *Considerans velocitatem qua Dagon ad ingressum arcæ testamenti cecidit, & mansit truncus,* 1. Reg. 4. n. 5. ait, *Si vis esse templum veritatis frange idola falsitatis (& addit) iam in cor tuum, si placet intret arca testamenti, & ruat Dagon cito truncus.* Quasi dicat, *non tardes in exequendis inspirationibus sanctis, sed velociter frange idola cordis tui, & ruant cum festinatione omnes cogitationes, quæ in phantasma quasi imbres resurgunt, vt ignem amoris Dei extinguant. Festina velociter, & abige à cogitatione tua, apes molestissimas, quæ dulcedine pristinorum florum fauum mellis, & delectationis in corde tuo laborare festinant:* propter quod vt Ambrosius insinuat, infans octauo die circumciditur, vt te doceat infantes cogitationes circumcidere. 1134. S. August. serm. 14. in fest. omn. Sanct. c. 7. 1. Reg. 4. n. 5. *Cogitationes apes molestæ.*

3. RESPONSIO sit Bedæ, qui in littera ait, *Quod circumciditur Christus octauo die, vt obediendi virtutem commendaret in exemplum.* 1135. Beda citat. in littera.

Interrogat Chrysostomus, vnde tantus, & tam ineffabilis honor Diuo Petro euenit, vt Christus illum sibi æquaret, præcipiens, vt tributum solueret pro Christo & pro Petro, *Illud sumens (inquit Dominus) da eis pro me, & te.* Matth. 17. num. 27. Et respondit, *quia prompta obedientia credidit, quod stateram in ore piscis inueniret.* Vnde addit Chrysostomus loco citato, *qui ad rem natura incredibilem, illico paruit, fidei retributionem consortium habuit, Christo in solutione tributi coniunctus.* Quasi dicat, qui vere obediens est ferè æqualitatem cum Deo potest habere. 1136. Chrysost. hom. 59. Matth. 17. n. 27. *Obedientia vis.*

Admirabilis est ponderatio obedientiæ, quam refert Clemens Alexandrinus citatus à Mendoça annot. 2. in lib. 1. Reg. cap. 3. vbi ait, *Rem dicturus sum mirabilem, sed ideo omnino, ne hæsites, expedit in Deum magis peccare, quam in Ducem nostrum: nam si Deum ad iracundiam prouocaueris, Dux noster illum reconciliare potest; si vero Ducem ipsum perturbauerimus nullum habebimus, qui nobis illum propitium faciat.* Quasi dicat, officium Prælatorum est non solum pro suis peccatis, sed totius populi, ad Deum rogare, & placare; si vero reconciliatorem nostrum, offensum habemus. Quis Deo placare poterit? Ideo Christus octano die natus circumciditur, vt patri, & legi obediat, & virtutem obedientiæ commendaret, vt insinuauit Beda. 1137. Clem. Alex. cit. à Mendoça in l. 1. Reg. tom. 2. annot. 2. *Obedientiæ admirabilis ponderatio.* Beda citat.

1138. Bernard.cit. in littera. 4. RESPONSIO Sancti Bernardi in littera citati, *Quia si Moyses in aqua venit, vnde nomen accepit; Christus autem non solum in aqua, sed in sanguine nomen accepit, ne cederet Moysi; ne gentes, & idololatræ fallantur, prophetas falsos colentes, quia Baptismum aquæ, vt Mahometus ingerit; quia Pseudopropheta, & hæretici Lutherani, & Caluinistæ cum apparentia, & prætextu Euangelij errores introducunt imo Reges, & Principes miserabiliter à suis ministris decipi dolent, prætextu pietatis.*

Hæretici pietatis prætextu fallunt populos.

1139. Exod.c.2. n.9. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare filia Regis Pharaonis promisit munera, & dona ipsi Matri Moysis infantis propter lactationem pueri*, Exod. cap. 2. num. 9. *Dabo tibi (inquit filia Regis) mercedem tuam.* Et respondit, *quia miseria Regum est facilè à suis prætextu pietatis decipi: nam famula matrem suam pretium habere voluit, pro eo quod iure naturæ tenebatur facere.* Quasi dicat, hoc nostrorum antiquorum Hispanorum illustrium famam deleuit: & opprobrium fuit præsentium; defraudata, scilicet, ministrorum intentio, & conditio, vt solum Reges decipere conantur, vnusquisque secundum talentum suum, & qui iure naturæ seruire Regibus debebant, solum fraudibus, & propriis augmentis, ac commoditatibus, honoribúsque ambitiosis famulari Regem, & Regnum intentant, & hoc propter dulcedinem delectationum absque sanguinis effusione, sicut Progenitores eorum consueuerunt: ideo Christus, vt omnes aulicos fallaces confundat in sanguine circumciditur, vt Patri suo gratum reddat.

Hispani aulici in aquis delectationis Regi deseruiunt, non in sanguine tribulationum.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quis & qualis circumdatus est puer?

QVæretur quis est, & qualis puer qui circumdatus est?

1140. Ambros.cit. in litt. If.cit.9.n.6. 1. RESPONSIO est Ambrosij in littera citati, qui ait, *Quis puer, nisi ille, de quo dicitur per Isaiam puer datus est nobis, &c.* Et quasi dicat: *Ideo super humerum eius principatus assignat Propheta, quia oculos omnium animarum eum diligentium attraxit, videns eum tanta pulchritudine ornatus, & sanguinem pro dilectis effundens*; ideo in Apocalyp. cap. 1. num. 5. *Vocatur primogenitus mortuorum. Et postea, Princeps Regum terræ priorem posteriorem anteponens.* Quasi dicat, Princeps acclamatur puer iste; quia est primogenitus pœnatum.

Apoc.c.1. n.5.

1141. Bern ser.2. de verb.If. Interrogat Bernardus ser. 2. de Verbis Esaiæ Quare dicit Esaias cap. 53. num. 2. de Principe isto circumciso, *Vidimus eum, & non erat aspectus?* Et respondit, *quia ideo adolescentulæ dilexerunt eum, & diligunt; quia puer Sanguine conspersus, & vulneratus pro dilectis suis apparet. Propterea additur* in Isaia num. 2: *& desiderauimus eum.* Quasi dicat, amor excitatur, & crescit in fœminis, quando sanguis pro earum amore effunditur.

If.53.n.2.

1142. August.in Pf.127. Vnde August. in Psalm. 127. *Videns puerum circumcisum sanguinéque suo conspersum ait; Ergo sponsus noster fœdus est.* Et respondit: *Absit; quomodo enim illum Virgines amarent; quæ in terra enim maritos non quæsierunt?* Quasi dicat: quomodo fœdus puer Iesus sanguine conspersus, si propter eum Virgines, & propter eius amores maritos pulcherrimos, & pretiosos repudiarunt. Vt hinc discant homines Christum operibus sanguineis diligere; siquidem puer ipse sanguinem pro eorum amore tam amanter effudit.

Virgines sanctæ puerum Iesum sanguineum diligunt nimis.

1143. Origen.cit. in litter. 2. RESPONSIO est Origenis in littera citati, qui ait, *Sicut cum illo fuimus mortui, & resurreximus cum illo resurgente, sic circumcisi sumus cum illo.* Quasi dicat; non pudeamus, quod ab incunabulis crescant opprobria nostra cum Christo. Vnde ait Tertullianus, *Quodcumque Deo indignum est mihi expedit, saluus sum, si non confundar de Domino meo.* Et addit lib. de carne Christi, *aliàs non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptum ruboris probant, bene impudentem, & scilicet stultum.* Quasi dicat, Væ vobis Christianis aulicis, & elatis Religionis sectatoribus, qui propter vanitates, & honores huius mundi in perpetua ambitionis rota ambulatis; nonne contemptos esse propter Christum debetis viuere; nonne rubor vos de superbia debebat faciem adimplere? Felicem me impudentem, & stultum contemptum, & opprobiatum voco (inquit Africanus) quia sapientiam, & prudentiam, & elationem, & ambitionem stultam vocauit Deus huius mundi teste Apostolo 1. Corinth. 1. num. 25. Vnde Ambrosius in Lucam cap. 2. *Plus Domine Iesu iniuriis tuis debeo, quibus redemptus sum, quam operibus, quibus creatus sum.* Et addit: *non enim prodesset mihi nasci, ni redemptus fuissem.* Quasi dicat: ter infelix Christianus, qui gloriatur de redemptione Christi suo pretioso sanguine, & de opprobriis, quibus consecuta est redemptio. Fugit; imò transuertit, & mutat in superbiam, & elationem, & semper ab incunabilis de malo in peius procedit, & cum vilis creatura sit super omnes mundi gradus ascendere conatur ambiendo, & vsque ad infernum perueniendo.

Tertul.lib. de carne Christi.

Religiosi ambitiosi lamentabundi.

1.Cor.1. n.25.

Ambros.in Luc.c.2.

Superborum proprietas est semper ambulare.

1144. Ambros.in Ezech. Interrogat Ambrosius, *Quid significat rota illa excelsa, quam Ezechiel vidit, in qua erant rotæ minores, & minima inclusa, & mouebatur impetu inflexibili? Et apparuit (inquit Propheta) rota in medio rotæ.* Ezechiel cap. 1. num. 16. Et respondit, *rota intra rotam, vita intra vitam, quia qualis inferior, sic & superior.* Quasi dicat: ô mortalium hominum misera ambitio propter maiores dignitates; quia nunquam quiescitis; ideo Christus octauo die suæ natiuitatis in circumcisione sanguinem effudit, vt ab incunabulis doceat nos affectus circumcidere, & humiliare. Non sic vos, sed semper in axietate, & spiritu superbo ambulatis, quærendo superiores accubitus, & primas sedes, maioresque dignitates. Et sicut fuit prima ætas, ita & secunda, & sicut secunda tertia, & vsque ad senectam, & decrepitam semper in perpetuo motu ambulantes. Et tandem vt Nazianzenus ait: *Quibus idem quod trochis accidit (inquit Sanctus quos in orbem volui videmus, & scurricè vi rotare, & sine adquisitione noui loci perire.*

Ezech.c.1. n.16.

Ambitionis proprietas.

Vita ambitiosi quasi rota.

Naz.super. cit.

1145. Rup.in lit. 3. RESPONSIO Ruperti citati in littera, qui

Ad Hebr. n. 5. *Ingrati beneficiu petores sunt.* qui ait, *Ingrediens mundum circumciditur, quia scriptum est; hostiam, & oblationem noluisti corpus autem adaptasti mihi, vel perforasti.* Quasi dicat, circumcisus puer ad æternum suum Patrem: *Quare æterne Pater pro vniuersis oblationibus mundi corpus perforasti mihi. quia tam grandis est hominum ingratitudo, quod pro tantis acceptis beneficiis mei obliuiscuntur, & hoc est super vulnera circumcisionis vulnera ingratitudinis addere; quia temporales diuitias, & honores quærunt, & desiderant homines, & si hæc non adiiciantur eis, beneficia recepta vilipendunt.*

1146. Oleaster in Genes. 15. Translat. Paguin. Interrogat Oleaster: Quare Abraham Domino dixit Genes. cap. 15. *Domine Deus, quid dabis mihi? ecce ego liberis priuatus incedam,* sic legit Pagninus. Et respondit: *commune malum est hominum pluris facere ministerium, quàm mercedem.* Et addit, *Audi gemitus hominum* Ps. 43. n. 22. Ps. 117. n. 18. *ingratorum.* Psalm. 43. num. 22. *Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.* *Desiderata non impetrata in querelas vertunt homines.* *Quid dicis homo, nonne propter peccata tua hæc pateris? quare ergo in querelas prorumpis dicens, castigans castigauit me Dominus, si aliquod aduersum aduenit tibi? Vel si id quod cupis non statim euenit, attende quod non est opus Domino, qui ministeria nostra considerat, & tam abundanter remunerat, merita nostra iactare, sed nostra pro nihilo reputare vt ipse ea pluris faciat quam sint; neque vt ingratus nihil facias, neque beneficia accepisti nisi postulata non impetres,* vt contigit in Abraham qui præclara dona à Domino consequutus fuerat; Et quia optatum semen non dederat, omnia pro nihilo reputabat. Et hoc est iterum perforare corpus Christi circumcisi, & secundum vulnus ingratitudinis apponere, quando recens infans pro tuis sceleribus sanguinem venarum effudit. (Gen. c. 15. n. 2.; Rupert. cit.)

1147. Athanas. in litt. cit. *Promissa Dei dubitat peccator.* 4. Responsio est Athanasij in littera citati, qui ait, *Nihil aliud circumcisio insinuabat nisi vetustæ generationis spoliationem.* Quasi dicat, *suo sanguine rubricauit Iesus fidem veritatis, quam promittit propter affectionum circumcisionem his qui in verbis eius considerunt, & non crediderunt mundo, Dæmonio, & carni, nec fallaciis eorum.*

1148. Oleaster. in Gen. c. 15. n. 15. Interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 15. num. 15. *Quod Dominus adduxit Abraham foras, & ait illi suspice cœlum, & numera stellas, si potes?* Et respondit: *Vide hominis miseriam, & diffidentiam, cui tot adminiculis opus est, vt credat verissimis verbis Dei.* Et addit, *& mirum valde est, quod verbis Dæmonis sine signis, sine iuramento, sed verbis fallaciis, & chimaricis ab hominibus, vel mulieribus superstitiosis, & maleficis ita fidem adhibent, quod Ægyptiacas perditas mulieres quærant, vt suis mendaciis, & imploratonibus Dæmoniorum futura prædicant, mortes annuntient, ventrem tumescere intentent, & filios credant habituros absque alio fundamento neque veritate, sed quia voluptatibus, vel ambitione suffulti sint.* (*Aulici & eorum vxores superstitiosis incantationibus credunt.*)

1149. Oleaster. sup. cit. Gen. c. 3. n. 5. Vnde addit Oleast. *Cũ Diabolus promisit primis Parentibus immortalitatem, nũquid signa dedit eis, aut Sacramẽto se constrinxit, aut illi hæc ab eo exacta sunt? Minimè. Sed simplici eius verbo fœmina credidit.* Sic modo Aulici eiúsque sectatores incantationibus, & mendaciis Magicarum artium credunt, & Iesu Christo sanguine suo veritatem adhuc puero rubricanti fidem non astruunt, neque Prædicatores eius audire præsumunt contra huiusmodi incantationes vociferantes.

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare in die circumcisionis impositum est Christo nomen Iesus?

QVæretur, quare die ipso octauo positum Christo nomen Iesu?

1. Responsio est Sancti Cyrilli in littera citati, qui ait, *Quia editus fuit ad totius mundi salutum.* Quasi dicat, *ex eo quod nomen Iesus mundo apparuit fælicitas, & munera æterna hominibus promissa sunt æternaliter;* non sicut mercedes Regum, quæ hodie vsque ad cœlum subleuant priuatum, & familiarem suum, & & subitò fastidiantur, & vsque ad ima eiiciuntur. 1150. S. Cyrill. in litt. cit.

Interrogat Caietanus in cap. 1. Ioann. quare dixit Euangelista Ioannes, *Quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et non dixit, contulit Pater æternus Verbum suum nobis?* Et respondit; *quia Verbum Dei non vt hospes, sed vt habitator continuus venit inter homines sanctos.* Vnde Paulus dicebat, *habitare Christum per fidem in cordibus bonis. Dicendo itaque, quod habitauit in nobis explicat, quod fuit intus in animis nostris continuè vtens intellectu, voluntate, ac omnibus affectibus nostris: nam habitator ad proprium vsum domo vtitur.* Quasi dicat, *qui adhæret Deo vnus spiritus fit cum eo,* & qui nomini Iesu adhæret, ipsum nomen habitator fit, & dominus domus cordis eius, habitatorque continuus faciens, & communicans diuitias suas ei cui adhæret, non ad tempus sicut Principes, sed in æternum, & quia verbum plenum gratiæ veniebat; ideo totam domum, vbi habitat, replet donis, & gratiis ineffabilibus perpetuis, & immobilibus, nam ex quo apparuit verbum æternum; nomine Iesu insignitum, & habitauit in hominibus omnes homines repleti sunt fælicitatibus æternis. 1151. Caietan. in in c. 1. Ioan. n. 14. Ad Ephes. 3. n. 17. 1. Cor. 6. n. 17. *Reges fastidium de priuatis cito ostentant.*

2. Responsio Sancti Ambrosij citati in littera qui ait, *Vbi gratia exequenda est, adest Christus, vbi & seueritas, & punitio ministri eius adsunt, sed ibi dest nomen Iesus.* Quasi dicat, non sumus sufficientes aliquid bonum consequi, neque cogitare, neque potentes nominare nomen Iesu, nisi ipse Iesus inuitet, & adiuuet nos. 1152. S. Ambr. cit. in litt.

Interrogat Sanctus Laurentius Iustinianus, *Quare dum peccatores gloriam Dei desiderant, tam incurialem petionem dicunt,* Matth. 6. *adueniat regnum tuum? Numquid ipsum cœlum inclinandum est, vt nos recipiat? Nonne melius diceretur properemus, & eamus ad regnum tuum?* Et respondit: Minimè: *nam torpori nostro consentaneam posuit petitionem: nec enim volumus, neque possumus Regnum cœlorum per nos quærere, & quod ipsum nos quærat, nisi innocato nomine Iesu, quia cum sit sanitas in pennis eius, vt diximus, nos leuat ipso innocato, & ipsum cœlum* 1153. S. Laur. Iust. Matth. 6. n. 10. *Ad inuocationem nominis Iesu cœlũ inclinatur.*

se inclinat, & ad nos venit, vt curialiter, & cum reuerentia recipias nos propter nomen tuum Domine; quia multum est enim omnibus inuocantibus eum.

1154. S. Hieron. in litt. 3. RESPONSIO S. Hieronymi, qui in littera ait, *Quod nomen Dei antea in lamina aurea monstrabatur, nunc autem in ligno crucis auro pretiosiori.* Quasi dicat, magis à Christicolis venerandum erat nomen Iesu, quia lignum Crucis tanti & tam pretiosi sanguinis pretio est à Christo emptum, quam si lapidibus pretiosis, auro infinito emeretur. Vnde Chrysostomus

Chrysost. hom. 9. hom. 15 ait, *Neque enim miraculorum gratia Christum dumtaxat admiramur, sed ex passione, vt cum affixus sit Cruci, flagellis, & alapis casus, & insputus ab his, de quibus, tam bene merebatur, siquidem in his ipsis, quæ opprobriis, & ignominiis plena esse videbatur, ipsum nomen Iesu*

Patientia Dei inter periurantes ostenditur. *clarissimum apparuit.* Quasi dicat, ô admirabilis Christi patientia, & potentia, quæ non solum in miraculorum operatione ostenditur, quantum inter tot opprobria, ludibria, & crucis tormenta, vbi mirabiliter nostra salus operabatur, tunc & nunc à perfidis, & impiis blasphematur, & à malis Christianis iusiurando vilipenditur. Vnde magis pretiosum est nomen Dei inter tantos blasphemantes iacendo, quam inter aureas laminas à summo Sacerdote honoratum, & veneratum: Sed timeant qui nomen Iesu iusiurando vilipendunt: quia si non cessant à malo repente veniet ira Dei super illos.

1155. Oleaster. in Gen. 15. n. 16. Translat. Pagnin. Vnde interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 15, num. 16. *Quia nondum est completa punitio Amorrhæorum?* Sic legit Pagninus. Et respondit, *Quia admonet Deus malos à malo cessare, ne tempus dilata punitionis impleant.*

Completa est ira Dei apud iure iurantes. Quasi dicat, aduertant qui nomen Dei periurando blasphemant patientiam, quæ tam longo tempore peccatores ad pœnitentiam expectat, & considerent, quomodo nomen Iesu pretiosius est inter linguas blasphemantes, magis quàm olim apud summum Sacerdotem inter laminas aureas gemmis ornatas.

1156. S. Bernard. in litt. cit. 4. RESPONSIO Sancti Bernardi in littera citati. *Nomen Iesu forte est quo experimur expugnare impugnantes nos.* Quasi dicat, pactum, & fœdus, quod inter Deum, & innocentem, & laudantem nomen Iesu imponitur, quod expugnabit nomen Iesu impugnantes nos, si nos nomen eius super astra cœli exaltauerimus.

1157. Oleaster in Gen. 17. n. 2. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, quare dicitur Gen. 17. num. 2. *In die illa percussit Deus fœdus cum Abraham.* Sic legit Pagninus. Et respondet: *Vt sciamus, quare fœdus inire dicatur fœdus percutere.* Quod scilicet, dum ineuntur: victimæ percuterentur, & iugularentur. Et hæc erat promissio terræ promissionis signo firmata.

Nomen Iesu protegit inuocantes eum. Quasi dicat, attendant omnes, qui nomen Iesu venerantur, quod hoc est signum, quod daturus est eis terram promissionis æternam ingressuris, & in die ista fœdus percutiet, vel inter; quia omnes inimici spirituales, & corporales percutientur, & iugulabuntur; quia nomen Iesu forte est, & experimur expugnare impugnantes nos, vt Bernardus ait.

* * *

DIFFICVLTAS X. ad mores.

De figuris, & signis antiquis dulcissimi nominis Iesu?

QVæretur, quare occultum fuit tanto tempore dulce nomen Iesu?

1. RESPONSIO est Sancti Cypriani in 1158. S. Cyprian. cit. in litt.
littera citati, qui ait, *Consilium antiquum iam prodiit palam, sed innotuit publicè in conspectu gentium.* Quasi dicat, occulta virtute, antequam terra fieret, aut formaretur orbis, agnus occisus ab origine mundi, nomen Iesu virtualiter prodigia operatus est, sed iam publicè innotuit omnibus rationibus, & creaturis terrestribus, & infernorum principibus, & quem Dæmones reuerentur, impij non venerantur. Vnde Chrysostomus, homil. 54. in Genes. ait: *Doleo, & lugeo, quia video in nobis tantam virtutis raritatem; malitiam autem quotidiè inualescere; neque moratur gehenna timor nostrum, in mala cursum, neque Regni desiderium adhortari sufficit, vt in virtutibus ambulemus.* Quasi dicat, antequam Emanuel, vel nomen Iesu esset nobiscum, non tam mirum erat, quod peccatores in iniquitatibus diu remanerent; sed postquam innotuit nomen Domini, vt & saluaret populum suum, ita immobiles in malitia permanent peccatores, quasi si nomen Iesu non fixum esset in Cruce.

(Margin: Apoc. 5. n. 18 — S. Chrysost. homil. 24. in Gen. — Impij nomen Iesu non attendunt.)

2. RESPONSIO est Diui Bernardi, qui 1159. S. Bernard. in litt. cit.
ait: *O miser homo, quid tibi cum aqua, si vis recipere sanitatem.* Quasi dicat, attendite omnes ad petram, de qua excisi estis, & nolite consolationem quærere in rebus mundanis, sed in solo nomine Iesu.

Interrogat D. Ambrosius, quæ est illa mulier, 1160. S. Ambros. in Zach. 5. n. 7.
quæ sedebat apud Zachariam 5. n. 7. *Super ollam plumbi.* Et respondet, *Mulier sedens super talentum plumbi est iniquitas fixa in peccato, à quo separari non potest; quia inueterati in errore, & studiosè flagitiis inhærentes sedere dicuntur.* Quasi dicat, homines in mundo tam miseri, & infælices sunt, quod neque flagitiis à Deo missis, neque infirmitatibus, & doloribus quærunt consolationem diuinam; sed semper in rebus vanis, & peccaminosis mutando fœtorem, non quærendo saporem diuinum in nomine Iesu, morientes viuunt, & viuentes malè moriuntur. De quibus idem Ambrosius ait: *An ignoramus, quod tantã vim habeat inueterata consuetudo peccandi, vt excludat naturam, quæ cum sit medicinabilis; ad salmem tamen corroborata tempore passionibus immedicabilis inuenitur.* Quasi dicat. Væ homini, cuius natura ita excæcatur in peccato, & incurabilis in malitia, quod neque tali medicina, qualis est nomen Iesu, medicabilis est, quia iste inueteratus in peccato peribit.

(Margin: Homines inueterati in peccato peribunt. — S. Amb. cit. — Nomen Iesu medicina peccatorum.)

3. RESPONSIO Sancti Cyrilli citati in 1161. S. Cyrill. in litt. cit.
littera, qui ait, *Quod nomen Iesu, quasi in compendio continet omnia nomina, quæ in veteri testamento Deo attribuuntur.* Quasi dicat, dum iam infans pro genere humano sanguinem effudit,

effudit, quasi inimicum victum ostendit, & omnium Martyrum, & Sanctorum fortitudinem demonstrat.

1162. S.Basil.or.15. Interrogat S. Basilius Seloucensis, orat. 15. *Quare adolescens pulcher, & rufus, & teneræ ætatis Benjamin inter fratres suo ausus est in medio exercitu magnatorum Ducum, ac militum fortissimorum Israel dicere: non cõcidat cor cuiusquam* 1.Reg.17. n.32. *(in eo. scilicet Gigante Goliath) ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philistheum?* Et respondet, *Quia tunc militem suum producit Deus in medium verè Regem declarans dum pugna prouocationem Dauid ad se rapit.* Quasi dicat, tunc in compendio omnium militum fortitudinem Dauid Deus declarauit, prouocando, & vilipendendo inimicum suum, Ducem, & Regem Israël demonstrauit. Ita puer Iesus, dum in huius mundi palæstra descendit, & sanguinem circumcisionis effudit, inimicos postrauit, & æternus Pater, Ducem, & Redemptorem humani generis confirmauit, & in compendio Iesum vocauit, vbi Dominus Deus Sabaoth, id est, nomen omnium exercituum acquisiuit. Vt discas, ô tu miles delicate, & timide, inquit Bernardus, *Inimicos spirituales vincere, & ad certamen prouocare*, vt de Sancto Francisco Patre nostro legitur, *Quod Dæmones vociferando ad tentationes inuitabat, & sic omnes spirituum exercitus effugabat.*

Dæmones nõ sunt timendi sed prouocandi vt fugiãt.

S.Bern.cit.

In Chron. S.Francisc.

1163. Ambros.cit. 4. Responsio Ambrosij, qui ait: *Circumciditur puer, vt Sacramentum circumcisionis cum honore sepeliretur.* Quasi dicat, satis honorificatum est nomen Domini Iesu in templis magnificis, vbi à cunctis populis adoretur, & reuereatur, & opus dignum æstimatione est, capellas, & templa Deo sacrare, sed ex lapidibus, non pollutis.

1164. Oleaster in Exod.c.20. n.25. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster in Exod. 20. num. 25. *Quare præcipiebat Deus. Altare terrenũ facietis mihi, neque ex lapidibus excisis?* Et respondet, *quia arguit Deus vanitates ædificiorum etiam templorum, si propter solam vanitatem instruantur.* Et addit: *Vult enim Deus altare terrenum ex lapidibus impolitis magis quam ex lapidibus pollutis.* Quasi dicat, fugiendæ sunt vanitates in templorum ædificiis, maximè à Prælatis constructis, cum omnino à Pauperum eleemosynis subtrahatur quia sepelietur cum honore qui templa viua sustentauerit, magis quam qui templa sumptuosa ædificauit, licet omnia bona sint, sed & est bonum & melius.

Templa ædificanda non ex eleemosynis pauperibus debitis. Auctoris. mens

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quare ab Angelo vocatum est nomen Iesus.

QVæretur, quare dicat Euangelista, quod vocatum est ab Angelo nomen Iesu?

1165. Abulens. in litter. 1. Responsio fuit Abulensis in littera citati, qui ait, *Vt insignius significaretur nomen Iesu omnibus hominibus, qui non ab Angelo nomẽ accipiunt.* Quasi dicat, ex humilitate, & sanguinis effusione Deus honorificat suos; mundus vero non, sed ex diuitiis, & largitione munerum.

Interrogat Oleaster, ex quo Mendoça, *Quare Labã maiori beneuolentiæ significatione recepit Eliezer seruum Abraham, quam Iacob. Filium Isaac nepotem Abrahæ*, vt patet Gen. 28. Et respondet, *quia Eliezer erat diues, & portabat diuitias multas*, vt Genes. 24. num. 10. dicitur, *ex omnibus bonis eius portans secum accessit. Hinc igitur effectum est, vt huius nobilitas, illius obscuritas illustris admodum apud Labanum redderetur*: nam homines huius mundi, non tam sanguinis quam auri splendore capiuntur. 1166. Oleaster in Gen.24. n.10. Mend.tom. 2.ann.14. in 1.lib.Reg.

Paupertas cedit diuitiis & sanguis nobilis auro.

Oleaster vero addit: *Ad Eliezer Laban eucurrit foras non ad Iacob, quia parant munera hospitium, & exhilarant recipientis faciem, & animum.* Quasi vterque dicant, mundus excellentiores facit diuites, quam pauperes, & pluris æstimat diuitias, quam nobilitatem. Et homines ex vilibus principiis procedentes pluris æstimantur, si diuites sint quàm pauperes nobiles. Non vero sic Deus, qui puerum circumcisum in præsepio ab Angelis honoratus est. 1167. Oleaster cit.

Felices in hoc mundo diuites.

2. Responsio est Chrysostomi, qui ait, in littera, *In somnis Angelus Ioseph apparuit, & nomen Iesu præcepit ei, vt imponeret puero; quia munimen contra dubitationes in fide, & tentationes libidinosas, nullum aliud, sicut nomen Iesu.* Quasi dicat, quærite homines mortales remedia efficatia contra tot, tantásque impias, & luxuriosas cogitationes quibus mundus scatet. 1168. Chrysost. in littera.

Interrogat S. Chrysostomus hom. 23. *Quomodo terra, quæ Deum ad iracundiam prouocauit corrupta erat.* Genes. 6. num. 12. *Cúmque vidisset Deus terram esse corruptam?* Et respondet *non de terra sensibili loquitur, sed inhabitatores terram vocat, eo quod terrenis cogitationibus absumantur.* Quasi dicat, ita homines absorpti sunt, & malitia repleti quod quasi corrupti peste oculos Dei, & Angelorum ab ipsis auertant, quia vt inquit Psalmista Psal. 16. num. 11. *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Et alibi Psal. 134. num. 20. *Loquentes semper dolos cogitabant.* *Quasi heu miseri mortales, qui ita in terrestribus voluptatibus absorpti sunt*: quasi omnia cælestia renuntiauerint & dolos perpetuò cogitant, & nunquam verba vera loquuntur, sed cum duplici sensu, ac intentione; & ideo cum os aperiunt tales fallaces, politici mendaces, subtiles, & astuti, statim cum festinatione debent iusti, & simplices munire se; hoc nomine sanctissimo Iesu, & intus orare ad Dominum dicentes, *Iesu bone libera nos à malo.* 1169. Chrysost. hom 23. Gen.6.n.12. Ps. 16.n.11. Ps.134 n.20.

Aulici politici astuti fugiendi neque audiẽdi sunt.

3. Responsio eiusdem Chrysostomi in littera citati, qui ait: *Semper Iesus à Sanctis Viris nominatur, quando aliquod prodigium operatur.* Quasi dicat, innatum est nomen Iesu, vbi vera sanctitas est, & vbi benè eradicata virtus est, semper producit effectus odoriferos, & omnibus placentes; quia teste sancto Thoma, *Signum sanctitatis est interna inspiratio, non repentina acclamatio.* 1170. Chrysost. in litt.cit. S. Thom.

Interna inspiratio signũ sanctitatis.

Interrogat S. Ambrosius in Lucam 1. num. 6. quare de Parentibus Præcursoris dixit Euangelista Luc. 4. n. 60. *Erant ambo iusti ante Deum incedentes in omnibus mandatis?* Et respondet, *tales maiores habere debuit prænuntius Christi, vt* 1171. S.Ambros. in Luc.1.n.6.

non

Sanctitas promulgata repētè suspecta multorū praecipuè. *non repente conceptam, sed à maioribus acceptam, & in ipso infusam iure naturæ fidē Dominici videretur aduentus.* Quasi dicat; sanctitas repente concessa, & acclamata, prodigiis, sine fundamento vero approbata ab hominibus muneribúsque obligatis, fugienda, & celanda est. Quia multoties miracula, & reuelationes manifestant, vel potius illusiones, quæ examine indigent; & solum hoc signum sufficit, vt repentina sit; quia adhuc; qui maior est inter natos mulierum, non ex repentina sanctitate, sed à Ambros.cit. parentibus obseruata, ab Euangelista approbatur, & in nomine Iesu huius prodigia innumera celebrantur.

1172. D.Paschas. in litt.cit. Matth.1. n.1. 4. RESPONSIO D. Paschasij in littera citati, qui ait, *Cum Matthæus genealogiam Regalem Christi narraret, solum dixit cap. 1. Christi generatio sic erat, quia nomen Iesu non est ausus in ore assumere, sed Angelo reseruauit.* Quasi dicat: filij hominum vsquequo graui corde non attendentes ad summam nominis Iesu veNaz.or.3. n.44. nerationem. Vnde Gregorius Nazianzenus, orat. 3. num. 44. ait: *Dæmones quidem etiam nunc vocato Christo contremiscunt; nos vero rem noménque adeo venerandum afficere contumelia* Idem Sanct. *non veremur*: Vnde idem Gregorius orat. 36. *perspicuè ostendit Christi appellationem honorificam. esse maximeque ad gloriam momenti; quoniam eam nobis Iulianus Apostata eri-* *Nomen Iesu Dæmones torquet.* *pere cogitauit.* Quasi dicat, torquebatur spiritus Diaboli, qui in Apostata Iuliano ingressus erat, hoc Christi nomine, & contra eum blasphemabat, & publico decreto imperauit, vt non Christiani, sed Galilæi vocarentur sectatores Christi, vt hinc discas reuerentiam, quam debes: ô tu Christiane (qui de Christiano gloriaris,) nomini Iesu adhære; siquidem Diabolus; & ministri eius, sic eum timent.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quare dicatur? priusquam in vtero conciperetur?

QVæretur; quare hoc nomen Iesu vocatum fuit priusquam in vtero conciperetur?

1173. Abul. cit. in litter. Is.7.n.14. *Verba impudica signa absentiæ Dei.* 1. RESPONSIO fuit Abulensis in littera citati, qui ait, *Hoc dictum est, quia per Prophetam Isaiam dictum erat, quod Christus nasciturus erat de Virgine, & Emanuel vocandus, & vtrumque insinuauit Angelus in Annunciatione, antequam Christus in vtero conciperetur.* Quasi dicat, *Emanuel, id est, nobiscum Deus*, & nullum signum magis probabile, quod Deus est in cordibus nostris, quam cum concipimus iustè, purè, & castè; è contrariò impudicè concipere & inhonesta verba loqui, signum euidens, quod Deus non est inhabitator illius cordis.

1174. Oleaster cit. Gen.24. n.14. Interrogat Oleaster; *Quare Abraham seruo Eliezer, pro signo ad cognoscendam sponsam Isaac dedit hoc: Puella, quæ dixerit, bibe, & camelis tuis hauriam aquam?* Respondet: *Non immerito vir iste hoc potius signo quam alio vxorem Domini sui cognoscere voluit, vt eam Isaac Dominus eligere disceret, in qua Charitas, & dilectio proximi, & honesta, & casta conuersatio luceret.* Quasi dicat, hos ad bona eligendos à Domino qui pudico animo conuertuntur, & proximorum indigentiis succurrunt.

Vnde interrogat Neothericus quidam, *Quare Herodes tam prodigus puellæ impudicæ saltanti, promisit dimidium Regnum suum suum; cum* 1175. P.Aguado lib.3.suprà cit. *omnes Reges terræ, non solum minuere, sed dilatare regna sua cogitantur*, Marc. 6. num. 23. Marc.6.n.23 *etiam si dimidium regni mei petieris*, (inquit Euangelista?) Et respondet satis acutè D. Franciscus Aguado, *Quia non cogitat de imperio, qui impudicè conuersatur.* Quasi dicat, cogita- *Reges impudici amittunt Regna.* tiones impudicæ in Rege inhonesto, & luxurioso, non solum augmentationem Regni non producunt, sed neque ad gubernationem attendunt, vt hinc aduertas quod inhonesti non sunt in dignitate constituendi.

2. RESPONSIO est Chrysostomi in 1176. Chrysost. in littera. littera citati, qui ait, *Antequam in vtero conciperetur, vocatus est Iesus puer; quia erat ab Angelo hoc nomen quasi pignus Iosepho datum, vt præualeret contra omnes conturbationes, quas cito passurus erat, videns Virginem prægnantem.* Quasi dicat, vt bonus, & peritus medicus præseruatiuum dedit Iosepho, hoc scilicet, nomen Iesu, vt infirmitatem futuram curaret, & non zelotypiis periret.

Et si quæras, *Quare pignus hoc tam pretio-* 1177. *Auctoris mens.* *sum Angelus non dedit Mariæ in annunciatione?* Respondeo; *quia nullo præseruatiuo indigebat,* *Pignus salutis Mariæ non fuit necesse.* *quæ nunquam neque in infirmitate originali cecidit, neque in dubitatione mysteriorum fidei.* Vel cum Oleastro, *Quia pignus pretiosum* Oleaster. *Iesu ipsa secum allatura erat.* Vnde interrogat idem Oleaster, *quare dicitur, quod Eliezer,* Genes. 24. num. 53. *protulit vasa argentea, &* Gen.24. n.53. *aurea, & dedit Rebeccæ?* Et respondet, *quod prudenter se gessit. quia quæcumque pretiosa Rebecca dedisset, illa erat secum in domum mariti allatura.* *Prudentia seruorū Dei.* Sic Angelus Mariæ nomen Iesu non expressit; quia ipsa illum secum erat allatura in vtero suo, & inde sponso suo communicarentur odores fragrantes illius; *Quia Virgo erat hortus con-* Cant.c.4. n.3. *clusus, & emissiones,* quas Iesus de se daturus erat fuerunt Iosepho, quasi paradisus in suis dubitationibus, vt hinc discamus, Virginem in nostris cordibus portare; quia in visceribus eius manet *Deuotio Virginis.* signum hoc nominis Iesu, vt nos custodiat, & sit præsidium, & signum totius consolationis.

3. RESPONSIO Chrysostomi in littera 1178. Chrysost. citat. citati, qui ait. *Quod si Iesus Naue, vel Iosue currentem solem detinuit, nomen Iesu Saulum Ecclesiam persequentem qui dixit Domine, quid me vis facere,* Act. 9. n. 6. Quasi dicat, *nemo de sua fragi-* Act.9.n.6. *litate desperet, & miserum, & debilem se proclamet, quia Iosue solem detinere fecit* Iosue 10. n. 12. Ios.10.n.12. & ipse vires debiles habebat ad tale, quia cum Ad Phil.4. n.13. Iesu adiutrice, omnia possumus in eo, qui nos confortat.

Interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 3. 1179. *Quod serpens erat callidior omni bestia agri.* Sic Oleaster in Gen.c.3.n.1. legit Pagn. Et respondet cum D. Bernardo; non Translat. Pagnin. enim ait, *Serpens erat omni animali fortior, sed* Bernard.cit. *callidior, ne homo causaretur se potentia superatum* *Fallaces astuti serpentes sunt.* *non astutia.* Quasi dicat, non homines illos, sed serpentes dicendos, qui arte, & miris modis homines ad peccata trahere conantur, vt discas quam sint fugiendi, qui suadent ambire honores, & quomodo in nomine Iesu ab huiuscemodi cogitationibus celeriter liberari debeamus.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXIII.

In Caput II. Matthæi,

De Adoratione Magorum.

TEXTVS.

1. CVM ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iudà in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, 2. Dicentes, vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? 3. Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. 4. Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. 5. At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iuda: sic enim scriptum est per Prophetam. 6. Et tu Bethlehem terra Iudà nequaquam minima es in principibus Iudà; ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum.

EXPOSITIO Litteræ.

1180. *Abulens. in prolog ad c.2. Matth.* HIc importatur, inquit Abulensis quædam notitia ad præcedentia: nam supra Angelus annuntiauerat de natiuitate Christi futura, & de nomine sibi imponendo: hic vero dicitur, *Cum ergo natus iam esset Iesus acciderunt quæ subsequuntur,*

1181. In Bethlehem Iudæ. Etsi enim, ait idem Abulensis, *Bethlehem ciuitas quædam parua in sorte tribus Iuda, vt habetur* Iosue 15. *& dicitur in Bethlehem Iudæ ad differentiam alterius Bethlehem, quæ est in tribu Zabulonis*, vt dicitur Iosue cap. 15. & alia erat in tribu Benjamin, vt dicitur Iosue 19. Ista Bethlehem distat duabus leucis à Hierusalem, & solet vocari Bethlehem Iudæ, vt patet 1. Reg. 17. vel Bethlehem Efratà, vt patet Genes. 48. Aliqui autem volunt eam vocatam fuisse Efratà, & mutatum esse nomen eius, vt vocaretur Bethlehem, quod interpretatur domus panis.

Ios. 15. — Idem. Ibi c. 19. — Gen. 48. — Ephratà idē quod Bethlehem.

1182. *Herodes primus.* In diebus Herodis Regis. Hic designatur tempus natiuitatis Christi, quòd fuit in diebus Herodis Regis Iudæorum. Iste fuit primus Herodes, quia alij fuerunt eiusdem nominis de progenie sua, qui regnauerunt post eum; sed iste incepit regnare in diebus, in quibus natus est Christus.

1183. *Reges Magi orientales.* Ecce Magi, quanti & qui fuerint, postea dicetur in difficultatibus ad litteram. Venerunt autem ab oriente, quia terra Magorum orientalis erat, respectu terræ Iudæorum, & non solum venerunt Hierosolymam, sed etiam in alias partes terræ Iudææ, quæ erant ante Hierosolymam, & tamen, non fit mentio de aliis locis ad quæ venerunt, quia ibi non accidit illis aliquod speciale sicut accidit in Hierusalem. *Auctoris mens.*

Dicentes, vbi est, qui natus est Rex Iudæorum, id est, vbi est Rex Iudæorum, qui nunc natus est. Vnde dicit Abulensis, quod bene sciebant Reges Magi, vbi natus erat puer, sed præsupponentes dixerunt, vbi est, qui natus est. 1184. *Abulens. citat.*

Vidimus enim stellam eius in oriente, id est, nos existentes in oriente vidimus stellam eius, vel in oriente erat stella, nos alibi existentes, id est, designans puerum natum, & venimus cum muneribus adorare eum; id est, quia vidimus stellam eius significantem, parauimus nos, & venimus ad adorandum eum. 1185. *Æquiuocum est in oriēte.*

Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo, id est, timore nouitatis perterriti sunt omnes, & congregans omnes Principes Sacerdotum, id est, qui de præsenti erat summus Sacerdos, & qui officio functi fuerant, quia erant annuales. Et scribas populi, id est, publicos notarios, quorum officium erat seruare scripturas incorruptas, earumque sensum interpretari, legis autem Doctores erant maioris auctoritatis, quasi legem docentes, sed omnes quasi in Concilio magno congregauit Rex, quia res magna erat. Cætera in sequentibus patebunt. 1186. *Generale Cōcilium congregauit Rex.*

TRANSLATIONES variæ?

Vulgata editio. 1. Cum natus esset Iesus in Bethlehem in diebus Herodis Regis.

Translatio

Translatio Syriaca. 2. Cum natus esset Iesus in Bethlehem quæ est Iudææ.

Caietanus in Euang. 3. Cum natus esset Iesus in Bethlehem quæ erat ciuitas Dauid.

Abulensis in Matth. 4. In Bethlehem, quæ erat ciuitas parua in sorte tribus Iuda, vt patet Iosue 25.

Arias Montanus. 5. Iesu nato in Bethlehem Iudæ ecce Magi accesserunt.

Translatio Vatabli. 6. In Bethlehem ciuitate Iudeæ temporibus Herodis Regis, ecce Magi aduenerut.

Euthymius in Matth. 7. Cum genitus esset Iesus in Bethlehem Iudææ temporibus Herodis, ecce Magi aduenerunt.

Lyrani nostri. 8. Cum impleta esset Prophetia Michææ 5. in diebus Herodis Regis, & Genes. 49. secundum translationem Chaldaicam venit Messias, & natus esset in Bethlehem.

Hieronymi in Glossa. 9. Ecce Magi, non malefiei, sed Philosophi Chaldæorum.

DIFICVLTAS I. ad litteram.

Quare vocabantur isti tres Reges Magi?

QVæretur, quare Euangelista Magos appellabat tres istos Reges?

1187. Abul. q. 6. in Matth. 1. RESPONSIO est Abulensis quæst. 6. in Matth. qui ait, *Quod Magus tripliciter dicitur, scilicet, Magus illusor, vel maleficus, vel* (Tripliciter dicitur Magus.) *sapiens. Illusor est ille, qui facit prastigia, quæ hominibus apparent aliquid esse, & nihil sunt eorum quæ videntur, & sic illudunt sensus hominum. Maleficus dicitur incantator, vel inuocator Dæmonum. Magus dicitur sapiens, quia multi ipsos Philosophos Magos vocabant.* Vnde in sententia Abulensis, isti dicuntur Magi, quia Herodem illuserunt, vt patet in littera.

1188. Chrysost. apud Abul. 2. RESPONSIO est Chrysostomi citati in Abulensi, qui ait, *Quod Reges isti vocantur Magi, quia malefici erant, & postea conuersi sunt ad Dominum.* Quasi dicat, quod Dominus voluit natiuitatem suam Regibus istis Magis reuelare, & ad se adducere, vt per hos peccatoribus spem veniæ tribueret.

1189. Aug. apud Abul. 3. RESPONSIO est Augustiani apud Abulensem citati, qui ait, *Quod fuerunt isti Reges Magi, & primitiæ gentium, id est, primi de gentibus ad Christum conuersi, sicut Pastores, quibus Angelus apparuit fuerunt primitiæ Iudæorum.* Quasi dicat, quod isti fuerunt postea (Colonia corpora Magorũ honerantur.) in Christi fide excellentes, quorum tria corpora diu manserunt in vrbe Mediolani; nunc vero in vrbe Coloniæ apud Germaniam requiescunt.

4. RESPONSIO Glossæ. *Hi Magi Reges fuerunt, qui etsi tria munera obtulisse dicantur, non ideo non plures quam tres fuisse probatur, sed vt per eos gentes, quæ ex tribus filiis Noe natæ, sunt, venturæ ad fidem præfigurantur.* 1190. Glossa. ord.

5. RESPONSIO Rhemigij in Catena S. Thomæ, qui ait, *Sciendum est quod varia est de Magis opinio. Quidam dicunt fuisse Chaldeos, Chaldæi stellam pro Deo colebant; & ideo dixerunt, quod nuncupatiuus eorum Deus ostenderet Deum verum natum. Alij vero dicunt Persas eos fuisse. Nonnulli dicunt illos de vltimis finibus terræ fuisse.* 1191. Rhemig. in Catena.

6. RESPONSIO Chrysostomi apud Abulensem, qui ait, *Alij dicunt illos fuisse nepotes Balaam; quia inter cætera quæ prophetauit, dixit, orietur vobis stella ex Iacob.* Et ideò addit Chrysostomus in Matth. *Quod ita erant sapientes in Astrologia isti Magi à temporibus Balaã, quod elegerunt de ipsis duodecim studiosiores, & si quis moriebatur filius eius, aut aliquis propinquorum loco eius instituebatur;* Hi vero per singulos annos super montem victorialem ascendebant, & tribus diebus ibidem morantes se lauabant, & ieiunabant, & orabant Deum, vt illam stellam quam Balaam prædixerat demonstraret. 1192. Chrysost. apud Abul. Num. c. 23. (*11. Magi semper à diebus Balaam fuerunt.*)

7. RESPONSIO S. Maximi hom. 3. de Epiphania, *Vno itinere tres simul adorare veniunt Magi, quia in vno Christo Iesu, qui omnium credentium via est inseparata ab eis erat Trinitas adoranda.* Quasi dicat, certissimè tenendum est, quod fuerunt soli tres Magi, qui venerunt, vt Ecclesia, & tot, tantique Patres tenent; quia mysterium sanctissimæ Trinitatis in personis repræsentabant. 1193. S. Maxim. hom. 3 de Epiph. (Omnes PP. Ecclesiæ.)

8. RESPONSIO Nostri Lyrani, qui ait, *Magi dilecti sunt non à Magica arte, sed à magnitudine scientiæ, & ideo dicti sunt etiam Reges, quia illo tempore Philosophi sapientes regnabant. Isti ergo videntes nouam stellam cognouerunt per diuinam inspirationem, quod illa erat quæ prædicta erat per Balaam, & ideo statim mouerunt se de locis suis, vt venirent ad venerandum puerum natum.* Quasi dicat, nemo dubitet, quod in ista motione & itineratione interuenerunt prodigia, & inspirationes internæ, de quibus latius dicam, &c. 1194. Noster Lyranus sua in Gloss. (Numer. 14. n. 17.)

DIFFICVLTAS II.

Quanto tempore venerunt Magi?

QVæretur, quanto tempore venerunt Magi in Bethlehem?

1. RESPONSIO est Lyrani nostri sua in glossa, qui ait, *Magi videntes stellam venerunt ad Iudæam die tertia decima, quia illa terra vbi habitabat Balaam, non multum differt à Iudæa.* 1195. Lyran. sua in Glossa.

2. RESPONSIO est Hieronymi citati ab Abulensi q. 7. qui ait, *Quod isti tres Reges venerunt de extremo orientis, quod est in principio Indiæ, & quod in tredecim diebus venerunt super Dromedarios, quæ animalia sunt velocissima, & dicitur de eis, quod tantum ambulant in vna die, sicut vnus equus in tribus.* 1196. Hier. apud Abul. q. 7.

3. RESPONSIO

1197. Chrysost. super Matt. Aug. ser. de Epiph.

3. RESPONSIO est Chrysostomi super Matth. & D. Augustini, serm. de Epiphania, scilicet, *Quod stella apparuit istis Magis per duos annos ante natiuitatem Christi, & tunc parantes se venerunt à remotissimis partibus orientis ad Christum tredecimo die postquam natus est*, Et fundamentum huius sententiæ est, qoia Herodes post recessum Magorum, videns se ob illis illusum, iussit occidi pueros à bimatu, & supra dicitur quod fecit secundum tempus, quod exquisitum fuerat à Magis. Quasi dicat, facto computatorio, Magi dixerunt quod stella oppatuit eis duos ante annos.

Matth. 2.

1198. Abul. q. 8.

4. RESPONSIO est Abulensis q. 8. qui ait, *Quod isti Reges non solum in tredecim diebus potuerunt venire, sed etiam in octo, vel nouem. Et probat; quia Iacob inhabitabat in Mesopotamia in ciuitate Nachor*, vt patet Genes. 29. *& fugit nesciente Laban socero suo, & venit vsque ad montem Galaad*. Genes. 31. *Mons autem Galaad est in terra promissionis, scilicet, in terra duorum Regum Amorrhaeorum, & est iuxta Iordanem, vnde patet, quod isti Reges in quatuor diebus poterant venire de Mesopotamia vsque ad montem Galaad, qui est circa Iordanem, & de Iordane vsque ad Hierusalem non sunt decem, & octo leucæ; quia vt ait Marius, tota latitudo terræ Chanaam accipiendo à Iordane vsque ad mare mediterraneum, scilicet ab oriente vsque ad occidentem est solum viginti & octo leucarum.* Ex quo facilè colligitur, quod breui spatio temporis potuerunt Magi sine miraculo peruenire vsque ad Bethlehem,

Genes. 29. Gen. 31. Latitudo terra Sancta. 28 Luc. Marin, Ven.

1199. Glossa.

5. RESPONSIO est Glossæ. *Venerunt autem Reges, non post annum, quia tunc inuenirent puerum in Ægypto non in præsepio, sed tertia decima die; ad ostendendum autem vnde venerant, dicitur ab oriente, sed non erat procul.*

1200. Remigius in Catena S. Thom.

6. RESPONSIO Remigij in Catena Sancti Thomæ. *Si fuerunt successores Balaam Reges istorum non vage distant à terra promissionis, idcirco in tam breui spatio temporis Hierosolymam venire potuerunt.*

1201. Chrysost. in catena

7. RESPONSIO Chrysostomi in Catena citati: *Reges ab oriente venerunt, vnde dies nascitur, inde euntium fidei processit; quia fides lumen est animarum.* Quasi dicat, mysterio non caruit, quod Reges ab oriente venerunt, quia fides à Deo venit, & oriens est nomen eius. Sed de hoc ad mores postea.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur vidimus enim stellam eius in oriente?

QVæretur, quæ sit entitas, & formatio illius stellæ an sicut cæterarum cœli?

1202. Chrysost. in homil.

1. RESPONSIO est Chrysostomi in homilia, qui ait: *Quoniam autem non cœlestium vna stellarum hæc fuit manifestum est; nulla enim alia stellarum hac via procedit hæc enim ab oriente in meridiem ferebatur; ita enim Palæstina ad Persidem iacet.* Secundo, tempore quo videbatur, non erat in nocte tantum, sed in media die, quod non est virtutis stellæ, sed neque etiam lunæ. *Rursus apparebat, & abscondebatur, vt in ingressu in Hierusalem patet, ergo erat hæc stella virtus inuisibilis in talem apparentiam formata.* Hæc Chrysostomus.

De essentia stella qua.

1203. Remigius in caten. S. Thom.

2. RESPONSIO est Sancti Remigij in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Nonnulli dicunt hanc stellam fuisse Spiritum Sanctum, vt ipse, qui postea super baptizatum Dominum descendit in speciem stellæ magis apparuit.* Quasi dicat, Spiritus Sanctus cœpit mundo demonstrare, quod Christus esset Deus sicut postea in Iordane specie columbæ fecit.

1204. Aug. ser. de Epiph. in Catena

3. RESPONSIO est Sancti Augustini, serm. de Epiphon. *Qui Angelum fuisse stellam insinuat, & interrogat, à quibus audierunt Magi, quod Christum natum stella significaret.* Et respondet, profectò ab Angelis aliqua motione reuelationis

1205. S. Leo PP. ser. de Epiph.

4. RESPONSIO Sancti Leonis serm. de Epiphon. qui ait, *Propter illam stellæ speciem, quæ corporum incitauit obtutum fulgentior excitatis radiis eorum corda perdocuit, & quidem ad illuminationem fidei pertinebat.* Quasi diceret, intus magis illuminati sunt Reges, quàm foras; quia conueniens sic erat ad incitando corda eorum.

1206. Abul. q. 11. in Matth.

5. RESPONSIO est Abulensis quæst. 11. in Matth. qui ait, *Quod ista stella, quæ Magos duxit, non fuit aliqua de cœlestibus stellis. nec fuit de Cometis, sed quædam impressio facta supernaturaliter in aere infimo circa terram, & fuit illud corpus valde densum multum habens de lumine, & propter sui sphericitatem, & flammas vocabatur stella.* Quasi diceret, quod huiusmodi stellas non facit Deus nisi propter particulares fines sicut in exitu Israël de Ægypto, quia populus nesciebat viam, fecit Deus columnam ignis, & nubis, quod erat quoddam corpus de vaporibus densum valde præcedens per diem, & illuminans per noctem, *vt in Exod. dicitur cap. 13. num 21.*

Exod. c. 13. n. 21.

1207. Chrysolog. serm. 157.

6. RESPONSIO Chrysologi serm. 157. qui ait, *Quare Magi? quare stella? Vt per Christum ipsa materia erroris fieret salutis occasio. Quemadmodum ad Christum mortis causa causa est facta vitæ?* Quasi dicat. *Hostem proprio mucrone necare singulare est insignéque virtutis.* Vnde addit Chrysologus, *Apud Magos in culpa erat ignorantia, non voluntas quærere, necessitas magis est quam reatus*; fuit ergo pium vt & Deus inuenire quærentibus daret, & culpam deputaret errori.

1208. Glossa ord.

7. RESPONSIO est Glossæ, quæ ait, *Hæc stella Dominicæ natiuitatis nuntia, nunquam prius apparuit, sed eam tunc puer creauit, & Magis deputauit, quæ mox peracto officio esse desiit Christum nondum loquentem muta stella prædicat, postea loquentem Apostoli nuntiauerunt.*

1209. Aug. lib. 2. cont. Faust.

8. RESPONSIO Augustini lib. 2. contra Faustum, *Et nos quidem sub facto stellarum nullius hominis genesim ponimus, vt liberum arbitrium voluntatis, quo benè, vel male vtimur post iustum iudicium Dei ab omni vinculo necessitatis vindicemus. Quanto minus illius temporalem generationem sub Astrorum conditione credimus factam, quia vniuersorum creator est Dominus.*

Non est fatū neque fortuna.

DIFFICVLTAS IV.

Quare turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo?

QVæreret, quare turbatus est Herodes, & cum illo omnis Hierosolyma?

1210. Lyran sua in Glossa. *Reges alienigeni timidi valde.*

1. RESPONSIO est Lyrani; *Turbatus est, quia erat alienigena, & timebat perdere regnum; ideo non solum ipse turbatus est, sed omnes qui pro illa parte faciebant sibi.* Quasi dicat, quando ministri senatus ciuitatis aliquid faciunt, dicitur quod tota ciuitas facit. Sic in proposito, qui erant ibidem maiores, & in Regalibus officiis assistentes, illi cum Rege turbati sunt.

1211. Glossa ord. *Insipiens Rex ministros impios sustinet.* Prou. 21. n. 12.

2. RESPONSIO Glossæ, propter fauorem, *Quia sæpe populus plus eis iniuste fauet, quos crudeles sustinet.* Vnde Salomon dicit, Prouerb. 21. num. 12. *Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.* Quasi dicat, signum sanctitatis Regis est, si pios, & fideles, & amatores Reipublicæ habet ministros; quia si cupidi, impij, & crudeles sunt, similiter, & caput

1212. Chrysolog. serm. 158. *Priuatio dignitatis timorem ministris producit.*

3. RESPONSIO Chrysologi serm. 158. *Quare Hierosolymæ principes, & scribæ turbantur, quia nasci non vult prophanus Rex Deum, seruus Dominum, iudicem reus, rebellis Principem, perfidus cognitorem.* Et addit: *vinere timent, quia nouerant se mox ignominiæ dandos, trahendos opprobriis, eiiciendos templo, priuandos sacerdotio, oblationum munere vacuandos.*

1213. Abul. q. 24. *Reges & Potentes timidiores sunt.*

4. RESPONSIO est Abulensis q. 24. qui ait, *Sola annuntiatio alterius Regis turbat Herodem; quia nulli sunt, qui magis, & facilius turbentur, quam qui magnos gerunt magistratus, & tenent alta dominia, potissimè quando male viuunt, vel iniustè possident, sicut Herodes; erat enim sibi conscius, cum violenter inuasisset regnum Hircani ipse, & pater eius, antipater* vt ait Iosephus lib. 14. antiq. *& ipse fraudulenter, & absconditè occidisset adolescentem filium Hyrcani iam summum Sacerdotem, qui pro patre regnaturus erat. Vnde mox, vt audiuit Regem adorandum turbatus est, conscius sibi suorum scelerum.* Quasi dicat, cum Chrysostomo: sicut Ramus altus in excelsum positus leui aura mouetur, sic & sublimes homines in culmine dignitatum existentes leuis etiam auræ fama conturbat.

Ioseph lib. 14. Antiq.

Chrysost. in homil.

1214. Aug. ser. de Epiph. Gregor. in homilia.

5. RESPONSIO Augustini ser. de Epiphan: *Quid erit tribunal iudicantis, cum superbos Reges cuna terrebat infantis.* Et Gregorius in homil. *Rege nato cæli, Rex terræ turbatus est; quia nimirum terrena altitudo cælestis Regni verè desideratur.*

1215. S. Leo Papa ser. de Epiphan.

6. RESPONSIO Sancti Leonis Papæ serm. de Epiphania. *Herodes etiam Diaboli personam gerit, cuius tunc fuit, interfector.* Quasi dicat, cruciabatur Dæmon vocatione gentium & quotidiana potestatis suæ destructione torquebatur, vt discant hinc Religiosi animi feruorem assumere quando ad insulas, & Indos proficiscuntur ad propagandam fidem; vt diabolum torqueant. Sed de hoc postea ad mores.

Religiosi incitentur ad conuersiones Indorum.

7. RESPONSIO sit Chrysostomi in Matth. qui ait: *Vterque ergo zelo proprio turbatur & sui regni successorem timebat. Herodes terrenum, Diabolus autem cœlestem.* Et addit, *Ecce autem, & Iudaicus populus turbatur, qui magis de audito isto gaudere debuerat; quia Rex Iudæus surgere dicebatur. Sed turbatur, quia de aduentu iusti non possunt gaudere iniqui. Sicut neque iusti de præsentia impij, & insensati Regis.* Quasi dicat, omnes turbantur Rege insipiente, quia calamitates Regni sui propter eius omissiones, & commissiones contra innocentes populos in vexationes conuertuntur. 1216. Chrysost. in Matth.

Rex insipiens conturbat Rempublicam.

DIFFICVLTAS V.

Quare Herodes congregauit summos Sacerdotes?

QVæritur, cum magi Herodi soli dixerint, *Vbi est, qui natus est Rex, quare à Sacerdotibus quæsiuit de isto Rege nato?*

1. RESPONSIO Abulensis quæst. 27. qui ait, *Quia Herodes putauit, quod iste Rex, cuius natiuitas annuntiabatur, erat Messias; ideò quæsiuit de loco natiuitatis.* Quasi dicat, Sacerdotes, & in dignitate constituti debebant scire prophetas, & Sacras Scripturas: quæ de Messia loquebantur; ideo congregauit Doctores, Sacerdotes, & scribas. 1217. Abul. q. 27.

Ignorantes non sunt constituendi in dignitate.

2. RESPONSIO sit Chrysostomi in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Vt quid interrogat Herodes, qui non credebat scripturis, aut si credebat, quomodo cogitabat posse interficere illum quem Regem futurum esse dicebant?* Respondet: *Diabolus instigabat, qui credebat, quod scripturæ non mentirentur.* Quasi dicat, sic sunt omnes peccatores, qui hoc ipsum quod credunt, perfectè credere nolunt quod enim credunt, veritatis est virtus quæ non potest esse occulta; quod autem non credunt excæcatio est inimici. Si enim perfectè crederent, inquit Chrysostomus, *Sic viuerent, quasi post modicum transituri de hoc mundo, non quasi in æternum mansuri.* Sed de hoc ad mores postea. 1218. Chrysost. in Catena

Impij nō perfectè credunt

3. RESPONSIO Abulensis loco citato, q. 27. *Congregauit Herodes Sacerdotes, quia Iudæi expectabant Messiam qui incipiebat transire sceptrum de femore Iuda, & Iacob prophetia adimpleri, & astutus Herodes à Iudæis audierat sermones huiuscemodi, & sic putauit, quod iste Rex forsitan esset Messias. Inde* vt scribit Iosephus, *circa tempora natiuitatis Christi multi pseudo Messiæ apparuerunt, vt Theudas quidam Iudæus, & alter Iudas Galilæus, & vterque occisi sunt, quia finxerant se esse Messiam.* 1219. Abul. q. 27. Gen 49. n. 10.

Ioseph apud Abul. citat. *Pseudo Messiæ occisi sunt.*

4. RESPONSIO Hugonis Cardinalis: *Interrogat Sacerdotes, vt de eo ferrent testimonium Romanis, quod nihil omisisset de contingentibus inuestigando de Rege nouo.* Quasi dicat, est ambitio solicita, & vigilans super malitiam inimicorum. Et sic Herodes omnes diligentias pro Romano Imperio defendendo ostendebat. 1220. Hugo Card.

Ambitio nimis solicita.

5. RESPONSIO

1221. D.Pasch.lib. 2 in Matth. 5. Responsio Sancti Paschasij lib. 2. in Matth. *Interrogat Herodes, vt cautius eis exploraret, si Rex eorum ex lege promissus tristes gaudentes ve faceret.* Quasi dicat, Tyrannus nullis fraudibus parcit, omniáque tentat, & aliquando mandata fingit de Rege vel ministro priuato venturo, vt audientes examinet ex vultu hilari, vel tristi.

1222. Imperfect. hom 2. in Matth. 6. Responsio Imperfecti, *Non credebat Herodes Sacerdotibus, & scribis in bono, sed in malo.* Quasi dicat, locum quærebat, vbi Christus nasceretur, vt eum occidere posset, hoc malum est, & credebat fieri posse, non autem quod Christus in æternum regnaturus erat, quod erat bonum.

1223. Abul.q.27. 7. Responsio sit Abulensis q. 27. qui ait, *Herodes vidit tunc, qualia nunquam viderat in natiuitate alicuius Regis, siue Iudaorum, siue gentium, scilicet, quod stella appareret ad ostendendum natum Regem, & quod Reges de longinquo venirent ad adorandum eum, & quod natiuitas eius diuulgata foret, & quod Reges tres exponebant se laboribus, & periculis vita propter adorationem nati pueri, & hac cogitando timebat. & dubitabat quod consilium caperet; & ideo congregauit Doctores vt videret quid loquerentur super hoc.*

Perplexus semper ad peiora determinatur.

1224. S.Thom. in sua Catena. 8. Responsio est S. Thomæ, qui ait, *Congregauit Herodes scribas, non quia perfectè crederet scripturis, sed quia ambitiosus erat, & ambitio hominum cæcum reddit.* Quasi dicat, fera pessima est ambitio, ita vt si crudeliter in cordibus infunditur, neque scripturis, neque Deo credit, sed quasi Atheista dubitat de immortalitate animæ, & sic ad omnia præcipitia contra animam se proiicit, sed de hoc latius ad mores.

9. Responsio est Lyrani, qui ait, *Quia enim volebat Christum perdere, ideo voluit de loco natiuitatis Christi diligenter exquirere ab illis, qui scripturas Prophetarum prædictas de Christo nouerant, & genealogias descendentes de Dauid sciebant.* Quasi diceret Doctores legis, qui ad suum propositum declararent, quæsiuit: quia pro sua gratia obtinenda, & beneficiis impetrandis contra Christum sententiam non dubitarent dicere. 1225. Lyra. sua in Glossa.

Doctores Ambitiosi Regibus placent.

10. Responsio. *Interrogat Rex ministros legis, quasi tentando illos, & bonum Reipublicæ ostentando, sed reuera audiebat illos, superbiendo, & consilia eorum repudiando, quia de suo intellectu altè præsumebat, & cæteros illusoriè interrogabat, non ad sequendum eos, sed fugiendum à sua sententia, vt videre est; quia non misit aliquem ex seruis suis post Reges Magos in Bethlehem; quia de Concilio Sacerdotum irridebat;* & hoc fuit præsagium euidens perditionis Regni Regis Herodis, & sequentium talem præsumptionem, vt his temporibus visum est, de quo ad mores postea. 1226. *Auctoris sententia.*

Ministri superbi de se præsumentes perdunt Regna.

TRACTATUS XXXIV.

AD MORES,

In Caput II. Matthæi,

De Adoratione Magorum.

DIFFICVLTAS VI. ad mores.

Quare Reges tres vocantur Magi ab Euangelista?

QVÆRITVR, quare Magos Euangelista vocat Reges, & verum malefici fuerunt?

1227. Abulens.cit. in littera. 1. Responsio Abulensis in littera citati, qui ait: *Magi sunt illusores, qui faciunt præstigia, quæ hominibus apparent, & nihil sunt earum quæ videntur, sed sensus falluntur.* Quasi dicat, innumerabiles homines sunt ita subtiles, & apparentis ingenij, quod nihil sunt, neque in virtute, aut scientia, neque in veritate, & præstigiis, inuentionibúsque reputantur, quasi Doctores virtuosi, & prudentia præditi; sed hoc est signum euidens fallaciæ istorum, quod semper similibus impiis congregantur, & ad malum sunt primi, ad bonum incapaces.

Signum Magorum Reipublica.

Interrogat Oleaster, quare malefici Ægyptij fecerunt miracula, & portenta, sicut & Sanctus Moyses? Exod cap. 7. num. 11. *Et fecerunt Magi Ægyptij sic incantationibus suis.* Sic legit Pagninus. Et respódet, *Quia possunt mali iuuare, & augere mala sua; neque tamen auferre, aut illis mederi.* Quasi dicat; ô infelix astutia humana, ô misera ministrorum ingenia subtilia, quæ solum in augendis plagis, & miseriis Reipublicæ laborant; non in medicandis vulneribus, & impositionibus, quibus plagæ Reipublicæ crescunt. Vnde sanctitas Regum Magorum patet, quæ bonum gentibus quærebant. 1228. Oleaster in Exod c. 7. n. 11. Translat. Paguin.

2. Responsio Augustini citati in littera, *Quod Magi vocantur, quia sapientes erant, & quia isti Magi fuerunt primitia gentium, sicut pastores Iudæorum.* Quasi dicat, quod fundamentum Ecclesiæ super peccatores conuersos posuit Deus, quia isti Magi fuerunt excellentiores martyres, quia non solum fidem prædicarunt, sed ab Herode peruerso fugerunt. 1229. Augustinus in litt. cit.

1230. Venerab. Beda in Matt. 26. n. 75. Interrogat Venerabilis Beda, *Quare post trinam negationem Petri dixit Euangelista*, Matth. 26. n. 75. *quod, Egressus foras, fleuit amare*? Et respondet, *egreditur foras, vt ab impiorum concilio secretus grauida negationis sordes liberis fletibus abluat.* Quasi dicat, peccatores ad Deum conuersi prudentes esse debent, & non solum à peccatis fugere, sed ab omni occasione procul abire.

1231. S. Bern. ser. 2. de Assumpt. Vnde dicebat Bernardus ser. 2. de assumptione, *Excisam, non extirpatam arborem in syluam pullulare videas densiorem.* Quasi dicat, qui verè ad Deum conuertuntur, sicut tres Reges Magi securem, non ad ramos, sed ad radicem apponant; quia non solum legem Christi receperunt, pro eius defensione sanguinem suum fuderunt.

1232. S. Remigius cit. in litt. 3. Responsio est S. Remigij, *Qui Magos Chaldeos esse putat, qui stellam propter pulchritudinem, & splendorem pro Deo adorabant, & ideo illa Regibus insinuauit interius quid quærerent ad adorandum Deum verum.* Quasi dicat, fugite pulchritudinem, & splendorem fœminarum cuius fulgor, & formosa species, Reges, & sanctiores, & perfectiores eas adorare facit, vt Eccl. 9. n. 8. Ecclesiasticus 9. n. 8. admonet: *Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne concupiscas speciem alienam. Propter speciem enim alienam multi perierunt.* Quasi dicat, quod pulchritudo mulieris, quasi stella refulgens radias ignis de se expellit, quibus columnæ sanctitatis, & maiestatis pauc[ae] re consueuerunt, vt in Dauid, Sanson, & in multis perfectis viris expertum est.

Pulchritudo fœminarum prosternat viros perfectos.

1233. Oleaster in Gen. c. 6. n. 2. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, qui sunt illi filij Dei, qui videntes pulchritudinem fœminarum, habitauerunt cum eis capti earum splendoribus: *Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchra, &c.* Et respondet, *Numquid tu sanctio res filiis Dei, quos fœminarum pulchritudine offensos hic scriptura commemorat*? Vnde Ambros. lib. 1. S. Amb. lib. 1. de Noe & arca c. 4. & lib. de Virg. de Noe, & Arca c. 4. & lib. de virginitate filios Dei Angelos esse existimat, & ait, quod sicut Virginitas Angelos facit, sic fulgor pulchritudinis fœminarum solet Angelos in Dæmones conuertere. quam sententiam ego solum refero non approbo, sed reprobo, & reprobaui, in tomo nostro in titulo, Elucidarium B. Virginis Chrysost. hom. in fest. decollat. Bapt. Mariæ vbi Christus, & Chrysostom. in hom. de festo Decollat. Bapt. ait, quod pulchritudo, & facies, & vana pulchritudo mulierum non solum Tertul. & Lact. lib. 1. cap. 16. Reges, sed & Angelos peruertit. Et Tertullianus, & Lactantius lib. 1. cap. 16. & alij multi Patres Ecclesiæ, quos satis doctè citat, & reprobat rectè Alphons. à Mend. tr. 9. de Comed. lib. in titul. quæst. quod liberiæ, & relect. Theolog. P. Alphonsus de Mendoça Augustinianus moderator cathedræ Salmanticensis tr. 9. de Comœdiis, vbi asserunt, quod propter Angelos qui custodiunt animas mulierum in templo velament habeant, vt non scandalizentur eorum pulchritudine. Vnde addit Oleaster; audiant hoc sancti, Oleaster cit. audiant qui sibi ipsis fidentes inter medios fœminarum choros se securos esse arbitrantur. Prou. 6. n. 26. Vnde Salomon Prouerb. 6. n. 26. dicit, *Non concupiscat cor tuum pulchritudinem fœminæ, ne capiaris nutibus illius, pretium enim scorti vix est vnius panis, mulier autem viri pretiosam animam capit.* Quasi dicat, pulchritudo mulieris pretiosas, & sanctiores animas quærit nutibus, & splendoribus ex se procedentibus tanquam stella, vt Principes eas adorent, vt Reges Magi, qui stellas adorabant, propter earum pulchritudinem.

4. Responsio est Chrysostomi in litera citati, qui ait, *Quod isti tres Reges erant Chaldæi, & conseruauerunt potentiam suam, à temporibus Balaam Prophetæ in scientia Astrologiæ, vsque dum apparuit illis stella refulgens, & docens puerum Iesum esse natum.* Quasi dicat, adeò illa Regum potentia conseruatur, & præmiatur, quæ fortitudinem suam in sapientia Dei studet, & laborat conseruari in malitia, & vanitatibus. 1234. Chrysost. cit. in litt.

Interrogat Oleaster, qui illi fuerunt gigantes de quibus Genes. 6. n. 4. dicitur: *Gigantes autem erant super terram viri potentes, & famosi*, sic Pagninus? Et respondet, *nihil est, quod non humana malitia in malum vertat: nam vires, quas dedit Dominus illis ad excolendam terram, & ad adiuuandos homines, in hominum oppressionem conuerterunt.* Quasi dicat, nihil deterius esse potest in homine Principe, & potente Rege, cui Deus vires dedit ad bona facienda, quam eas ad mala conuertere. Si diuitias quis habet, vt vanè glorietur. Si vires vt superbiat contra indebiles. Si nobilis omnes despicit; si doctus intus cæteros contemnit; si virtutes exerceat: omnes, tanquam peccatores reputat, & tandem gigantes famosi potentes, ambitiosi in dignitate constituti sunt, qui potentia sua, non sapientia Reges Chaldæorum, si fieri possunt, fierent. 1235. Oleaster in Gen. 6. n. 4. Translat. Pagnin.

Potentes Principes in vitiis non in virtute pereunt cito.

Vnde Dauid dicebat, *Fortitudinem meam ad te custodiam*, Psalm. 58. numer. 10. ac si apertè dicat, & si potens, & viribus fortis sim, non tamen vires in opprimendo alios exeram, sed in te placando, & mutando seueritatis sententiam, vires meas exercebo, & neruos extendam, cum enim te in me, aut in populum iratum videro tunc vires meas ad te placandum ostendam. Vnde Sanctus Ambrosius ait, *Vim Deo facimus, non litigando, sed flendo, dum cogimus eum quotidie mutare sententiam.* Quasi dicat, & hæc est bona fortitudo vacando litteris, quomodo Deum placatum habeamus, & gloriosum, & natum videamus, vt Reges tres Magi fecerunt à temporibus Balaam, vsque dum stella apparuit eis. 1236. Ps. 58. n. 10. S. Amb. cit. in Oleaster.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quanto tempore Magi ad præsepe venerunt?

Qværetur, quot dies in itinere Magi consumpserunt?

1. Responsio Hieronymi in littera citati, qui ait, *Quod de partibus Indiæ venerunt tredecim diebus, quia Dromedarij animalia velocissima sunt, & cum corda Magorum essent afflata diuino lumine, velocissima erant, quia Spiritus Sancti gratia nescit* (teste Ambrosio) *tarda molimina.* Et qui prius erant quasi belluæ irrationabiles Deos falsos adorando, stella duce facti sunt spiritus Angelici Deo ministrantes. 1237. Hieron. in litt. cit.

Interrogat Abulens. in Genes. 18. n. 4. *Quare Abraham Angelis, quos recepit in hospitio dixit requiescite sub arbore ilicè, vel quercu*, vt translatio Vatabli insinuat? Et respondet; *Quia vitulus conuiuij repræsentabat Iesum in Eucharistia Sacramentatum*; 1238. Abulens. in Gen. 18. n. 4.

Eucharistia transformat belluas in Angelos.

cramentorum;& qui vt animalia immunda porcorum fructus quercus capere solebant.gustando corpus Iesu iam Angelorum esca alimententur. Quasi diceret,auidè quærentes Iesum(belluæ tardiores etiam si sint,)velociter currunt ad præsepiũ, & inueniunt eum manifestum propter quod teste Bonauentura, *Nascitur in via, vt viatores Reges eum statim inuenirent,& omnibus esset manifestus*,vt adnotauit Theodoretus, *vel vt irrationabilibus (id est,gentilibus)notus fieret in præsepio nascitur.* Et addit:*Dei namque Verbum, & filius ad semetipsum trahit,& diuites,& pauperes eloquentes, & tardiloquos.* Quasi dicat, Spiritus Sancti gratia, qui in totis Ezechielis apparuit ipsas velociter volitabat,quia multi peccatores, qui erant in virtute tardiores,& similes testudinibus pigris, afflati gratia Dei in Dromedariis corporibus,animalia velocissima cito volant, & inueniunt, & adorant Iesum.

Bonau. in Luc. 2. Theodoret. hom. de nat. tom. 6. conc. Ezech. c. 1.

Peccatores Dromedariis tardiores volitant conuersi ad Dominum.

1239. Abulens. in litt. cit. 2. RESPONSIO est Abulensis in littera citati, qui ait, *Quod octo diebus Iacob fugiens à socero suo Laban venit in Mesopotamiam, quæ terra est prope Hierusalem.* Quasi dicat, valdè quidem malitia multiplicat gressus suos, quia muneta, & Deos suos furati erant Laban;velociter fugerunt.Sic peccatores à facie Dei semper fugiunt, & in fuga malitiam suam augent, & plus Deum prouocant etiam si taceat.

Gen. 31. n. 30.

1240. Oleaster in Genes. 6. n. 5. Translat. Paguin. Interrogat Oleaster, quare dicitur Gen. 6. n. 5. *Vidit Deus,quod multa malitia esset hominum in terra?* Sic Pagninus.Et respondet,*iustificat Deus, semper causam suam neque sæuit nisi nos eum malitia multa sæuire cogamus; nisi enim multam videret interris malitiam fugiendo à misericordia eius.gladium suæ seueritatis non exerceret, vt discant qui in cubilibus suis scelera secreta committunt,malitiam non augere, si Deum prouocare nolunt; & discant non adiicere peccatum super peccatum, & vna nocte sicut Dromedarij, & Cameli libidinosi multiplicare peccata. quia repentè inuenient Deum iratum iudicem,non affabilem,& mansuetum, sicut Magi festinantes inuenerunt.*

Secreta commissa scelera iram Dei prouocant.

1241. S. Remig. in litter. cit. 3. RESPONSIO est Remigij qui in littera citatus ait, *Quod isti Magi erant successores Balaam, & indesinenter orabant, vt Deus ostenderet illis stellam Iacob, quam ipse promiserat.* Quasi diceret, orationem suorum semper exaudit Deus, & si aliquando tardat ad multiplicationem beneficiorum est, quia geminata confert munera,quo plus dilatat petitiones nostras.

1242. Ansbert. in Apoc. 5. n. 6. Ibi n. 8. Interrogat Ansbertus in c. 5. Apoc. n. 6. *Quare vidit Ioannes agnum stantem tanquam occisum,habentem oculos septem,& cornua septem:* Et respondet;*Quia viginti quatuor seniores habentes phialas, & cytharas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum stabant in conspectu agni.* Quasi dicat,quasi agnus, non quasi leo audit orationes omnium pauperum,& diuitum, *Et stat,quia stare est consolantis,& adiuuantis,& desiderantis,vt orationes effundamus*;quia ipse velociter decretum, in fauorem suo sanguine rubricatum coram Patre ostendit;& infallibiliter benè,& in fauorem firmabitur,hoc patet in tribus Regibus Magis, qui à temporibus Balaam clamabant ad Dominum, vt stellam Iacob eis ostenderet,& stellam,& seipsum in illa demonstrauit teste Remigio.

Orationes quo tardius audiuntur geminata beneficia portant.

1243. Chrysost. in littera. 4. RESPONSIO est Chrysostomi in littera citati,*Non incongruè ab oriente venerunt Magi, quia fides nostra ab oriente sua gratia procedit.* Quasi dicat, fides non ex operibus nostris venit, sed oriens est nomen Dei quia ab ipso procedit? Zach. 6. n. 12

Interrogat Oleaster,quare transactio diluuio dixit Dominus ad Noë, *Statuam pactum meum tecum*,Gen. 17. n. 4. Et respondet:*O immensa,inenarrabilis pietas Dei cui non sufficit iustum à diluuio liberare, sed sciens homines peccaturos, & mille diluuia, & submersiones merituros voluit se pacto astringere,vt postea non deleret.* Quasi dicat,cum videret mala nostra,& ad ea vindicanda commoueret, recordatur fœderis,vindictam detinet.Et addit Oleaster,voluit Dominus(teste Paulo ad Rom. 4. n. 2.) *Quod bona promissa non inniterentur meritis, aut demeritis nostris sed bonitatis suæ:nã si promissa bona Dei, ipse non esset origo,& ab ipso orirentur,quomodo ex nostris operibus pessimis initiarentur*; ideò ex fide, non ex operibus, vt firma sit promissio, omni semini pollicetur,& sic Magi ab oriente venerunt;quia fides ex gratia oritur,non ex operibus nostris. 1244. Oleaster in Gen. 17. n. 4. Translat. Paguin.

Misericordia ineffabilis.

Ad Rom. 4. n. 2.

Fides non ex operibus nostris.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare Magi dixerunt, vidimus enim stellam eius in oriente?

QVæretur vtrum stella, vel Magi essent in oriente?

1. RESPONSIO est Chrysostomi citati in littera,qui ait,*Quòd stella ista nocte non solum videbatur,sed etiam die,quod non est virtutis stellæ,sed neque lunæ.* Quasi dicat, quod efficax gratia Dei, quæ Magos inspirabat, solum requirebat,quod Magi operarentur, quod illa lumine suo illustrabat. 1245. Chrysost. in litt.

Interrogat S. Gregorius in lib. 1. Reg. quare dicitur Eccles. 40. n. 20. *Intonuit de cælo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocẽ suam?* Et respondet, quia bona desideria nobis per diuinam gratiam ministrantur;sed nos bona gratia per conatum liberi arbitrij ad virtutum victorias promouemus.Quasi dicat,non est splendor stellæ,neque lunæ, quæ sic in cordibus nocte diuque operetur, vt gratia qua illustrat prædestinatos, sed liberum arbitrium debet cooperari cum gratia Dei. Sicut Magi illustrati fuerunt, videntes in oriente stellam qui statim sine pigritia profecti sunt. 1246. D. Gregor. in lib. 1. Reg. Eccl. 46. n. 20.

Gratia Dei non debet esse vacua.

2. RESPONSIO est Remigij in littera citati,qui ait, *Nonnulli dicunt stellam fuisse Spiritum Sanctum;qui postea super Christum baptizatum in Iordane apparuit* Quasi dicat,Spiritus Sanctus amor est,& opera eius circa redemptionem hominis ita abscondita sunt, quod nemo Angelorum,neque hominum apertè cognoscit. 1247. S. Remig. in litt.

Interrogat S. Hieronymus in Ps. 9. quare occultabatur Deus inter Seraphinos positus apud Is. 6. n. 1. *Et velabant faciem suam;an quia opera diuini amoris talia sunt,quod admirari possumus; assequi vero non possumus?* Respondet Hieronymus cum Ps. 9. *Qui pro occultis filij Dei inscribitur.* Quasi dicat, *Sacramenta diuini amoris ita absconditæ sunt quod Seraphin,neque homines vident faciem suam, neque inspirationes Spiritus Sancti* 1248. Hieron. in Ps. 9. Is. 6. n. 1.

Sanctò circa mysteria fidei nullus penetrat, quia Spiritus ubi vult, spirat. Vnde Bernard.ep.77. *modus secretissimus arcani incomprehensibilis est, & ineffabilis.* (Bern.ep.77.) Quasi dicat, *opera Spiritus Sancti non sunt discutienda*, sed veneranda, & sequenda, quia aliquando apparet in stella lucis, aliquando sub specie columbæ, vt in Iordane, & omnia erant opera diuini amoris; quia vt Chrysologus ait; *amor nescit modum.* (Chrysolog. sup. cit.)

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare dicit: audiens autem Rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo?

QVæretur de qua re turbatus est Herodes, & simul omnes ministri eius?

1249. Lyran. in littera. 1. RESPONSIO est Lyrani citati in littera, qui ait: *Turbatus est Herodes, quia erat alienigena, & timebat perdere regnum.* Quasi diceret, qui male agunt odiunt lucem, & semper timent flagella Dei; quia impij, & tyranni Gubernatores, & ministri solum minit, & flagellis cœlestibus cessant ab opere malo.

1250. Olearius in Exod.c.3. n.19. Translat. Pagnin. Ps.34.n.16. Interrogat Oleaster, quare dixit Dominus Moysi Exod.3.n.19. *Quod Pharao non relicturus erat populum suum nisi in manu forti?* Et respondet, *quia nunquam impij, neque ministri patentes Deo cedunt nisi puniti, & dejecti.* Vnde dicitur Psalm. 34. num. 16. *Dissipati sunt, neque tamen compuncti.* Quasi dicat, non conuertuntur ad Deum superbi, nisi in manu forti Dei; quia neque sermonibus, & beneficiis innumerabilibus personalibus vitam iniquam mutant, sed solum turbantur, cum flagellantur à Deo, vel vident mortem amici, vel dilecti, & tunc sicut ranæ misso ligno in stagno aquæ conturbantur, sed postea saltantes reuiuiscunt; & ad maiora scelera ingrantur, vt in Herode patet, qui hodie turbatus est, sed postea occidit infantes amissa turbatione. (*Impij turbantur sicut ranæ.*)

1251. Glossa in litt. Prou.29. n.12. 2. RESPONSIO est Glossæ in littera, quæ ait; *Turbatur Hierosolyma cum Rege, quia* Prouerb. 29. num. 12. dicitur: *Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros iniustos habet.* Quasi dicat, Rex impius, vel incapax regnandi dissimulat scelera ministrorum; quia indiget eorum ministerio, vt incapacitatem suam suppleant. (*Rex insipiens sinet suos ministros sceleratos.*)

1255. Oleastar. in Exod.c.4. n.25. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, quare cum Moyses proficisceretur laboribus plenus, & persecutionibus Pharaonis, in via misit Angelum, vt occideret filium suum incircumcisum. *Quæsiuit occidere eum*, inquit Pagninus Exod.4.num.25. Et respondit, *Quia Principes incapaces terræ consueuerunt cum auxilio alicuius egent omnia eius peccata dissimulare: non sic Deus, sed tunc maximè quærit, & punit, cum maximè indigere videtur.* Quasi dicat, tunc Discipulorum incredulitatem Christus increpauit, Marc.vltim.cap. (Marc.vlt.c.) *Cum ad prædicandum suum Euangelium discipulos in omnem terram mittebat, & egebat eorum prædicatione.* Nemo ergo iustorum se decipiat putans Deum dissimulaturum peccatum eius cum eius ministerio vtitur. Quasi sicut cum iratus misericordiarum suarum recordatur ita propitius vindictæ memor est peccatorum. Quasi dicat, non Deus est, sicut Herodes Tyrannus, quem populus iniquus; quia dissimulabat eorum scelera, eo turbato turbatur Hierosolyma. (Matth.2.)

3. RESPONSIO Chrysologi citati in littera, qui ait, *Turbata est Hierosolyma, quia noverant se postea ignominiæ dandos, trahendosque opprobriis.* Quasi dicat, indicibilis est huius sæculi fallacia, & malitia, & quomodo imperiti, & ignorantes in dignitate constituti ineffabilibus, & diabolicis artibus supremis Prælatis seruiunt, ne ab ipsis expulsi ignominiæ tradantur, & opprobriis dentur. 1253. Chrysolog. cit. in litt.

Interrogat Oleaster, *Quod fuit flagellum magis sensibile apud filios Israel, cum nanus Rex Pharao eos persequebatur?* Et respondet, cum textu Exodi c. 6. *Cum omnes intuiti sunt eos ad malum*, Sic legit Pagninus, *quia commune est, vt torvè omnes aspiciant, quos viderint à Rege, vel à Prælato suo odio haberi; quia scriptum est, transierunt in affectum cordis eorum.* Psal.72.n.7. Quasi dicat, indicibile est flagellum à Deo missum super illos, qui opprobriis, & ignominiis à superioribus iustè, vel iniustè puniuntur. Et contra quos placido vultu superiores aspiciunt omnes super capita sua eos collocant; ideo omnis Hierosolyma turbata est, quia timuerunt nouo Rege veniente opprobriis dandos. 1254. Oleaster in Exod c.6. Translat. Pagnin. Ps.72.n.7. *Prælati solo vultu subditos honorant, vel flagellant.*

4. RESPONSIO Augustini ser. de Epiph. *Herodes quærebat Diaboli personam, cuius tunc fuit inventor, & nunc indefessus imitator, quia crucimur vocatione gentilium, & peccatorum conuersione.* Quasi dicat, quando beneficia spiritualia sunt maiora tunc Diabolus Magis prouocatur contra nos. 1255. Aug. serm. de Epiphan.

Interrogat Oleaster, quare cum liberate Dominus populum suum decreuit, vt dicitur Exod. 5. n. 6. tunc addit: *Non adiicietis dare paleam populo. Quid est hoc Domine mi, quando prædicas libertatem; auges seruitutem, & laborem pro requie?* Respondet: *docet nos in beneficiis paratos esse ad tentationem. Cum enim spem alicui dat, statim desperatione tentat. & videtur spem, quam dedit auferre: sic cum Abraha pollicitus est multiplicare semen suum super stellas cæli, statim præcepit ei suum filium sacrificare.* Quasi dicat, quod vrget plus tentatio conuersos ad Deum, dum tyrannidem Diaboli, & peccati exuere volunt quia timent subsidia deficere eis, quæ à malis habent; & ita eos vrget necessitas, quod viuere posse desperent; quare malunt ei seruire perpetuo, quam eius auxilio priuari. *Quoties enim fœmina concubinum desiderat à se abiicere, & metu, & timore, ne fame pereat, non audet. Et tunc Diabolus magis torquet, cum ipsis bonis nostris cogitationibus, & inspirationibus fatigamur, & cum videt peccatorem à suo laqueo fugam moliri, plus torquet eum. Sed cogitet peccator, quod auxilia peccati paleæ sunt, quæ aliquid esse videntur, cum nihil sint, & cogitet nec sibi deficiendum, si paleas Diaboli abiiciat, quia serpens astutus est, & solet quærere paleas, vt lateres iterum coquantur, & vrantur, & per occasiones indicibiles caminum cordis nostri paleis vrentibus. & flagrantibus vrit vt iterum lateres iam separatos, & oblitos vrat, & conformet:* nam vt dicit Augustinus, *est Dæmon imitator, & prouocator ad malum.* 1256. Oleaster. in Exod.5.n.6. Translat. Pagnin. Gen.15.n.4. & 14. Gen.22.n.2. *Diabolus timoribus nos tentat. Ex paleis facit panes Diabolus. Fœmina timore antiqua peccata non dimittunt.* Augustinus cit.

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quare congregauit Herodes summos Sacerdotes?

1257. QVæretur, quare tot, tantosque Doctores, & Sacerdotes congregauit Herodes?

Abul. in litt. citat.

1. RESPONSIO Abulensis in littera citati, qui ait; *Quia Herodes cogitabat, si fortè esset verè Messias puer, quem Magi quærebant, ideo interrogat Sacerdotes, tanquam legis peritos, & scientificos in sacris scripturis?* Quasi diceret, Rex & Sacerdotes vniformes erant, vt regnum conseruarent; nam aliàs dissiparetur.

1258. Oleaster in Exod. c. 15. n. 10. Exod. 5. n. 6. *Regnum propter Sacerdotes conseruatur.*

Interrogat Oleaster, *Quare Pharao, & exercitus eius in mari submersi sunt.* Exod. 15. n. 10. Et respondit, *quia operibus luti, & lateris etiam Sacerdotes opprimebant dicentes, otio vacant.* Exod. 5. n. 6. & addit, *quia otia videntur malis opera Religiosorum, & Sacerdotum, etiam si maximè laborent in operibus Dei; neque decipiuntur quoniam omnia ministeria Dei, si ad opera peccatorum conferantur otia sunt.* E contra vero cum Sacerdotes & Rex vniformes sunt regnum in pace possidet.

1259. Lyran. super Num. cap. 6. n. 7. Theodoret. Epiphan. hæres. 78.

Interrogat noster Lyranus, quomodo Maria Virgo Mater Dei, & Elisabeth erant cognatæ, si vna erat de tribu Iuda, & altera de tribu Aaron? Et respondet cum Theodoreto, & Epiphanio hæresi 78. *Quia ista tribus Iuda & Aaron mutuis matrimoniis coniungebantur, quia ex Maria Christus nasciturus erat Rex & Sacerdos, Rex Regum, & Dominus Dominantium, & Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & Regnum æternum, constat ex Rege & Sacerdotio conformi, & vno.* Fuit concessum inquit noster Lyra super Numer. cap. 6. n. 7. *Vt Sacerdos posset accipere vxorem de tribu Regia vt Rex qui præesset in temporalibus, & summus Sacerdos qui præesset spiritualibus, essentque magis conformes, quod ad bonum regimen populi faciebat.* Quasi dicat, si Sacerdotij status differt à Rege, & Rex non assentit commoditatibus & priuilegiis Sacerdotum dissipabitur, quia Sacerdotes sunt medium inter nobiles & plebem, & qui faciunt eadem inter se, si sunt in medio connexi; ideo Rex Herodes consuluit Sacerdotes, vt Regnum non destrueretur.

Lyran. citat. — *Sacerdotes priuilegiis vtantur.*

1260. Chrysost. in littera.

2. RESPONSIO S. Chrysostomi in littera, *Diabolus, qui credit scripturis instigabat vt crederet Herodes, sed non perfectè, vt peccatoribus accidit, qui quamuis credunt, non tam perfectè; quia si perfectè crederent cito transituri, & non in æternum mansuri, aliter viuerent, sed sunt excæcati.*

1261. Oleast. in Exod. c. 9. n. 8. & 17. Transl. Pag.

Interrogat Oleaster, *Quare dixit Rex Pharao Moysi & Aaroni, orate Dominum vt non sint tonitrua, & dimittam vos.* Exod. cap. 9. n. 8. & 17. sic Pagnin. Et respondit, *quia timore fingebat perfectè Deo credere.* Et addit: *fingunt impij se ideo velle à malis liberari, vt bene agant, & cum fuerint liberati in suis impietatibus manent.* Quasi dicat, multa enim pollicentur mali dum flagellantur. Sed si flagellum auferas, omnia mentiuntur. Herodes credere fingebat scripturis, quia turbatus erat, sed transacto metu tyrannus crudelis impia facinora perpetrauit.

Impij timore fatigati pœnitentiam promittunt.

1262. Hug. Card. in littera.

3. RESPONSIO Hugonis Cardinalis, qui insinuat, *Quod Herodes interrogat Sacerdotes, vt de eo apud Romanos testimonium perhiberent; quia ambitio valde vigilans est super malitiam inimicorum.*

1263. Oleast. in Exod. 5. n. 8. Transl. Pag.

Interrogat Oleaster, quare exactores Pharaonis vrgebant filios Israël dicentes, *Otio torpetis.* Exod. cap. 5. n. 8. iuxta transl. Pagn. Et respondit, *quia ambitio fera pessima est; propterea nullus ex ministris ausus est dicere Regi, cur ita facis? aut piorum causam agere apud Regem.* Quasi dicat, quid sperandum est, cum ambitio tantum præualet, quod illi, qui aliorum errores corrigere deberent, iniustitiæ adiutores sunt, si Sacerdotes, qui Herodem reprehendere deberent propter crudelitatem cogitatam instabant, & scripturas allegabant, vt puer Iesus inueniretur, & occideretur.

Impij ministri Regem fallunt. — *Auctoris mens.*

1264. S. Paschas. in littera.

4. RESPONSIO D. Paschasij, *Interrogat Herodes Sacerdotes, vt cautius eos captaret, & explararet ex hilari, vel tristi vultu corda circa nouum Regem examinaret.* Quasi dicat, calumniæ, & scrutationes impiorum insupportabiles sunt, quia impius, & crudelis Prælatus, astutiis, & vexationibus subditos solet opprimere.

1265. Oleaster in Exod. c. 5. n. 21.

Interrogat Oleaster, quare nimis afflicti filij Israël clamauerunt, & dixerunt Exod. 5. n. 21. *Videat Dominus super vos, & iudicet?* Et respondet; *quia omnes querelas suas victi referunt ad iudicium Dei; quoniam norunt, quam iustus sit in iudiciis suis.* Quasi dicat cum Psalmista, *Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopis & vindictam pauperum*, Ps. 139. num. 13. Nam ita impij superbi in dignitate constituti afflictos calumniis, & scrutationibus opprimunt, quod solus Deus, qui satis sequester est, vt Tertullianus dixit, potest consolationem afferre sed hoc aduerte, quod si iniuriam erga Deum deposueris vltor est; si damnum restitutor; si oppressionibus calumnieris auxiliator. Contra sectatores Herodis qui Sacerdotes interrogat, vt ex vultu corda erueret, & vendicaretur.

Ps. 139. n. 13. *Afflicti calumniis ad Deum clament.* Tertul. lib. de pat.

TRACTATVS XXXV.

AD LITTERAM, In Cap. II. Matth.

De Adoratione Magorum.

TEXTVS.

7. TVNC Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. 8. Et mittens illos in Bethleem dixit: ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. 9. Qui cum audissent Regem abierunt, & ecce stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. 10. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. 11. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria Matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. 12. Et responso accepto in somnis per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

EXPLICATIO litteræ.

1266. *Fallacia Herodis.* POSTQVAM Herodes informauerat se de loco natiuitatis Messiæ per sapientes, voluit se informare de tempore natiuitatis per Magos, & ideo vocauit eos clam, primo vt Iudæi hoc non viderent, vt auferret eis occasionem suspicandi contra eum; erat enim Herodes alienigena regnans super Iudæos, & non confidebat eis; quia sciebat illos Messiam expectare, & videndo Regem tam solicitum, suspicarentur, quod eum volebat occidere, & fraudaretur eius intentio, quia impediretur ab eis. *Astuti semper machinantur.*

1267. *Abulens. q. 45. in c. 2. Matth.* Et misit eos in Bethleem, quia sapientes iam informauerant de loco, vbi nasciturus erat Messias; & ideo Magos in Bethleem misit, & dixit illis: ite, & interrogate diligenter de puero, vt & ego veniens adorem eum. Hanc inquisitionem astutè commendat. Quasi diceret, attendite, ne fortè puerum alium adoretis pro Rege quem quæritis, & hoc malitiosè dixerat, vt aduertit Abulensis q. 45. ne fortè verum Regem Christum dimitterent errando & ipse occidendo, quem Magi adorarent, falleretur, & puer Iesus viuus remaneret.

1268. *Stellæ apparitio in via.* Et ecce stella, quam viderant, antecedebat eos, hoc est, præcedebat eos in via, sicut solita erat facere, & erat modicum eleuata à terra, & satis iuxta eos, vt sic determinatè ostenderet per quam viam deberent incedere.

Vsque dum veniens staret, vbi erat puer, 1269.
id est, per totam illam viam præcessit eos docendo iter, & intrauit eos dirigendo per viam, quousque venirent ad illam domum vel diuersorium, vbi erat puer, & stabat pendens supra domum, per quod determinatè cognouerunt Magi, in quam domum debebant intrare, postquam autem intrauerunt Dominum, & puerum adorauerunt, pòst nunquam à Magis stella visa est, quia iam impleuerat officium suum. Cætera per difficultates patebunt.

TRANSLATIONES, quæ cum nostra vulgata coincidunt.

Vulgata editio.	1.	Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ.
Transl. Syriaca.	2.	Exquisiuit ab eis, quonam tempore stella eis apparuisset.
Transl. Vatabli.	3.	Perquisiuit ab illis tempus, ex quo stella apparuisset.
Transl. Pagnini.	4.	Diligenter cognouit ab illis tempus.
Tertullianus.	5.	Quia primi stellarum interpretes natum Christum annuntiauerunt, diligenter didicit ab eis tempus stellæ.

Caietanus

Caietanus in Euangelia. 6. Diuino nutu clam vocauit Herodes, Magos, vt confideret in simplicitate Magorum.

Abulensis citat. 7. Tunc Herodes clam vocauit fallaciter Magos, vt mitteret eos in Bethleem.

Lyranus sua in glossa. 8. Tunc occultè cum esset alienigena vocauit Magos, & tempus stellæ voluit scire.

Interlinealis in glossa. 9. Clam vocat, quia locum diuiserat, & quando nasceretur, explorat.

DIFFICVLTAS I.

Quare Herodes clam vocauit Magos?

1270. QVæretur, quare non dicitur, quod secretè, vocauit Herodes Magos, sed clam?

Abul. q. 30. in cap. 2. Matth. — *Astutia impiorum ab omnibus se custodit.*

1. RESPONSIO est Abulensis q. 30. in cap. 2. Matth. qui ait: *Vocauit Herodes clam Magos, vt quando vellet exequi id quod nunc intendebat, nesciretur quod vellet, hoc est, quia post bieunium ipse iussit occidi omnes pueros innocentes: noluit quod Iudæi scirent propter quem finem hoc faciebat: nam si coram Iudæis examinaret tempus stellæ; postea ex circumstantia temporis Iudæi colligerent, quod Messiam quærebat ad occidendum & impedirent illum.*

1271. Idem Abul. citata. — *Matrimonia clandestina quare prohibita.*

2. RESPONSIO eiusdem; *Vel dicitur clam, non à casu quia clam sonat in malum: nam si dixisset secretè peterat in bonum interpretari, sed clam ad malum est. Vnde Ecclesia matrimonia clandestina prohibet, quia occultè sunt facta propter aliquod malum, vel turpe, & talia non approbat, sed potius punit, vt patet extrau. de cland. spons. per totum. malum autem Herodis erat desiderium mortis Christi.* Ideoque Magi clandestine vocati fuerant ad procurationem mortis Christi.

1272. Chrysost. in Matth. — *Deuotio vera auro, neque minis corrumpitur.*

3. RESPONSIO est Chrysostomi super Matth. qui ait, *Clam vocauit Herodes Magos, quia vidit, quod non poterat eos blandimentis flectere, nec minis terrere, nec auro corrumpere, vt consentirent in interfectionem Regis futuri, ideo illos decipere cogitauit.* Quasi dicat, tanta, & ineffabilis deuotio erat Magorum, quod stupefactus Herodes, vt falleret eos clam vocauit.

1273. Remig. in caten. — *Mens Auctoris.*

4. RESPONSIO est Remigij in catena S. Thomæ, *Clam diligenter didicit à Magis tempus stellæ; quia callidus erat Herodes, & timebat, ne non reuerterentur ad eum, vt tunc sciret, quid faceret de puero occidendo.* Quasi dicat, ad negotium magnum clam vocauit Magos vt Sacramentum secreti nulli, nisi illi reuelaretur & totum hoc erat astutiæ, & fallaciæ.

1274. Cassian. lib. 1. c. 13. — *Fides magis certa quam visio.*

5. RESPONSIO Cassiani lib. 1. cap. 13. qui ait, *Quia amplius tremefactus fuit Herodes ex prophetia in concione à legis peritis recitata, quam ex interrogatione Magorum clam vocauit eos.* Quasi dicat, cum fides Magis certa, & credibilis sit, quam visio oculorum, territus fuit à testimoniis scripturarum; & ideo cœpit fraudes concipere.

6. RESPONSIO Lyrani nostri sua in glossa, *Dicit clam, id est, occultè, quia cum esset alienigena, non confidebat Iudæis, & ideo voluit suum consilium eos latere.* Quasi dicat, Rex extraneæ nationis nunquam à subditis ita amatur, 1275.

Lyran. noster sua in glossa. — *Rex extraneus parum dilectus.*

vt non sit semper cautelosè, & prudentialiter cum eis pactandum, & secreta grauissima nunquam declaranda eis.

7. RESPONSIO est Chrysologi serm. 158. 1276.

Chrysolog. serm. 158.

Clam vocat Magos, quia palam nihil audet simulata mens, conscientiaque dolosa; quia fur amat noctem, latrò occultè tendit insidias. Quasi dicat, *qui male agit, vel cogitat odit lucem.* Ioan. 3. n. 20. Et in occultò cogitat, & operatur; quia nox pallium est omnium scelerum; & ideo Herodes occultè, & clam, & in abscondito vocauit Magos, vt crudelitas, quam machinabatur, non reuelaretur.

Ioan. 3. n. 20.

DIFFICVLTAS II.

Quare Herodes misit Magos in Bethleem.

QVæretur, quare determinatè misit Herodes Magos in Bethleem? 1277.

1. RESPONSIO est Abulensis q. 33. in Matth. 2. *Quia Herodes putabat, quod stella iam non appareret Magis amplius, cum semper direxisset eos per viam, & occultata fuisset ad introitum Hierusalem, ideo oportebat, quod diceretur eis locus ad quem deberent ire.* Quasi dicat, quia Reges Magi non viderunt Hierosolymis stellam, interrogarunt, *vbi est qui natus est Rex Iudæorum*; quia si stella eis non disparuisset non interrogarent, vbi est? Vnde etiam Magi putauerunt, quod stella iam non appareret eis; ideo quando eam viderunt, gauisi sunt gaudio magno valde.

Abul. q. 33. in Matth. 2. — *Quare stella disparuit.*

2. RESPONSIO Glossæ; *Cognito autem loco & tempore, personam pueri vult non ignorare, vnde dicitur ite, & interrogate de Rege.* Quasi diceret, illud præcipit, quod absque præcepto illi sine dubio facturi erant. 1278.

Gloss. in Matth. 2.

3. RESPONSIO Chrysostomi super Matth. *Ergo vt ad hoc eos induceret, deuotionem promittebat, & per eam gladium acuebat, & malitiam cordis sui humilitatis corde depingebat.* Quasi dicat, talis est consuetudo omnium malignorum, quando aliquem in occulto grauius lædere volunt, humilitatem illi, & amicitias fingunt. Vnde dicitur, *& cum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego adorem eum.* 1279.

Chrysost. sup. Matt. 2. — *Odium impiorum humilias se, vt trucidet bonos.*

4. RESPONSIO est Chrysostomi in hom. *Non autem dicit, interrogate de Rege, sed de puero, quia principatus nomine eum vocari non sustinebat cor.* Quasi dicat, oderat enim iam Herodes puerum Iesum, & neque ficte poterat eum honorare. De quo ad mores dicam latius postea. 1280.

Chrysost. in homil. — *Iam dum neque ficte potest alios honorare.*

5. RESPONSIO est Sancti Augustini serm. 2. de Epiphan. *Cum misit Magos in Bethleem, factus est similis fabris Noe arcæ, qui aliis vbi* 1281.

S. August. serm. 2. de Epiph.

Prædicatores prophani similes lapidibus viã ostēdētibus ipsis immotò remanētibus.

vbi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt, similis lapidibus amilsariis viam ostendentes; neque ipsi ambulare possunt. Quasi dicat, Herodes: ostendit Magis viam & ipse oon iogressus est per illam. Sic multi cum aliis prædicans, efficiuntur reprobi.

DIFFICVLTAS III.

Quare Herodes non iuit cum Magis in Bethleem?

QVæretot, qoare Herodes non misit seruos, oeque iuit cum Magis?

1282. Abul. q. 34. in 2. Matth. 1. RESPONSIO est Abulensis q. 34. *Inter septem ab ipso signatas, quia Deus inclinauit cor eius ad non eundum, neque mittendum seruos. Sic enim Deus solet mouere corda hominum, & præcipuè Regum ad faciendum, vel non faciendum aliquid secundum quod ei placet.* Prou. 21. n. 1. Quasi dicat, cum Spiritu Sancto, Proo. 21. n. 1. *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, & quocumque voluerit inclinabit illud.*

1283. Idem Abul. cit. *Reges non faciIè mouendi.* 2. RASPONSIO eiosdem Abulensis, *Non iuit cum Magis, ne irrideretur Herodes à Iudæis, si cum Magis iret, & non inueniret puerum, & quasi homo leuis argueretur, quod leuiter mouebatur ad dictum hominum extraneorum super re incerta.* Quasi dicat, non debeot de facili credere Reges propter reuelationes cuiuscumqoe, sed magno poodere & mensura Ecclesiæ quæ desorsum soot examinare. De hoc ad mores postes.

1284. Euseb Gallic. hom. 1. de Epiph. 3. RASPONSSO Eosebij Gallicani hom. 1 de Epiphan. *Non permisit Deus, quod Herodes iret cum Magis, quia fallitur stulti furor Tyranni: nam Christum non potest inuenire perfidia; quia Deus non crudelitate, sed credulitate quærendus est.* Quasi dicat, non iouenitur Deus ab hominibus plenis dolo & crodelitate, sed simplicitate, & veritate.

1285. S. Remig. in Catena S. Thom. *Prædicatores audiendi non imitandi in malum.* 4. RASPONSSO est Remigij in catena S. Thom. *Magi cum audissent Regem abierunt, & non Herodes iuit cum eis; quia ibant Magi, vt non reuerterentur ad eum.* Quasi diceret; significabant enim bonos auditores, qoi bona, quæ audiuot à malis prædicatoribos faciunt, sed opera eorom noo imitaotur. De quo postea latius ad mores.

1286. Lyran. sua in Glossa. 5. RASPONSIO est nostri Lyrani, qui in sua glossa ait, *Misit Herodes solos Reges in Bethleem. & spondes falsum obsequium, vt facilius eos decipiat, & ad redeundum ad ipsum inducat.* *Recti corde facilè falluntur.* Quasi dicat, eom boni, & recti corde facile ab impiis fallantur, Herodes, securos illos permisit abire, vt reuerterentur ad illum & factum crudele exceotioni mandaret.

1287. Interlin. 6. RASPONSIO Interlinealis. *Ite (dixit Herodes) hoc subiungendo ad renuntiandum inuitat, vt alacrius ad eum redirent, & ne Iudæi, quia Rex eorum futurus erat occultent.* *Peruersi de omni re contremiscunt.* Quasi dicat, neminem Iudæorum misit Herodes cum Magis, ne fortè inoento Rege suo eum occultarent, & Magis persuaderent, quod uoo redirent ad Herodem.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, quod videntes stellam Magi gauisi sunt gaudio magno valde?

QVæretor, qoare cum iterum stella apparuit Magis gauisi suot gaudio &c. 1288.

1. RSSPONSIO est Abulensis q. 41. Abul. q. 41. Matth.
Ponitur autem hoc ad significandum immensam lætitiam, quam Magi conceperunt, cum viderent stellam, nam licet ante hoc fidem haberent, quod Deus eis per aliquem modum ostenderet illum puerum, quem quærebant, tamen modum adhuc non videbant, cum vero stellam viderunt manifestè agnouerunt, quod Deus puerum ostenderet illis. *Lætitia ineffabilis est in corde vbi cura, extinguuntur.* Quasi dicat, non est gaudium comparabile cum adimplentur curæ magni desiderij.

2. RASPONSIO Euthymij, *Gauisi sunt vt potè reperto Duce nequaquam fallaci.* 1289. Euthym. Quasi diceret, Hierosolymis omnia erant plena turbatione, & confusione, & nemo concordabat io responsione, quia quot capita, tot erant seotentiæ, & viso signo fixo suæ lætitiæ gaudio magno valde lætati sunt. *Varia sententia confundūt corda.*

3. RASPONSIO Glossæ in Matth. 2. 1290. Glossa ord.
Gaudet gaudio magno, qui propter Deum gaudet? qui est verum gaudium & sicut vita viuit, qui in virtutibus viuit, & morte moritur qui in peccato est. Quasi dicat, si vera gaudia sunt, vbi Christus est, cum iam certificarentur de Christo visuro, gaodio magno gauisi sunt; quia cætera gaudia mundi, non sunt, sed extrema gaudia, quæ luctus occupant. *Gaudia mūdi luctus occupant.*

4. RESPONSIO sit Chrysostomi super Matth. 1291. Chrysost. super Matt.
Gauisi sunt ergo, quia spes eorum non erat decepta, sed amplius confirmata, quod tanti itineris non sine causa susceperunt labores. Quasi dicat, valde gaudet, qui præmium itineris laboriosi non amittit, & cum Magi tristarentur amissa stella, gaudent postea valde.

5. RSSPONSIO est Remigij io cateoa S. Thomæ. 1292. Remig. in Catena.
Voluit ostendere, quod magis gaudent homines de rebus perditis, quam de semper possessis. Quasi dicat, cum viderunt stellam gauisi suot in Oriente, & com eam perdiderunt tristati sont nimia, & gaudio magno valde cum eam iouenerunt. *Res perditæ inuentæ lætantur nimis.*

DIFFICVLTAS V.

Per quod signum cognouerunt Magi Dominum, quando domum intrauerunt?

QVæretur, quomodo potoerunt Magi cognoscere puerum Iesum intrantes domum.

1. RESPONSIO est Abulensis q. 42. in Matth. qui ait, *Quod apparuit aliqua dignitas in vultu pueri Iesu supra humanum modum, per quam appareret illum esse, qui adorandus erat* 1293. Abul. q. 42.

Quasi

Ioan. 2. n. 13. *Vultus Dei irati terram tremore facit.*

Quasi dicat, quod sicut in templo, quando vendentes columbas flagello ex funiculis facto eiecit ementes, & vendentes, vt patet Ioan. 2. n. 13. nemo ausus est loqui verbum; quia terribiliter apparuit vultus contra eos. Sic amicabiliter Magis ostendit vultum suum; ita vt splendorem, & diuinitatis signum respicerent, & adorarent.

1294. *Chrysost. in Matth.*

2. RESPONSIO est Chrysostomi super Matth. *Etsi nihil Regale videbant in puero Magi, tamen solius stellæ testimonio contenti gaudebant oculi eorum contemptibilem puerum aspicere, quia spiritus in corde eorum terribilem eum monstrabat, vnde procidentes adorauerunt eum.* Quasi dicat, videbant enim hominem, & Deum adorabant.

1295. *Caietan in Euang. c. 2.* *Diuersorium domus erat.*

3. RESPONSIO Caietani, incertum enim est, *An Matthæus præsepium appellet domum, an forsè cessauerit multitudo hospitum in illa domo diuersoria, & sic Beata Virgo ex præsepio hospitata fuerit in domo diuersoria, in qua non fuerat illi locus cum peperit Iesum.* Quasi dicat, intrauerunt Magi in diuersorium, vbi iam mutata, & hospitata fuerat Maria cum puero, & sponso suo Ioseph.

1296. *S. Thom. in caten.* *Humilitas facit amabiles.*

4. RESPONSIO est Sancti Thomæ in catena, *Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria Matre eius pannis vilibus inuolutum, sed paupertate illius non scandalizabantur Magi; quia non terrenum Regem, sed cælestem inquirebant.* Quasi dicat, diuitias & maiestatem secum Reges portabant & ideo paupertatem talem videndo plus, quam Regem temporalem contemplabant: *quia etsi maiestas facit admirabiles Reges, sed humilitas Christi faciebat eum amabilem.* teste Bernardo supra citato.

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo Magi procidentes adorauerunt Deum?

1297. QVæretur, quo genere adorationis Magi Christum adorauerunt?

Abul. q. 43. in cap. 2. Matth. *Tres adorationis modi.*

1. RESPONSIO est Abulensis q. 43. qui ait: *Est autem quædam adoratio, quam latriam vocamus, quæ soli Deo debetur, quæ opponitur idolatriæ, id est, cultui idolorum. Alia adoratio est dulia, quam cuilibet homini excellenti, vel virtuoso tribuimus.* Alia vocatur *hyperdulia, id est, excellens duliam, vel supra duliam, & ista est honor quidam spiritualis; minor tamen diuino honore; quia tribuitur illis rebus, per quas spiritualiter nostra salus operata est, vt Cruci Christi, & Beatæ Virginis, & carni Christi, vt consideratur sine diuinitate:* Magi autem Christum Dominum adoratione latriæ adorauerunt tanquam verum Deum.

1298. *Caietan in Euang. c. 2. Matth.* *Humilitas est fundamentũ adorationis.*

2. RESPONSIO est Caietani, qui ait: *Procidentes adorauerunt eum maximo reuerentiæ signo cadentes in terram. Ita quod non genuflexerunt, sed in faciem ceciderunt, in nullo hæsitantes de testimonio stellæ.* Quasi dicat, actus exteriores demonstrant interiores affectus. Et sic dubitandum non est, quod in mente isti Magi adorauerunt in spiritu, & veritate cum maxima in terra humilitate.

3. RESPONSIO est Lyrani. Ex hoc patet 1299.
quod Magi cognouerunt eius diuinitatem per diuinam reuelationem. Cum enim viderent puerum pannis inuolutum in gremio paupertatis Matris positum, nullum Regis dignitatis habentem signum, non est verisimile, quod talem dignitatem exhibuissent, nisi aliquid supra hominem cognouissent; & ideo dicitur, & procidentes adorauerunt. Quasi dicat, lumen repente circumfulsit eos, & procidentes adorauerunt eum.

Reges diuinitatem Christi adorauerunt.

Quarta est Responsio Ruperti lib. 2. in Matth. 1301
cap. 2. *Pastores qui erant vigilantes per Angelum natum sibi esse Saluatorem didicerunt; & tamen non adeo edocti fuerunt, vt procidentes adorarent Magi vero primitiæ gentium; neque per hominem edocti, neque per Angelum, sed per Spiritum Sanctum adorarunt.* Quasi dicat, Pastores non protinus adorarunt Dominum: at Reges post longum tempus, quia ad humilianda corda potentium, maior Spiritus Sancti motio & gratia est necessaria, quia potentes rebelles, & duro sunt corde. De hoc latius ad mores.

Rupert. l. 2. in Matth. *Potentes difficulter veniunt ad Deum.*

DIFFICVLTAS VII.

An Virgo Maria timuit aduentum Magorum?

QVæretur, an tam mirabilia videndo Virgo Maria territa sit? 1301.

1. RESPONSIO est aliquorum Doctorum quos citat Abulensis, *Qui dicunt quod Virgo nil poterat timere, quia sciebat filium suum esse Deum, & nihil posset ei accidere contra voluntatem suam.* Sed non placet Abulensi hoc: nam Christus præ timore contristabatur. Et Virgo cum esset in tenerrima ætate, & insolita videre talem apparatum Regium conturbata est.

Auctores ab Abul. citat. q. 44. *Quindecim annos habebat Virgo cũ Reges Christum adorauerunt.*

2. RESPONSIO est Abulensis q. 44. *Quod Virgo saltem verecundiam pateretur in conspectu trium Regum, cum esset puella vix annorum quindecim, vel sexdecim. Sed credendum est, quod Reges illi venerarentur summo honore, vt Matrem conditoris sui, quem de longinquo venerunt adorare, & consolarentur eam dulci eloquio, & ipsa eos in rebus fidei instrueret.* 1302.

Idem q. 44.

3. RESPONSIO Ruperti lib. de operibus Spiritus Sancti, *Vbi Virginem Mariam vocat Magistram Sanctæ Religionis.* Et D. Cyrillus Alexandrinus hom. 6. contra Nestorium, *Mariam Virginem appellat fundatricem vniuersalis Ecclesiæ.* Et clarius de instructione, quam Magis de fide Catholica prædicauit, inquit Gregorius Thaumaturgus serm. de annunt. *O Beata Virgo Deipara per te substantialis Trinitas mundo innotuit* Quasi vnanimi consensu omnes Patres confitentur, quod Beata Virgo Regibus, & vniuerso mundo fidem radicaliter declarauit. 1303.

Rupert. lib. de operib. Spiritus Sancti. *Cyrill. Alex. hom. 6. contra Nestor.* *Greg. Thaumat. serm. de annunt.*

4. RESPONSIO est Diui Augustini, ser. de Epiphan. ab Abulens. citati quæst. 43. vbi ait, *Quod per istam adorationem, & Beatissimæ Virginis auditionem, Magi salutem æternam consequi meruerunt*, Quasi dicat, teste Bernardo serm. 2. de aduentu, *Quod studeamus ad Deum* 1304.

S. Aug. serm. de Epiph. *Bern. ser. 2. de aduent.*

Deum per Virginem ascendere, quia per ipsam ad nos descendit. Quasi dicat, quod per gratiam Mariæ procuremus in gratiam peruenire Christi, quia per ipsam in nostram miseriam venit.

Per Mariam Magi salui facti sunt.

1305. 5. RESPONSIO est Abulensis q. 44. qui ait, *Quod Virgo Maria videns intrare tres Reges, subito turbata est; sed statim considerauit, quod Deus, qui misit Pastores in die natiuitatis, mittebat Reges ad aliud ministerium, & Sacramentum absconditum.* Vnde B. Thom. de Villanoua in quodam serm. de Epiphania, asseuerat, *Quod facta Maria thronus maiestatis, vbi filium suum inter manus tenebat, permisit, vt adorando oscularent pedes Iesu, & in suis manibus profusis lachrymis oscula in sanctissimum puerum deuotissimè dederunt.* Vnde Beatus Bernardus, serm. de aquæductu ait, *Quid illud est quod Deo offerre paras Mariæ commendare memento, vt eodem aluo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo fluxit.* Quasi dicat, sicut Magi Sancti per Mariam, tot beneficia à Deo meruerunt accipere tanquam à fonte gratiæ, ex quo manabit auctor, ipsius gratiæ, ita omnes antiqui si consequi aliquid volumus ad aluum, vnde exiuit Christus Iesus, accedamus, quos est Maria.

Abul. q. 44. B. Thom. de Villanou. serm. de Epiph. *Puerum Iesum Reges in manibus suis acceperunt.* S. Bernard. serm. de aquæ ductu. *Christus per Aluum Mariæ fusus.*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare obtulerunt Christo aurum, thus, & myrrham?

1306. QVare isti tres Reges obtulerunt ista tria munera?

Abul. q. 46. 1. RESPONSIO Abulensis q. 46. *Quia munera istorum Regum debebant esse solemnia, sicut decebat ipsos Reges dare, & sicut decebat dare ipsi Christo, quem tanquam Deum adorabant.* Quasi diceret, quod apertis thesauris suis obtulerunt. Per quod insinuatur, quod dona non fuerunt diminuta & pauca, sed multa siquidem aperuerunt ea, quæ portabantur.

1307. S. Remig. in Catena. S. Thom. 2. RESPONSIO Remigij in catena Sancti Thomæ, *Sciendum est quod isti, non singuli singula obtulerunt sed singula tria, & singulis cum suis muneribus Regem Deum, & hominem prædicarunt.* Quasi dicat, tria munera vnusquisque obtulit; quia non vt miseri & auari res tam parui momenti, vt thus & myrrham offerrent, sed singuli de tribus rebus eximiam copiam obtulerunt.

Tria munera vnusquisque obtulit.

1308. Euthym. in Luc. 3. RESPONSIO est Euthymij in Lucam 2. *Ideo offerunt Persæ Babyloniorum heredes Domino templi quod antea contumelia affectum fuerat; aurum quidem pro sublatis auri thesauris; thus autem pro hostiis; myrrham vero pro inquinatis.* Quasi dicat, Reges Gentiles Babylonis Hierusalem quondam expugnauerunt, ac diuinos thesauros deprædati fuerunt, & hostias cessare fecerunt, populumque iugulauerunt; nunc autem hæredes eorum restitutionem fecerunt, tanquam iniusti possessores rerum alienarum.

Magi restitutionem fecerunt Patrum suorum.

1309. S. Gregor. in Euang. 4. RESPONSIO Gregorij in Euangel. *Nato Rege aurum offerimus, si in conspectu eius sapientiæ lumine splendemus. Thus offerimus si pro orationum studio Deo redolere valeamus. Myrrham offerimus, si carnis vitia per abstinentiam mortificamus.* Quasi dicat, aurum apud Deum sapientia est, thus oratio perfecta, myrrha mortificatio interna.

5. RESPONSIO Glossæ; *Tres autem viri, qui offerunt, significant gentes à tribus partibus mundi venientes, thesauros aperiunt, cum fidem cordis per confessionem ostentant. Bene autem in domo docentes, ne thesaurum bona conscientiæ iactando propalemus. Offerunt tria munera, hoc est fidem Sanctæ Trinitatis, vel apertis thesauris scripturarum, historiarum, moralem, & allegoricum sensum offerunt.* 1310. Glossa.

Tria munera mysterium Sanctæ Trinitatis.

6. RESPONSIO est Abulensis q. 45. *Offerunt aurum thus, & myrrham ad complementum honoris: nam Magi volebant Christum perfectè honorare; honor autem, non solum consistit in exhibitione reuerentiæ, sed etiam in præstatione aliquorum munerum in signum subiectionis amoris, & reuerentiæ.* Sic enim dixit Dauid 1. Paralip. c. 14. n. 16. *Tua Domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi.* 1311. Abul. q. 45.

Amores sunt opera. 1. Paral. 14. n. 16.

7. RESPONSIO Caietani in Euang. *Constat autem quod aurum congruit Regiæ dignitati, thus Deitati, vel Sacerdotali dignitati; myrrha infantilibus membris tum fidei sepulturæ eius.* Quasi dicat, aurum ditescit, thus odorem præstat; myrrha autem corroborat tenera membra in pueris, & in mortuis siccat, vt vermes non nascantur. 1312. Caietan. in Euang.

8. RESPONSIO Lyræ sua in glossa, *Obtulerunt aurum ad sustentationem paupertatis Matris, & Filij, thus, vt domus fragantia optima impleretur; myrrham ad consolidanda membra pueri.* 1313. Lyran. sua in Glossa.

Domus Mariæ repleta est odoribus.

9. RESPONSIO S. Leonis serm. 10. de Epiphan. *Adorant in carne verbum, in infantia sapientiam in infirmitate virtutem & in hominis veritate Dominum maiestatis, vtque Sacramentum fidei suæ, in elligentiæque manifestent, (quod cordibus credunt, muneribus protestantur.)* Quasi dicat, scientes diuinam, humanamque naturam; in vnitate personæ venerantes, *Quia quod erat in substantiis proprium, non erat in persona diuersum.* 1314. S. Leo serm. 10. de Epiphan.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur quod responso accepto per aliam viam reuersi sunt in Regionem suam?

QVæretur, quomodo dicatur responso accepto, cum nullus interrogauerit Dominum per quam viam reuerterentur? 1315.

1. RESPONSIO est Abulensis q. 48. in Matth. qui ait, *Quod Magi de nullo dubitauerunt, & nihil à Deo petierunt, sed solum Deus voluit eis reuelare, ne redirent ad Herodem, & ista reuelatio vocatur responsum large, secundum modum loquendi Hebraicum cum tamen responsum sit verbum satisfaciens dubio,* & probatur Matth. 21. n. 14. & Matth. 16. n. 17. *Vbi videns ficulneam* Abul. q. 48. in Matth.

Matth. 21. num. 14. & Matth. 16. n. 17.

ficulneam sine fructu respondens, maledixit ficulneæ, & Petro respondit, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis &c. Sed si responsum est verbum satisfaciens dubio, mea sententia est, quod intra se discipulis cogitantibus de ficulnea sine fructu, respondit & sicut Petro diuinitatem præmeditanti, dixit, *Beatus es Simon Bariona &c. & tribus Magis Regibus dubitantibus, si promissum verbum Herodi datum obseruarent, dicitur, responso accepto, vt redirent ad Herodem.*

Responsum est verbum satisfaciens desiderio. Auctoris mens.

1316. S.Hieron. in caten.

2. Responsio Hieronymi in catena S.Thom. *Qui enim obtulerunt munera Domino, consequenter responsum accipiunt.* Quasi dicat: *Est vtique Deus gratissimus obsequiis suorum seruorum, & magis eorum, qui ei munera obtulerunt.* Et sic statim per Angelum in somnis admonuit, ne redirent ad Herodem.

1317. Gloss.ordin.

3. Responsio Glossæ; *Fit autem hæc responsio per ipsum Dominum, quia nullus alius viam reuersionis instituit, nisi ille, qui dicit, Ego sum via*, Ioan. 14. num. 6. (Ioan.14.n.6.) *non tam loquitur puer ad eos, ne diuinitas ante tempus reueletur, & vt vera humanitas habeatur.* Dicitur autem responso accepto; quia sicut Moyses tacitus clamabat Exod. 14. num. 15. (Exod.14. n.15.) Sic isti in pio affectu interrogabant, quid diuina iuberet voluntas. Quasi dicat, erant vere Reges, & sapientes, & cogitabant, quomodo decens fuisset, si verbum promissum Herodi de reditu non obseruabant, & etiam cogitabant, vt sapientes, ne forte machinaretur aliqua fraus ab Herode contra illos, & in ista perplexitate positi, responsum acceperunt, ne redirent ad Herodem.

Vim vi repellere licet & fraudem cogitantes defraudare.

1318. S.August. serm. de Epiph.

4. Responsio Augustini serm. de Epiphan. *Herodes improbus factus ex timore crudelis, voluit sauire; sed quomodo poterat fallere eum, qui ipsas fraudes venerat amputare, vt ergo eius fraus eliderretur sequitur, responso accepto ne redirent &c.* Quasi dicat, *frustra iacitur rete ante oculos venatoris*, Prouerb. 1. num. 17. (Prou.1.n.17) quia impius capitur machinationibus, & fraudibus quibus cogitat, & peccatores omnes telas aranearum texuerunt, Isai. 59. num. 5. & dum ordiri conantur, succiduntur. Sed ad mores postea latius.

Frangenti fidem fides frangenda est. Isai.59.n.5. Isai.38 n.8.

1319. Chrysost. in Matth.

5. Responsio Chrysostomi in Matth. *Neque enim erat possibile, vt qui ab Herode ad Christum venissent redirent ad Herodem; Qui enim relicto Christo ad Diabolum redeunt per peccatum, frequenter per pœnitentiam reuertuntur ad Christum.* Quasi dicat, qui fuit in innocentia, dum nescit, quid sit malum, facilè decipitur; sed cum expertus fuerit malum, quod inuenit, & recordatus boni, quod perdidit, compunctus redit ad Deum; difficilè redit ad Diabolum venit ad Christum, & qui relicto Diabolo, qui dum gaudet in bonis, quæ inuenit, non recordatur malorum, quæ euasit, & abominabile ei est redire ad malum.

Conuersi ad Deum, odiũt vias peruersas antiquas.

1320. Cypr.serm. de stella.

6. Responsio est Cypriani serm. de stella; *Alio tramite in suam patriam reuertuntur Magi; quia necesse est, vt qui credunt ad iustitiam, ore etiam confessi sint ad salutem, & vias eligant arctiores.* Quasi dicat, lata est via. Ecclesiast. 21. n. 11. (Eccl.21.n.11) *Quæ ducit ad perditionem, & qui ad Paradisum anhelat, necesse est, vt viam mandatorum Dei currat confusus præterita vita.* De quo latius postea.

Impij per viam latam ambulant.

1321. Lyran.sua in Glossa.

7. Responsio est Lyrani sua in glossa, *Peracto scilicet obsequio, reuersi sunt Magi per aliam viam, quia descenderunt ad mare, & per nauem transfretantem in Tharsis abierunt, propter quod Herodes iratus postea naues Tharsiensium incendit*, secundum quod fuerat prophetatum per Dauid Ps. 47. n. 8. (Ps.47.n.8.) *In spiritu vehementi conteret naues Tharsis.*

TRACTATVS XXXVI.

AD MORES,

In Cap. II. Matth.

De Adoratione Magorum.

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quare Herodes clam iussit vocare Magos & non secrete?

1322. QVÆRITVR, quare non dixit Euangelista vocauit secretè Magos, sed clam?

Abul.citat. in littera. 1. RESPONSIO est Abulensis in littera citati, qui ait: *Clam Herodes vocauit, quia denotat aliquod malum; secretè verò poterat significare bonum; malum autem Herodis erat occisio infantis, quam desiderabat.* Quasi dicat, Herodes ab Euangelista non vocatur Rex, quia clam meditabatur aliquod malum; quia qui insidias cogitat, & dolos meditatur, non est Rex, sed mancipium vile. Vnde Ioseph. lib. 17. antiq. cap. 10. ait de Herode: *Erat vir in omnes ex æquo sæuus, iræ seruus, iuris Dominus.* Quasi diceret, prauis actionibus, & astutiis, quibus tenebatur obediebat, & sola sæuitia, & ambitio erat lex eius.

Astutus non est dignus honoribus. Ioseph.l.17. antiq c.10.

1323. S.Ambr lib. de Ioseph. cap.5. Gen.39.n.7. Interrogat S. Ambros. lib. de Ioseph cap. 5. quare translatio Hebræa loquens de Domina Ioseph, vxore Putipharis, Genes.39.n.7. dixit, *Iniecit vxor Domini eius oculos suos in Ioseph.* Quasi dicat, clam cum vidisset Ioseph iniecit oculos suos in eum. Sed quare non dixit Domina sua, sed vxor Domini eius? Respondet, *quia mulier, quæ clam quærit homines, malum quærit, & iam non est Domina, sed ancilla vilis: nam quomodo Domina quæ dominandi non habebat affectum, quæ seruulis libidinis incentiua præstabat.* Quasi dicat, vereantur fœminæ nobiles, quæ vocantur Dominæ, & pudore, honestateque priuatæ oculos in seruos suos iniiciunt. Nam vt vt rectè dixit August. lib. 4. de ciuitate Dei c. 3. *Malus etiam si regnet seruus est, nec vnius hominis, sed quod est grauius, tot dominorum, quot vitiorum, vt patet in Herode fraudulento, qui clam vocauit Magos,* & ideo titulo Regis priuatur ab Euãgelista, quia se fecit seruum ambitionis doli, mendacij, & fraudis, quibus vitiis torquebatur.

Fœminæ nobiliores huius temporis seruos suos prouocant. Aug.lib.4. de ciuit. Dei c.3. *Herodes quare priuatur Regis nomine.*

1324. Chrysost. in litt. cit. 2. RESPONSIO est Chrysostomi in littera citati, qui ait, *Quia non poterat eos blanditiis, neque minis ad se trahere clam vocauit eos, vt falleret.* Quasi dicat, ô quam pretiosa est in conspectu Dei fortitudo virtutis, quæ inuenitur in cordibus dominantibus suarum passionum, quæ neque minis, neque tormentis, neque laboribus vinci potest; imo cum probata fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Interrogat Chrysostomus in Ps.48. n.15. qui sunt illi viri præclari, & iusti, de quibus loquitur Dauid dicens, *Et dominabuntur eorum iusti in matutino?* Et respondet, *iusti sunt nobilissimi viri, vt Magi Reges, qui quasi viri fortes, & sapientissimi sua virtute, & simplicitate dominati sunt omnes malitias & fraudes Herodis, & ille fuit seruus vilis, qui solo suo vitio, & peccato tremefactus est; ita vt in propria domo, & regno timeret Reges virtuosos, & fraudibus clam eos decipere conabatur, sed non præualuit; quia talis est rerum natura* (inquit Sanctus) *vt vitium virtuti seruiat, eamque formidet, ac pertimescat, licet illud sit versutum, exercitatumque, ac præclarè instructum. Hæc vero, id est, virtus, nuda, & per seipsam decertans.* Quasi dicat, sola simplicitate, & veritate Reges vicerunt, omnes diabolicas astutias Herodis, quibus vsus est, cum clam eos vocauit. 1325. Chrysost.in Ps.48.n.15. *Virtus nuda & sola seruos facit Reges prauos.* Lucæ 2.

3. RESPONSIO nostri Lyrani citati in littera *Clam vocat Herodes Reges, & forsitan in templo, quia erat alienigena, & gentilis, & volebat prophana diuinis miscere.* Quasi dicat, impij non solum mali sunt sed diuina student vitiari prophanis. 1326. Lyran.citat. in littera.

Interrogat Oleaster, quare præcipiebat Deus, In Exod. cap. 31. *Super carnem hominis non vngetur.* Sic legit Pagnin. Et respondet, *confundunt homines hodie omnia prophana diuinis, vt nihil iam peculiare habeat Deus, si sericis, & acu pictis vtitur Deus vtuntur & homines. Si vnctionis oleo per facies & comam vnguentis pretiosis non solum fœminæ, sed homines vtuntur. Vtebantur olim soli Episcopi Chirothecis sed iam auro, & lapidibus pretiosis homines & fœminæ vtuntur.* Quasi dicat, omnia fœdauimus, omnia prophanauimus. Quantumcumque sancta, *Simias vocat Bernardus homines; quia ad imaginem Dei facti sunt, & vitiosis, & diabolicis ornamentis, & vsibus prophanis Simiæ efficiuntur.* Vnde Oleaster. *Quia cuncta odorifera decent Deum; & hominem dedecent. Audi quid Dominus dicat per Ezechielem cap. 28. num. 12. Regi Tyri: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore? in Hedem hortum Dei fuisti omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Quasi

1327. Oleaster in Exod. 30. n.32. Transl. Pag. *Vsus vestimentorum odibilis Deo.* Bern.citat. ab Oleast. *Simia dominorum vxores similes.* Ezech.28. n.12.& 13.

Lucifer quare ad inferos deiectus, quia vestimenta diuina voluit vestiri.

Quasi dicat, quoniam homo insigniis vsus est, quasi esset Deus, deiectus est à sua dignitate, & in infernum proiectus; quia vsus vestimentorum huius temporis, ita præuaricatus est, vt omnia sint prophana, diuinisque commisia, & etiam adulterata vestimenta, quia fœminæ virorum indumentis viuntur, & è contra; Et quasi Herodiani omnes conantur impudicis vsibus alteros fallere, & clam omnia vitiare, & adulterate à suo esse de quo supra diximus.

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quare Herodes misit Magos in Bethleem?

1328. QVæreretur, qualis fuit causa, quæ Herodem coegit, vt mitteret Magos in Bethleem?

Abul. citat. in litter.

1. RESPONSIO fuit Abulensis in littera, *Quia putauit Herodes, quod stella iam non appareret Magis, cum abscondita esset in introitu Hierusalem.* Quasi dicat, infælix mens, & anima, cuius actiones similes sunt Herodi, qui non solum corde crudelis erat, mente impius, verbis dolosus erat præceps, superbia iniquus, sed etiam desideriis & cogitationibus semper prauis delectabatur, & de malo proximorum Magorum exultabat cogitans, quod stella eis iam non appareret.

Reprobi semper meditantur mala.

1329. *Oleaster in Exod. c. 31. n. 7. Transl. Pag.* Interrogat Oleaster, quare in Exod. 31. n. 7. *Precipiebat Dominus, quod altare poneretur super propitiatorium.* Et addit Pagninus, *& expiauit Aaron super cornua eius semel in anno?* Et respondit, *quia contagiosa valde sunt peccata nostra, vt non solum nos contaminent, sed etiam sancta Dei.* Quasi dicat, quid quæso, peccauit altare, vt sanguinis expiatione indigeat? nisi quod quæcumque peccator tangit, etiam si Sacerdos sit immunda reddit. Vnde scriptum est, *Isai. c. 1. n. 15* *Manus vestræ sanguine plenæ sunt:* nam ita impiè, & crudeliter viuunt multi obstinati, & obcæcati peccatores, quod naque vnam tantum cogitationem virtutis habeant, semperque meditantur iniqua, & peruersa sine intermissione peccantes, vt Herodes qui de Magorum pœna delectabatur, cogitans, quod iam stella eis non appareret, & misit illos in Bethleem, vt per viam errarent.

Cogitationes iniqua expienda.

1330. *Chrysost. in littera citat.* 2. RESPONSIO est Chrysostomi in littera citati, qui ait: *Herodes deuotionem promittebat, & gladium acuebat.* Quasi dicat, crudelis fera homo est, qui sub specie ouis fratrem suum dilacerare conatur. Vnde Philo lib. de præmiis, *Philo lib. de præm. & pœnis.* & pœnis, ait: *Turpe esse, ac dedecorosum animalia venenis armata & carnium humanarum auida insociabilia, solitariaque non aspernari pacem, nec abhorrere ab inducijs; hominem vero suapte natura mite animal, natum ad societatem, ac concordiam pertinaciter saeuire in vitam sibi similium.* Quasi dicat: O quanta, & crudelis est consuetudo peccati, quod cum sit homo naturaliter mansuetus, & suauis propter ambitionem, & libidinem, ita crudelis efficitur, vt feras, & leones excedat. Vnde Chrysostomus homil. 9. in Genes. ait: *Domanda igitur sunt nostra passiones, & rationes imperio magistranda.* Quasi dicat attende, ô homo miser, & infælix, qui consuetudine factus es crudelis, & impudicus, quod si vis potes esse mansuetus, & humilis, & placidus, & ab omnibus amabilis, & si quotidie peior fias, crudelis & ferox, sicut Herodes eris, qui deuotionem simulans acuebat gladium contra Christum.

Homo naturaliter suauis est. *Chrysost. hom. 9. in Genes.* *Consuetudo est altera natura.*

1331. *S. August. in litt. cit.* 3. RESPONSIO Sancti Augustini in littera citati, qui ait, *Similis factus est Herodes fabris arca Noe, qui alios saluos fecerunt, & ipsi diluuio perierunt.* Quasi dicat, quid infælicius euenire potest Doctori, aut Prædicatori, quam in vanum laborare sibi, aliisque prodesse. Vnde interrogat Origenes hom. 9. in lib. Iudic. *Iudic. 7. n. 5.* cap. 7. num. 5. *Quare præcepit Deus Gedeoni, vt solos milites ad bellum eligeret, qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes?* Et communis Responsio est; *quia milites Christi, hoc est, prædicatores manu & lingua operari debent, hoc est, opere & verbo.* Quia qui docet & facit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Hæc Origenes. *Matt. 5. n. 19* Quasi dicat, qui docet, & non facit non intrabit in regnum cœlorum.

Prædicator qui non operatur infælix est.

1332. *Auctoris sententia.* Sed valde notandum est, quare sicut canes qui lambunt aquas, & non sicut cætera animalia quæ sitibunda bibunt? Respondeo, *quia canes, cum sitibundi desiderant bibere latrando, refrigerantur, quia Doctores & Prælati, qui tacendo refrigeria honoris, & voluptatum desiderant, nihil valent, quia propter omissiones subditos perire permittunt.* De quibus Gregor. Papa in *Gregor. in lib. moral.* lib. moral. in Iob ait: *Canes muti non valentes latrare, neque fabricare, sed sunt sicut fabri arca Noe.*

Prælati muti perdunt subditos.

1333. *Chrys. citat. in littera.* 4. RESPONSIO S. Chrysostomi citati in littera, qui ait, *Herodes dixit, ite, & interrogate diligenter de puero, non de Rege, quia principatus nomine inuidia nominari non permittebat.* Quasi dicat, frenetici odio inuidiæ, veritatem studiorum & virtutum odientium non possunt cognoscere obcæcati passione.

Litterati odibiles sunt idiotis.

1334. *Arnoldus Abbas de septem verbis Dom. Luc. 23. n. 34. Ioan. 15. n. 22. & n. 24.* Interrogat Arnoldus de septem verbis Domini, *Quare Christus positus in Cruce de inimicis suis veniam à Patre postulauit, dicens; ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Lucæ 23. n. 34. Ioan. 15. num. 22. dicitur; *Si non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent,* n. 14. *Nunc autem & viderunt, & oderunt me. Si ergo nouerunt Deum, quomodo nesciunt quid faciunt?* Respondit, *quia dimissis palpebris, & compactis in arctum, violenter sibi cæcitatem imprimebant.* Quasi diceret, quod passiones inuidiæ ita erant grauatæ cordibus eorum, quod etiam si Sole clarius mysterium incarnationis cognoscerent, nolebant impediti passionis liuore credere: Sic Herodes licet per scripturas audiret Regem natum Christum, inuidia obcæcatus non poterat nominare eum Regem, sed puerum.

Inuidia excæcat oculos mentis & non videt studia & litteras alterius.

1335. *Hieron. in Matt. c. 1. n. 1. S. Ign. Martir cit. à S. Hier. l. 1. Com. in c. 1. Matth.* Idem iudicandum sentio de Diabolo qui ita liuore incarnationis Christi obcæcatus erat, quod non cogitabat Christum natum de Virgine, sed de coniugata, & in hoc sensu intelligendus est Ignatius Martyr, citatus à B. Hieronymo, cum dicit: *Aliam rationem addidit*

Sanctus Ignatius, cur de desponsata nasci dignatus est, vt partus eius celaretur Diabolo cum non de Virgine, sed de desponsata natum intelligit. Sed quæres, quomodo Diabolus, qui in naturalibus læsus non fuit, & omnia facta cognouit quomodo potuit cogitare, quod non de Virgine, sed de coniugata nasceretur Christus? Respondeo, *quod ita liuore, & contumacia repletus erat contra Verbum æternum, quod quamuis sciret euidenter quod verbum caro factum erat ex Virgine, eius procacitas & liuor non nisi de coniugata crederet factus homo, vt tanto honore hominem priuaret, sicut Herodes, qui furia inuidiæ imbutus puerum vocat Iesum, non Regem Iudæorum.*

Inuidia impediebat diabolum, vt nō de Virgine sed de coniugata Christum nasci putaret.

Auctoris mens.

DIFFICVLTAS XII.
ad mores.

Quare Herodes non iuit cum Magis in Bethleem?

1336. QVæretur, quare Herodes, neque iuit, neque misit aliquos cum Regibus Magis ad Bethleem?

Abul. citat. in littera. Prou. 21. n. 1.

1. RESPONSIO fuit Abulensis citati, qui ait, *Quod Deus inclinauit cor eius ad non eundum; quia cor Regum in manu Domini.* Prouerb. 21. num. 1. *Sicut diuisiones aquarum; quia vbi vult diriget illud.* Quasi dicat, ita corda Superiorum, & Regum procliuia debent esse in manu Domini quod impulsus punitionis non debent in omissiones & pietatem vertere, neque è contra.

1337. Interrogat Oleaster, quare Exod. 29. num. 20. dicitur, *Capies de sanguine arietis, & pones super fibram auris Aaron, & filiorum eius dextra, & super pollicem manus eorum dextera, & super pollicem pedis eorum dextri*, sic legit Pagnin. Ad quid Domine vis huiusmodi linitiones sanguineas in aurem, & in pollicem pedis & manus dextræ? Respondet, *nihil aliud huiusmodi sanguinis aspersione adumbrari video, quam Sacerdotum punitionem si ministeria sua non curarent, aut agerent negligenter.* Quasi dicat, vnguntur enim oleo, & sanguine, vt scirent olei vnctum rigores sanguinis temperare. Quia Superior tepidus negligens & remissus ad nihilum valet, nisi vt conculcetur ab hominibus.

Oleaster in Exod. 29. n. 20. Transl. Pag. *Fibra sunt extremitates aurium.*

Prælati remissi & negligentes impq. Matth. 5. n. 19.

1338. Rhamos ille in Regem constitutus fuit forsitan remissus, vt doceret Reges gubernare? Audiamus quid dixerit Iudicum 9. num. 15. *Cum ad curiales gubernationes omnes arbores subditas vocauit: venite & sub vmbra mea requiescite; si autem non vultis egrediatur ignis de Rhamus, & deuoret Cedros Libani. Quare ergo ad solos Cedros Libani iussit ignem applicare; quia sublimiores & altiores erant.* Et per consequens inobedienses, & si non punitionem in rebelles Cedros faceret omnia regna facillimè perderet; *Quia Princeps, & Rex, qui non sedet in solio suo, & suo intuitu dissipat omne malum.* Prouerb. 20. num. 8. *remissus & negligens regna & prouincias perdet.* Ideo cum à Deo in rigorem impulsabitur, debet statim executioni mandare quod conuenit; *Quia cor Regum est in manu Domini.* Prouerb. 21. n. 1. *mouet etiam tyrannos sicut Herodem, vt non iret cum Magis ad quærendum Iesum.* Prou. 21. n. 1.

Iudicum c. 9. n. 15.

Inobedientes Principes statim puniendi. Prou. 20. n. 8. *Rex timidus & remissus perdit.*

2. RESPONSIO Remigij citati in littera, *Qui cum audissent Regem abierunt; quia vt boni auditores fecerunt, quæ à Prædicatoribus audiunt, & non reuertuntur ad ea, quæ ab ipsis facta sunt.* Quasi dicat, vigilent valde prædicatores in operando, quod prædicant; aliàs non reuertentur ad eos auditores sed per aliam viam fugient, tanquam de Herode. 1339.

Remig. cit. in littera.

Interrogat Sanctus Gregorius in Ezech. cap. 40. num. 43. *Quare mensarum structura; quam in templo Ezechiel vidit, labia earum vnius palmi erant?* Et respondet, *palmo labia, & lingua cum manu coniunguntur; quia verba cum factis, & exemplis coniungenda sunt, vt in templo Domini fructum afferant; nam quod docendo loquitur hoc vigilanter operetur*, inquit Gregorius. Aliàs si non operatur, etiam si sicut Demosthenes loquitur ad nihilum valet nisi vt conculcetur ab hominibus, & ab eo debent fugere, sicut Magi ab Herode, qui per aliam viam reuersi sunt. 1340.

Gregor. in Ezech. c. 40. n. 43. *Prædicator loquax & non operans fugiendus.* Matt. 5. n. 13.

3. RESPONSIO est Lyrani nostri in littera citati, *Spondet falsum obsequium, vt eos facilè decipiat & ad eum redeant.* Quasi dicat, O quanti homines sunt, qui existimant obsequium præstare Deo fugiendo occasiones plurimum patiendi, vt fortiores ad Deum reuertantur, & allegant pro se, quod spiritus promptus est, caro autem infirma Matthæi 26. n. 41. vbi Tertullianus lib. de fuga in persecut. ait: *Ne vt nunc facis, de carnis quidem infirmitate dissimules.* Quasi dicat, potius conducere debet promptitudo spiritus, ad pugnam aggrediendam, quam infirmitas carnis ad capiendam fugam, id est, nemo existimet se obsequium præstare Deo fugiendo obedientiam titulo maioris virtutis; quia infirmitas carnis à prompto spiritu superanda est, aliàs fallacia est Herodiana simulans obsequium, vt falleret Magis, vt ad eum redirent, & Iesum perderet. 1341.

Lyran. citat. *Spiritualis inobediens obsequium putat Deo præstare.* Matth. 26. n. 41. Tertul. lib. de fuga in persecut. *Cæca obedientia perfecta.*

DIFFICVLTAS XIII.
ad mores.

Quare Magi gauisi sunt videntes stellam?

QVæretur, quare valde gauisi sunt Magi videntes stellam? 1342.

1. RESPONSIO fuit Abulensis q. citati, *Quia non est gaudium comparabile cum signo videndi Deum.* Quasi dicat, quamuis alia ratio euidens non esset æternæ vitæ fruendæ, sufficit lumen quod *signatum est super nos*, Psalm. 4. num. 7. quando cum hominibus sanctis, & perfectis conuersamur, quod vires interiores animæ lætificantur, sufficiebat ad seruiendum Deo.

Abul. citat. *Signum sanctitatis quærere bonos & lætari cū eis.* Ps. 4. n. 7.

Interrogat

1343. Oleaster in Exod. c. 30. n. 9. Transl. Pag. Interrogat Oleaster, quare dicitur Exod. 30. num. 9. *Qui tetigerit altare sanctificabitur?* Et respondet, *Quia sunt quidam qui tangunt sancta ad malum suum & coinquinantur, & in spiritu non lætificantur.* Et addit, *aduertere debemus, quam bonum sit sanctis coniungi ex quorum conuersione læti & sanctificati remanent spirituales animæ gaudentes intra cor; quia non est gaudium comparabile cum tali lætitia*, vt videre est in Magis videntibus stellam, quæ ad Deum eos ducebat.

1344. Euthym. in littera. Ps. 13. n. 2. 2. Responsio est Euthymij in littera citati. *Gauisi sunt reperto Duce nequaquam fallaci.* Quasi dicat, *non est, qui faciat bonum in mundo, non est vsque ad vnum.* Ps. 13. n. 2. *qui gaudia præstet Reipublicæ, & Deo*, dicendo Regibus veritatem, absque palliatione & fallacia.

1345. Chrysost. hom. 7. in Matth. Micheæ 5. n. 2. Interrogat S. Chrysostomus hom. 7. in Matth. *Quare Sacerdotes, & Scribæ Herodi interroganti vbi Christus nasceretur non sine fictione, responderunt*, sed solum dixerunt prophetiam diminutam Michææ cap. 5. n. 2. *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel, & sequentia textus tacuerunt, scilicet, & egressus eius ab initio, ac à diebus æternitatis?* Et respondit, *in adulationem profecto Regis, vt ad humana gratia lucrum veritatis damna proficerent.* Quasi dicat, tam fortiter adulatio a Palatiis Regum veritatem eliminat, vt nullus ministrorum, neque Prædicatorum absque fallacia audeat nuntiare veritatem, & Reipublicæ commotiones, & si nuntia mala eueniunt, palliata, & diminuta referunt; solum adulationis vel augmentationis gratia. Vnde de ipso impio Herode dixit Imperfectus hom. 2. in Matth. *Si prophetiam integrum ei Sacerdotes dixissent, forsitan in tantum furorem non exarsisset.* Quasi dicat, si Regibus sine fallacia, & diminutione omnia narrata essent, forsitan remedia contulissent, & gaudia populis euenissent, sicut Magis accidit signo cœli inuento, & non fallaci.

Ministri & Prædicatores Regum adulantur.

Imperf. homil. 2. in Matth.

Veritas causa gaudij est.

1346. Chrysost. in littera citat. 3. Responsio Chrysostomi in littera citati. *Gaudent Magi, quia spes eorum non fuit defraudata, sed de cælo confirmata.*

1347. Aimon in c. 10 Exod. n. 17. Interrogat Aimon in cap. 10. num. 17. Exod. *Quare Pharao, cum tot plagis videretur affectus, dixit Moysi & Aaron, orate ad Dominum vestrum pro me. Nunquid credebat Rex Deo vero Israel? Et si credebat, quare populum non dimittebat? Et si non credebat, quare preces ad Deum exoptat?* Respondet, *quia à Deo sperabat à plagis liberari, cuius potentiam nouerat.* Quasi dicat, spe sua fallebatur, & temporalia appetendo, sperabat, & quærebat omnes modos, vt non remaneret spes fraudata, sed voluntas semper in perfidia erat obcæcata. *Sic sunt innumeri homines, qui preces ad Deum perpetuè effundunt in his, quæ sunt ad vtilitatem, & ambitionem suam; sed voluntas eorum induratis manet in peccato, & proximi odio, quorum spes ferè semper manet defraudata, sed non emendata, vt temporalia non prætendant, sed in perpetua anxietate, & anhelatione dignitatum ambulant in circuitu impij semel atque iterum ab spe defraudati*, quia teste Philosopho, *Nemo verum sibi dicere ausus est*, etiam si millies à desideriis suis sit defraudatus ideo semper tristitia, *sicut Antiochus moriuntur tales in terra aliena, recordati malorum, quæ fecerunt contra Deum, & Sanctos suos:* non sic Magi sancti, qui valde gauisi sunt stella visa; quia spes eorum non fuit defraudata, sed confirmata.

Ambitiosi spe defraudati millies honores quærunt.

Ambitiosi Prælati tristitia tandem moriuntur.

Machab. c. 6. n. 9.

DIFFICVLTAS XIV. ad mores.

Quare Virgo Maria timuit in aduentu Magorum?

QVæritur, si sicut vera Mater Virgo Maria trepidauit in conspectu trium Regum, & eorum apparatu? 1348.

1. Responsio fuit Abulensis in littera citati, qui ait, *Quod licet mysteria fidei viriliter Virgo Maria obseruabat, tamen verecundiam pateretur coram talibus Regibus, quia erat puella delicata quindecim annorum.* Quasi dicat, talis fuit modestia, & Virginis honestas coram tribus Regibus, quod illi humiliati coram illa, etiam si potentes Reges extiterint. Abul. citat.

Interrogat S. Gregorius lib. 39. moral. cap. 10. Quare Moyses loquens de Iosepho Patriarcha in suis benedictionibus dixit Deut. 33. *Cornua Rhinocerotis cornua illius?* Et respondet, *quia Ioseph castissimus fuit, & fortitudo eius Rhinocerotes superat, quia vt idem Gregorius ait, coram Virgine positus Rhinoceros, etiam si furiosus sit & superbus, mitescit nimis, & humiliat se.* Vnde quid mirum, si coram ipsa modestia, & honestate Maria Virgine Rhinocerotes Reges Magi mitescerent, & humiliarent se. Discant mulieres huius temporis impudicæ & enormes honestati, & coram hominibus modestè loqui, & inuerecundè non loquantur. Sed veh nobis, quia calamitas peruenit hucusque quod fœminæ ipsæ dictis, gestibus, & inhonestis motibus Dæmones, & homines prouocant. 1349. S. Gregor. lib. 39. mor. cap. 10. Deut. 33. n. 17.

Rhinoceros coram Virgine mitescit.

Fœminæ inhonestæ huius temporis.

2. Responsio est Ruperti in littera citati, qui tenet, *Quod Virgo Maria Magos in fide instruxerit, quia est magistra nostra Religionis.* Quasi dicat, causa totius bonæ doctrinæ est honestas, & modestia; & è contra causa totius ruinæ Reipublicæ, & perditionis, est corruptio honestatis, & bonarum virtutum. Audiatur D. Isidor. Pelusiota epistola 26. *An non mulierum amor insanus effecit, vt Ophni & Phinees Sacerdotio, & honore truncati, hostis gladio trucidarentur.* Quasi dicat, nullo honore, Sacerdotioque, aut Regiâ potestate digni sunt, qui voluptuosè se concupiscentiis carnalibus tradunt. Vnde rectè scriptum est Eccles. 9. n. 9. *Propter speciem mulierum multi perierunt. Et è contrà, propter honestatem Iudith populus Dei liberatus est occiso Holopherne, & Bethulia liberata. Et Susanna propter honestatem à Propheta Daniele, & à Deo fuit exaltata, & acclamata.* Dan. 13. Et quid mirum si gentilitas, & Reges Magi propter Mariam ad fidem reuersi sint; quia ipsa est Magistra nostræ Religionis, teste Ruperto. 1350. Rupert. cit.

D. Isidor. Pelus. ep. 26. 1. Reg. 4. n. 18.

Modestia Magistra virtutum.

Eccles. 9. n. 9. Iudith. c. 13. n. 10. Dan. 13. n. 28. Lucæ 2.

Rupert. cit.

DIFFICVLTAS XV. ad mores.

Quare Magi obtulerunt Domino aurum, thus, & Myrrham?

1351. QVæretur, quare Magi tria hæc puero obtulerunt.

Abul.q.cit. in litter. 1. RESPONSIO fuit Abulensis citat in littera: *Quia munera istorum Regum debebant esse solemnia.* Quasi dicat, quod magno Regi, & Deo munera cordis nostri non vilia, & pauca consideranda sunt.

1352. Oleaster in Exod. 30. n.6. Interrogat Oleaster, *Quare præcepit Deus, quod altare, non solum esset plenum aromatibus, sed addit, & teges illud auro*, Exod. cap. 30. n. 6. Et respondet, *quoniam omnia nostra fœtida sunt, & spurca, & thymiamate opus est, ne Dei nares offendantur, hoc est, orationibus Sanctorum necesse est, vt adiuuemur, vt opera nostra odorem suauitatis diuina maiestati præstent. & Sacerdos sacris & pretiosis vestibus auro textis tegendus est, & altare auro tegendum vt Christum induamur,* (Orationes Sanctorum valde necessaria.) teste Apostolo ad Rom. 13. qui ait: *Induimini Christum; qui enim tam pretiosam vestem induendi sunt auro tegi debent, & pretiosissimis virtutibus tanquam gemmis inæstimabilibus adornari.* (Ad Rom. 13. n. 14.) Quasi dicat, Sacerdotes, qui accedunt ad altare à planta pedis vsque ad verticem capitis, vbi coma & capilli nutriuntur, auro purissimo debent fulciri, quia cogitationes per capillos significantur, mundissimi semper fiunt. (Sacerdotum capilli & cogitationes auro texta sint.)

1353. Aucthoris Responsio. Et si quæras, quare Apostolus, non dicit, *Induimini vestem Christi, sed Christum?* Respondeo, *quoniam solent hypocritæ vestibus Christi tegi, & videntur oues, cum sint lupi rapaces,* Matth. 7. n. 15. (Matth. 7. n. 15.) Et dixit Apostolus, *Induimini, & non induite; quia ex nobis nil boni habemus; quia nemo potest dicere Dominus Iesus nisi Spiritu Sancto & ipse auro teget nostra opera, & facit illa pretiosa & digna sic; ideo Magi aurum offerunt.* (1. Cor. 12. n. 3.)

1354. S.Gregor. citat. 2. RESPONSIO S.Gregor. in littera citat. qui ait, *Quod aurum per sapientiam Deo offerimus, thus per orationem; myrrham per mortificationem, sed alia est mundi sapientia quæ mortificationibus, & orationibus ornatur, vt sublimitates huius sæculi consequantur,* & qui talem sapientiam quærunt sapientia implicantur, & sicut vermes telis, quibus laborant, pereunt.

1355. Lyranus sua in glossa. Interrogat Lyranus noster, *Quare Saul promisit daturus Michole m David, si centum præputiis Philisthinorum eam compararet*, vt patet 1. Reg. 18. n. 15. (1. Reg. 18.) Et respondet, *quia malitiosè cogitabat, vt ad consequendum hoc matrimoniũ David audacius se periculis exponeret, & sic periret. Sed sapientia Saulis in stultitiam versa est ei: nam David non solum centum Philisthæos sed ducentos interemit. & celebre factum est nomen eius nimis,* vt patet 1. Reg. 18. Ita quotidie experientiam capimus, quia dum astuti, & sapientes callidi volunt ingeniosum, litteratum opprimere ex Dei conditione celebre factum est nomen humiliatorum, & sapientes confusi manibus & ore carnes suas lacerant. (Nomen & fama litteratorum oppressorum volat.) Vnde Gregorius (Gregor. cit.) citatus ait: *Saul superna prouidentia insipientia sua est consilio deprehensus. Quia vbi succrescentis militia vitam se extinguere credidit. eius gloriam inde cumulauit.* Quasi dicat, neque ficta mortificatio, neque imperfecta, & simulata oratio quæ sapientiam huius mundi quærit, vt humiles opprimat, & laboriosos perdat, nil proderit quia sola vera sapientia est, qua Deus honorificatur, & tanquam aurum pretiosum apud illum æstimatur; quia scriptum est, *Intellectus bonus omnibus facientibus eum;* (Ps. 110. n. 10.) Et è contra, *sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* (1. Cor. c. 1. n. 20.)

3. RESPONSIO est Lyrani in littera citati: *Obtulerunt aurum Reges ad sustentationem Matris, & Filij.* 1356. Lyranus cit. Quasi dicat, Quid mirum si B. Virgo tot miseris subuenit omnium creaturarum, si tam ditata fuit auro pretioso Magorum. Vnde vt Abulensis notauit, *Quæ accepit à Regibus, pauperibus distribuit.* (Abul. citat. supra.) Hinc D. Epiphanius, *vocat Mariam multoculam, quasi multos habentem oculos.* Et Richard. in Cant. cap. 4 ait: (Richard in in Cant. c. 4.) *O Virgo sanctissima à Dei pietate replentur vbera tua, vt cuiuscumque miseriæ notitia tacta lac fundant misericordiæ. Nec possis miserias scire, & non subuenire. Et quid mirum si misericordia affluis, quæ ipsam misericordiam peperisti.* Quasi dicat, *in Virgo das, quod accepisti; quia si in vtero fontem misericordiæ habuisti. Quid mirum quod scaturigines, & riuuli pietatis ex te fluant, & si aurum à Magis accepisti, quomodo miserias pauperum videndo, non subuenisti.* (Maria Virgo fons misericordiarum.)

4. RESPONSIO est Abulensis citati in littera, qui ait: *Obtulerunt munera Magi ad complementum honoris debiti Christo Regi; quia honor non solum consistit in adoratione, sed in munerum exhibitione ex amore præcedenti; quia amor est liberalis, & secundum axioma Hispanum, obras son amores.* 1357. Abul. citat. in littera. (Amor operibus perficitur.)

Vnde interrogat D. Ambrosius in Ps. 118. 1358. S. Ambros. in Ps. 118. n. 167. Quare dixit Psalmista, *Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer?* Et respondit, *quia plus est diligere, quam custodire, quia interdum custodire necessitatis est, vel timoris; diligere vero, charitatis.* Quasi dicat, dilectione seipsum dat, qui amat: at timore retinet quantum potest. Vnde Chrysologus dicebat, (Chrys. citat.) *Amare non potest, qui satis timet.* Quasi dicat, qui amat verè, non timet dare quantum habet, & seipsum; *quia Pater æternus sic dilexit mundum, vt filium suum daret.* (Ioan. 3. n. 16.) Et Ambrosius citat. (S. Ambr. cit.) *Deus ex seruis liberos facit, vt magis voluntatum nostrarum munera, quam necessitatum obsequia conferamus.* Quasi dicat, munera, quæ Magi obtulerunt spontanea, & gratuita confirmarunt, & compleuerunt eorum amorem; ideo amici Dei facti sunt, & inter amicos non est meum, aut tuum, quia omnia sunt communia, & nulla propria; *quia nescit amor otiosum habere*; propter quod Magi & honorauerunt Deum, adorando illum, & offerendo munera pretiosa. (Plus est amare Deum quam custodire eius mandata.)

***

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS XVI. ad mores.

Quare responso accepto per aliam viam reuersi sunt in regionem suam?

QVæretur, quomodo responsum acceperunt, & quomodo per aliam viam?

1358. Abul. citat. 1. RESPONSIO fuit Abulensis quæst. citata in littera, qui ait, *Quod verba illa responso accepto est verbum satisfaciens desideriis Magorum, quia desiderabant scire per quam viam redirent in patriam suam.* Quasi dicat, quod iustis dormientibus euigilat Deus quomodo ab omni periculo, & tribulatione liberentur, vt satisfaciat eorum voluntati.

1359. Lyran. in Dan. 2. n. 10. Interrogat Lyranus, *Quare in somnis apparuit Deus Nabuchodonosori*, vt patet Dan. 2. num. 10. *Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil, & Sanctus de cœlo descendit?* Et respondet; *quia Deus Danielem virum desideriorum Dei exaltare volebat per explicationem somniorum.* Quasi dicat, quod Princeps Rector Deus in suorum custodia vigil dicitur, & nunquam dormiuit. Vnde scriptum est, *Non dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israël.* Psalm. 120. num. 4. Vt hinc discas, quod sicut Deus vigil est, ad satisfaciendum desideriis Magorum seruorum; ita ad satisfaciendum iustitiæ suæ punitione peccatorum nostrorum.

Deus Rector vigilans super serues suos. — Ps. 120. n. 4.

1360. Ier. Thren. c. 1. n. 14. Translat. Hebr. *sententia Auctoris.* Quid sibi volunt verba illa Threnorum Ier. 1. num. 14. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius?* Respondeo cum translatione Hebræa, *Pupugit seu stimulauit iugum eius iniquitas mea.* Quasi dicat, quod attentissimè stat vigil Deus nostra delicta considerando, & quolibet peccato maiori, vel minori manus eius pungitur, vt recordetur ad vindictam; quia scriptum est, *Sanguis eius clamat ad me de terra.* Genes. cap. 4. num. 10. id est, peccata publica, & secreta clamant ad Deum ad satisfactionem iustorum, sicut eorum iusta desideria vt compleantur, & ideò Magis responso accepto satisfecit ad redeundum per viam securam.

Gen. c. 4. n. 10. *Peccatis nostris Deum excitamus ad vindictã.*

1361. Hieron. citat. 2. RESPONSIO est Hieronymi in littera citati; *Qui enim munera Domino obtulerunt, consequenter à Deo responsum acceperunt, quia est Deus fidelissimus obsequens eorum, qui eum honorificauerunt.*

1362. Oleaster in Gen. 4. n. 4. Translat. Pagnin. *Seruire Deo cum lætitia gratum est illi.* Interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 4. num. 4. *Quod respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*, vel vt Pagninus legit ad oblationem eius? Et respondet, *Quia abhorret Dominus munera, quæ non exporrecta fronte illi offeruntur. Et è contra diligit munera, quæ alacriter, & spontaneo corde illi dantur.* Vnde dicebat Aaron Moysi fratri suo: *Potui Domino in cæremoniis placere mente lugubri?* Vnde habemus duo documenta. Primum quòd Christus in somnis munera à Magis oblata gratificauit responso accepto in somnis vt Principes discant, quàm occultè debeant alicui priuato suam dilectionem ostendere, ne scilicet alios ad inuidiam prouocet. Vnde dicitur Genes. 13. n. 14. *Et Dominus dixit Abraham, postquam separauit se à Loth*, sic Pagninus: *Leua oculos tuos & vide, quia omnem terram, quam tu vides tibi dabo, & semini tuo.* Quasi diceret, *quod expectauit*, vt separaretur Abraham à Loth ad tam eximiam promissionem ne inuidia torqueretur Loth, & esset causa rixarum inter illos.

Leuit. 10. n. 12. — *Principes occultè debent priuatos habere.* — Gen. 13. n. 14. *Abraham coram Loth non est ditatus.*

1363. *Auctoris ment.* Secundo debemus aduertere, quod habet hoc peculiare Deus, vt defectũ honoris sui inuidentia puniat: Cum enim Heli filios plus æquo diligens, non vt par erat, argueret, audiuit. *Videbis (ait Dominus) æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israël.* 1. Reg. 2. n. 3. Vnde Oleaster; *Nos cum saeui, & crudelissimus, illato inimicis malo ex eis vindictam sumimus. Deus vero faciendo bonum illis qui nobis inimicentur. Quo vindictæ genere, licet nihil mali facere videatur consumit tamen inuidi præcordia, cum ante eius oculos æmulum exaltat:* Qua de causa Angelus in somnis apparuit Magis Regibus, & ne redirent ad Herodem, præcepit, quo audito ab impio Rege; dissecabatur dentibus suis, & vt perfidus inuidus necem crudelissimam innocentium machinauit; quia audiuit quàm gratissimè Deus obsequium Magorum remunerauerat.

1. Reg. 2. n. 3. Oleaster in Gen. 4. cit. sup. — *Honoribus inimicis factis excitantur ossa inuidorum.*

1364. S. Hieron. cit. in litt. *Inuidia sæua contra innocentes.* 3. RESPONSIO S. Hieronymi, qui ait, *Quomodo poterat Herodes fallere eum, qui venerat fallacias amputare?* Quasi dicat, sæuite cœpit contra omnes infantes, & contra Iesum, ideò in somnis responsum acceperunt Magi, ne redirent ad eum. Quasi dicat, ira primogenita Diaboli est, quæ non solum contra Deum eleuatur, sed de homine eius imagine vindictam præsumit, & intendit rabidè.

1365. Oleaster in Gen. 4. n. 6. Translat. Pagnin. *Inuidia cæca est.* Interrogat Oleaster, *Quare iratus est Cain valdè contra iustum Abel, ita vt cecidit facies eius:* Gen. 4. n. 6. Et respondet, *quia passio iræ ita cæca est, quod non solum in eos, vnde sibi mala veniunt, sed etiam in innocentes sæuit.* Quasi dicat, quid enim mali illi fecerat frater Deo suo offerendo selectiora? aut quomodo poterat Dei fauores prohibere, qui an munus suum illi gratum foret, ignorabat? Et Reges magi quid Herodi mali fecerant redeundo in patriam suam, responso accepto, cum Regnum suum neque sibi vsurpabant, sed fugiendo recesserunt? vnde ira Diabolica propter hoc in Tharsis, excitata est, & nautas, & naues igne succendit, vt supra retulimus ex Lyra. Lyra. citat.

1366. Idem. *Sapiens stultis torquetur.* 4. RESPONSIO est Lyræ sua in Glossa: qui ait, *Responso accepto propter obsequium Deo præstitum per nauem transfretantem Tharsis reuersi sunt Magi in Regionem suam.* Quasi dicat, teste eodem Lyrano sua in Glossa ad mores, *Per hoc admonemur quod cum malis hominibus non contrahamus aliquam societatem, neque conuersationem.* Vnde dicitur Prou. c. 13 n. 20. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, & amicus stultorum similis eis efficitur.* Per Herodem autem, qui sub specie Religionis voluit fallere Reges hypocritæ intelliguntur, qui Principes, & Reges cauillosè, & figmentis variis fallere conantur. Sed qui eos aduertit, & Reges per aliam viam ducit Angelus est, quia hypocritas punit, & tradit eos inquisitoribus fidei qui eos torqueant, & castigent.

Prou. 13. n. 20. — *Inquisitores contra hypocritas reuelationes fingentes procedunt.*

1367. S. Cyprian. cit. in litt. 5. RESPONSIO est Cypriani in littera citati,

tati, *Qui ad Herodem venerunt per aliam viam reuerti necesse est in patriam suam; quia necesse est, vt qui credunt ad iustitiam ore confessionem ad salutem requirant.* Quasi dicat, qui verè fideles, & Christiani existimantur, veram confessionem, & pœnitentiam semper requirant, & nunquam de peccatis confessis cessent maximis doloribus pœnitentiæ torqueri.

1368. Oleaster in Gen. 4. n. 13. Interrogat Oleaster, quare Pagninus legit cap. 4. num. 13. Genes. *Loquens de Cain impœnitente, maior est punitio mea, quam vt feram?* Et respondit; *quia quemadmodum boni pœnitentis conditio est cogitare peccata sua punitionem, & pœnitentiam excedere: ita mali superare punitionem peccata quæ fecit.* Quasi dicat, qui pœnitentiam quam facit existimat excedere peccata quæ fecit quasi Cain conqueretur, dicens: *Maior est punitio mea, quam vt feram*, quia talis enumerat mala, quæ patitur, oblitus quot mala fecit, & talis ab Herode non est recessus, neque reuersus ad patriam paradisi per aliam viam, sicut Magi. Translat. Pagnin. *Pœnitens qui pœnitentiam non facit impius.*

TRACTATVS XXXVII.

AD LITTERAM, In Caput II. Lucæ,

De Beatissimæ Virginis Mariæ Purificatione.

TEXTVS.

22\. POSTQVAM impleti sunt dies Purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt in Hierusalem, vt sisterent eum Domino 23. Sicut scriptum est in lege Domini; quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur. 24. Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum. 25. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus expectans consolationem Israël, & Spiritus Sanctus erat in eo. 26. Et responsum acceperat à Spiritu Sancto non visurum se mortem, nisi videret Christum Dominum.

EXPOSITIO Litteræ.

1369. Euthym. & Origen. cit. ab omnibus Recent. in hunc locum Auctoribus. OCCASIONEM (remotam quidem) Græcis Patribus, vt Euthymio, & Origeni dedit pronomen eius purgationis vt dubitarent, an de Maria Virgine, an vero de eius filio purgatio intelligatur, & aliqui Christo tribuerunt; alij vtrobique, sed veritas infallibilis est, quod solum de purgatione Beatæ Mariæ intelligatur, & hoc vt legem Moysis adimpleret, quia secundum veritatem, neque politicè, neque moraliter Virgo Sanctissima Angelis purior egebat purificatione, vt idem Euangelista adnotauit dicens, secundum legem Moysi non ob necessitatem.

1370. Leuit 12. n. 2. Bern. ser. 7. de verb. Præcipiebat enim lex Leuitici 12. num. 2. *Quod septem dies mulier immunda esset. Sed quid est quod dicimus B. Mariam purificari,* nisi teste Bernardo, *aduertere nos, vt per pœnitentiam purificemur. Sed omnes istas cæremonias legis Virgo sanctissima adimpleuit, vt præ cæteris virtutibus obedientia in ea reluceret.* Vnde in reuelationibus Sanctæ Brigittæ cap. 42. dicitur: *Pro obedientia tantā potestatem obtinui, vt nullus tam immundus peccator est, si ad me cum emendationis proposito conuertitur, & cum corde contrito, quod non habeat veniam.* In reuelat. S. Brigitt.

1371. Lucæ 2. Exod. 34. n. 19. Refert Lucas aliam legem Exod. 34. num. 19. *Quia omne primogenitum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur*, id est, *permanebit sanctum, adimpletis legis præceptis in masculis per Sacramentum circumcisionis, in fœminis per fidem parentum.* Sed in Christo, & in Maria Matre sua vtraque cæremonia superuacanea erat; quia ex vi vnionis Christus erat impeccabilis, neque circumcisione egebat, neque Maria fide Parentum ab originali purganda; quia præseruata ex filij sui morte, & præuisa, & cæremonia esset superflua, *Quia erat pro subiecto non apto nato ad contrahendum originale peccatum supposita dicta gratia preseruationis.* *B. Virgo ab originali immaculata.*

Maior

1372. Maior difficultas non est nisi in illo verbo adaperiens vuluam, sed relictis Caluinistarum hæresibus, & omne quod sapit ad cogitabilem corruptionem sufficiat dictum Hieronymi lib. 2. contra Pelag. *Quantum pertinet ad virginalem naturam: claustra nullo modo aperta sunt quantum vero ad potentiam geniti Domini nihil clausum, omnia aperta.* Quasi dicat, Christus clausas portas vuluæ virginalis ita aperuit quæ verè clausæ iugiter permanserunt, id est, nunquam aperuit, sed tam verè exiit quasi aperuisset.

Hier.lib.2. contr.Pelag.

Christus clausis virginitatis claustris egressus.

1373. Et vt darent hostiam. Aliqui interpretes dicunt, quod erant Maria, & Ioseph ita pauperes, quod non haberent pecunias ad agnum offerendum, & ita par turturum, vel columbarum obtulerunt. Sed teste Abulensi ex auro oblato à tribus Regibus Magis obseruatunt pro paupertate subleuanda, & rationabilia adimplenda.

Abul.citat. supr.

1374. Et ecce homo erat in Hierusalem iustus, & timoratus. Testis maioris exceptionis assignatur; quia timentes Deum fide digni sunt. Hic responsum acceperat per reuelationem ad satisfaciendum desideriis vehementibus, quibus inflammatus expectabat Messiam venturum; quia vt supra retulimus responsum accipere est Hebraismus. Quasi dicens, satisfaciens ad propositum. Sunt qui dicunt Simeonem fuisse Magistrum Gamalielis ad cuius pedes Paulus fuit eruditus.

Quid sit accipere Responsum.

Simeon Magister Gamalielis.

1375. Beda. Non visurum se mortem, id est, non moriturum, vel vt Beda ait, non re vera moriendum, & hoc est mortem gustare, nisi videret Christum Dominum, id est, Messiam qui in scripturis vocatur vnctus à Domino, erátque de ipso per Psal. 44. n.8. dictum: *Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis:* Fuit autem Christus vnctus oleo Spiritus sancti, cum quo essentialiter, & secundum naturam diuinam vnus erat, & per vnionem hypostaticam cum eius natura humana vnctus dicitur, sicut Reges vngi solebant; quia Christus Dominus erat Rex Regum, & Dominus Dominantium, hoc est, Rex gloriæ, qui per crucem ingressurus erat triumphator cum admiratione exercitus Angelorum dicentium, *Quis est iste Rex gloriæ, quibus responsum fuit: Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.* De reliquis suo loco exponemus.

Ps.44.n.8.

1.Reg.16. n.6.

Ps.8.n.10.

VERSIONES variæ quæ cum vulgata concordant.

Vulgata editio.	1.	Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino.
Translatio Syriaca.	2.	Cúmque completi fuissent dies purgationis eorum secundum legem adduxerunt eum coram Domino.
Origenes in Catena.	3.	Post dies purgationis eorum duxerunt illum Hierosolymam ante conspectum Domini.
Interlinealis.	4.	Postquam impleti sunt dies Purgationis Mariæ, vel Domini.
Lyranus sua in Glossa.	5.	Postquam impletum est tempus purgationis tam generale quam speciale.
Caietanus in Euang.	6.	Postquam genito masculo impleti sunt dies purgationis.
Tertullianus libr. 7. contra Marcio.	7.	Postquam delatus est Christus ad templum.
Cyrillus in Catena Sancti Thomæ.	8.	Postquam circumsionis tempus, purgationis tempus expectatur.

DIFFICVLTAS I.

Quare ad templum fuit Maria, vt purificaret se?

Quæretur, si Maria templum fuit Dei, quare ad purificandum tendit?

1. Responsio est Bedæ in Catena, Sancti Thomæ citati, qui ait: *Si verba Euangelistæ diligentius inspexeris, profectò reperies quod ipsa Dei genitrix, sicut à mixtione viri, sic & legali sit iure immunis; non enim omnis mulier pariens, sed ea, quæ suscepto semine peperit designatur ad distinctionem illius, quæ virgo concepit, & peperit.* 1376.

Beda in Cathen. S.Thom.

Virgo qua ratione immunis à lege.

2. Responsio est Titi Bostrensis in Catena citati, *Eleganter Euangelista protulit, quod completi sunt dies purgationis secundum legem: nam reuera non incumbebat necessitas Virgini sacræ, vt dies purgationis eius expectaret, quæ cum ex Spiritu Sancto concepisset caruit coniugio.* Quasi dicat, si lex non est posita iusto, quia non incurrit contra eius præcepta, quare legis mandata coniugibus maritatis data Virginem Spiritu Sancto copulatam comprehendere potuerunt? 1377.

Tit.Bostr.ibi cit.

Lex maritatis, & ex eis conceptos comprehendebat.

3. Responsio Sancti Ambrosij lib. de Virginib. *Si corpus Virginis Dei templum est, animus quid est? qui tanquam membrorum cineribus excitatis sacerdotis æterni redapertus manu vaporem diuini ignis exhalet.* Quasi dicat, ad quid Virgo Maria ad templum festinat cum filio suo, cum ipsa sit verè templum; quia in templo erant fumorum odores fragrantia repleti Sacerdos, & ignis incensus perpetuus: at in pectore Mariæ, caro, ossa, sanguis, membra, corpus, & anima Spiritus Sancti gratia incensa erant, & gloriam Dei replebant suauitatibus virtutum eius. 1378.

Ambros.lib. de Virgin.

Templum verum B.Mariæ.

4. Responsio

1379. S.Gregor. Thaumatur. ser.de ann. 4. RESPONSIO Sancti Gregorij Thaumaturgi serm. de annunt. qui considerans Mariam ad templum egressam ait: *Aue animatum Dei templum, aue cœli, & terræ æquiualens, dignúmque domicilium.* Quasi dicat. Quo progrederis Virgo prudentissima ad templum lapidibus ornatum? Cum tu animatum templum sis, vbi totum quod in cœlo, & in terra reperitur, perfectius illustratur.

1380. S.Proclus orat.in laud. Deigen. 5. RESPONSIO Sancti Procli orat. in laudibus Dei genitr. *O templum, in quo Deus ipse factus est Sacerdos naturam non denudans, sed eum qui est secundum ordinem Melchisedech per misericordiam induens.* Quasi dicat, quemadmodum in templo muneribus pretiosis ornatur Sacerdos, Pontifex consecratur, qui sit Pastor ouium,& regimen animarum: Sic in vtero Virginis Mariæ pignoribus gratiæ pleno Christus Dominus indutus est vestimentis humanitaris, & factus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui pro nobis apud Patrem sit æternus reconciliator,& Pastor animarum nostrarum. Ad quid ergo necessarium est adire templum,vt purgaretur? quæ causa fuit omnis expiationis peccati?

Maria templum vestem & Sacerdoti prebuit.

1381. Card. Hugo in 2.Luc. 6. RESPONSIO Cardinalis Hugonis in 2. Lucæ: *Virgo tendit in templum in cumulum obedientiæ, quæ plus fecit,quam tenebatur.* Quasi dicat: purgari visa est Maria absque necessitate; quia hæc est vera humilitas, quæ non qualis erat, sed vilis reputabatur, & quamuis Virgo esset purissima non renuit inter cæteras mulieres immundas recenseri.

Obedientiæ symbolum Maria.

1382. Goffr.Abb. ser. de Purif. 7. RESPONSIO Goffridi Abbatis serm. de Purificatione: *Meritò Maria legem Purificationis seruat cuius filius dederat legem, vt in se legem adimpleret quam aliis dederat ante.* Quasi dicat: res scandalosa videtur leges statuere, & illas non seruare; ideo vt omnibus exemplum præstaret,purgationis legem Maria adimpleuit.

Impij superiores leges quas non adimplēt imponunt.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, quod postquam impleti sunt dies purgationis eius?

QVæritur, quare tam immediatè adimpletis diebus purgationis Mariæ legem adimpleuit?

1383. S.Bern.ser. de paru. 1. RESPONSIO Sancti Bernardi serm. de paruis,qui ait, *Statim postquam impleti sunt dies purgationis secundum legem, vt nobis obedientiæ præberet exemplum.*

1384. Rich.lib.4. Cant.5.n.6. Interrogat Richard.lib.4.quare dicitur Cant. 5. num. 6. *Anima mea liquefacta est,vt dilectus loquutus est?* Respondit, *quia anima Mariæ per incendium charitatis parata fuit instar metalli liquefacti in omnes modos diuinæ voluntatis.* S.Ambros. ser.13. Vnde sicut D.Ambrosius ait ser.13. *Beata Virgo velleri comparatur, quia mollis ad obsequium, & obseruantiam legis fuit.*

1385. Hugo Car. 2. RESPONSIO est Hugonis Carensis, qui ait, *Quod Maria portabat in brachiis suis ipsam obedientiam(nempe filium suum) & si Maria puerum portabat, puer obediens Mariam regebat. Et probat hoc ex* Psalm. 36. num.7. & ad Hebr. 10. n.5.vbi dicitur, *Aures autem perfecisti mihi*, vel vt legit Hugo, *Perfectam obedientiam dedisti mihi.* Quasi dicat,*Corpus quod ex Virgine sumpsit auris esse videbatur, quia totum erat obedientia germen obedientiaque fructus.* Et addit, *& ipsa quoque Virgo auris dicitur, quia ita mandatis legis obtemperauit, vt tota auris esse videretur, quia per eam hominum preces exaudit Deus,sicut & homo per aurem suam.* Vnde idem Richard.ad hoc propositum; *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Psalm.10. num.18. Et addit Richard.lib.2.de laudib. Virgin. *Præparationem cordis eorum, id est, humilium; audiuit auris tua, id est, B. Virgo,quia ea mediante pauperes exaudis. Sicut homo mediante aure sua audit.* Quasi dicat, talis fuit obedientia Virginis in adimplendo legem purgationis mulierum, quod per ipsam facta est auris Dei, quia per illam peccatores audit.

Ps.36.n.7.ad Heb.10.n.5. *Translat. alia.* *Maria obedientia inef-fabilis.* *Auris Ecclesiæ Maria.* *Ps.10.n.18. Richard.de S.Laur.lib.2. de laud.Virginis.*

3. RESPONSIO est Richardi de Sancto Laurentio lib. 5. de laudib. Virgin. *Aures non debent moueri nisi moto capite, id est, nisi ad ea, quæ Deus vult, quia aures sunt de ipso capite.* Vnde dicitur Ioann.8. num.47. *Qui ex Deo est verba Dei audit. Sic per omnia tantum à Deo mouebatur Maria.* Quasi dicat; Maria postquam impleti sunt dies purgationis fuit in templo, quia caput nostrum Christus, eam mouebat,& quò ipse volebat,ferebatur. Vnde Sanctus Bonauentura lib. 1. in speculo: *Inclina ô Domina Maria aurem tuam, & quia aures audiendi habes, audi nos.* 1386.

Richard.de S.Laur.lib.5. de lau.virg. Ioann. 8. n.47. *Caput nostrū Christus.* *B. Maria pauperes exaudiuit.* *Bonau.lib.1. in speculo.*

4. RESPONSIO est Thauleri, serm. de natiuit. Virgin. qui ait, *Obedientiæ perfectissimum in gloriosa Dei genitrice Maria exemplum hodie habemus.* Vnde Sanctus Ephrenus Syrus de Virgin. cap,2. loquens de Iosue dixit; *Quod perfecta sua obedientia tantum donum promeruit, vt Moysis successor fieret, imò & eius voci Deus obediret, solemque præcepto suo sisteret, & obsequentem Deum haberet,* Iosue 10,num.3.Sed hodie Maria Virgo sua obedientia maiorem dignitatem obtinet; quia vt Lucas ait, *Christus Dominus erat subditus illis,* id est Mariæ,& Iosepho,amicta hodie Sole, & portans eum in brachiis suis sistere fecit in templo, & quando, & quomodo illa voluit ambulabat, & sistebat. 1387.

Thaul.ser. de nat.virg. S.Ephr.c.2, de virg. *Ios.10.n.3.* *Luc. 2.* *Maria velut Iesus solem sistere fecit.*

Vnde D.Ambrosius cap.12.de institut.Virginib. ait: *Hodie adimpletur illud* Zachariæ 44. num.3. *Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino.* Quasi dicat, quod tanquam in Regia gestatoria sella, & throno maiestatis sedens in brachiis Mariæ ad templum progreditur spatio duarum leucarum à Nazareth vsque ad Hierusalem, teste Tostato q. 51. in Matth. & vt pauper comedit panem ad portam templi, Et si quæras, quis est iste panis, quem comedit in templo? Respondeo cum S.Ambrosio, *Quod est obedientia vera, quia vt ipse dixit,* teste Ioanne cap 4. *Meus cibus est vt faciam voluntatem Patris mei.* Vnde Ambrosius loco citato, ait; *Maria peperit Saluatorem, qui manducauit in porta sedens, vtique cibum illum, de quo dixit* Ioan.4. num. 34. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis est; ideo Maria voluntas identificatur cum suo filio hodie*, teste Gregorio Nysseno in Cant.hom.5. explicans illud: *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis,* 1388.

D.Amb.c.12 de inst.virg. Zach.44.n.3 *Maria sella gestatoria Dei.* *Abul.q.51. in Matth.* *Austeris meni.* *Ioann.4. n.3.* *Greg Nyss. hom.5. in Cant.*

Cant. 8. n. 4. *Vna voluntas Mariæ, & Iesu.* Translat. Interlin.

faciatis, donec ipse velit, Cant. 8. num. 4. scilicet, sponsus; quasi vtriusque voluotas vna censeri possit: nam quidquid Deus velit, & ipsa virgo velit, & propter hoc translatio Interlinealis dixit: *Postquam impleti sunt dies purgationis, id est, Matris & Filij, quia eadem fuit necessitas, id est, nulla*, sed vna voluntas obediendi, & adimplendi legem; ideo dicitur vt faceret secundum legem.

DIFFICVLTAS III.

Quomodo intelligatur, quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur?

QVæretur, quomodo potest apetiri vulua, vt corpus Christi nasceretur?

1389. Greg. Nyss. in catena

1. RESPONSIO est Gregorij Nysseni in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Hoc autem legis decretum in solo incarnato Deo singulariter, & ab aliis differenter implere videtur; ipso namque solus ineffabiliter conceptus, ac incomprehensibiliter editus. Virginalem vterum aperuit non ante à connubio reseratum seruans, & post partum mirabile inuiolabiliter signaculum castitatis.* Quasi dicat, hoc quod dicitur adaperiens vuluam consuetæ natiuitatis more loquitur; non quod Dominus sacri ventris hospitium quod ingressus sanctificaret, egressus de Virgine credendum sit, aperiret.

Quomodo egressus Iesus de vtero Virginis.

1390. Euthym. in Luc. 2.

1. RESPONSIO Euthymij in Luc. 2. *Solus Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter conseruauit.* Quasi dicat, ingressus est Verbum æternum supernaturaliter in vtero Matris, & egressus est naturaliter conseruando, quod semper fuit clausum. Sed non satisfacit difficultati hoc, quia ingressus est Verbum, quod spirituale est; sed egressus iam erat corporeum, & vt in lege dicebatur, sanctum vocabatur adaperiens vuluam.

1391. Maldonatus & Sylues. in c. 2. Luc. Matth. 3. n. 16. Act. 7. n. 56.

3. RESPONSIO est Maldonati, & Syluerae in hunc locum dicunt, *Quod aperire aliquando significat exire sine impedimento, Et sic aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Sanctum*, Matth. 3. num. 16. Et Stephanus dixit: *Video cœlos apertos, & Iesum stantem*, Actor. 7. n. 56. *Et in his locis non fuit apertura cœlorum, sed visio tantum Spiritus Sancti, & Iesu sine impedimento, sic Christus aperuit vuluam Matris, id est, sine impedimento exiuit.* Sed sub venia tantorum Doctorum, comparatio non tenet in aliquo, quia Spiritus Sanctus, & Iesus non habebant corpora passibilia, sicut Christus quando natus de vtero, & egressus de vulua, vel matrice. Ex quibus de fide est, quod exiuit illæso claustro, & matrice Virginali.

Aperire vuluam corporaliter est intelligendum in mulieribus quæ ex hominibus parturiunt.

1392. Caietan. in Lucæ 2. *Auctoris mens. Quomodo illæsa vulua egressus est Iesus.*

4. RESPONSIO clarissima est Caietani in Euangelia, qui ait, (*Et adhæreo illi, à præcepto secundum verba exceptus erat Iesus; quoniam lex non comprehendit nisi masculinum, quod aperit vuluam, hoc est, matricem, Iesus autem sicut natus clauso genitali membro matricis, ita etiam clausa vulua est. Et propterea non erat subditus legi illi; quam tamen voluit obseruare, qui non venit soluere legem, sed adimplere*, Matth. 5. num. 17. Quasi dicat, Caietanus lex Exod. 13. n. 17. quæ ait, *Separabis omne quod aperit vuluam Maria non attingebat, quia eius vulua non aperta, sed mirabiliter clausa*, sicut & claustra ventris semper fuerunt, & per vtrumque exiuit illæsus, & illæsa matrice, vuluáque sicut & vterus per quem effusus est, permanserunt. Matth. 5. n. 17.

1393. Ambros. in Catena

5. RESPONSIO Sancti Ambrosij in Catena Sancti Thomæ, *Solus per omnia in natis de fœmina Sanctus Dominus Iesus, qui terrena contagia corruptela immaculati partus nouitate non senserit, & cœlesti maiestate depulerit.* Quasi dicat, per antonomasiam, *Christus sanctus dicitur, quia singulariter per vuluam egressus est, sicut & de vtero Virginali:* nam omnes scelerati culpa originaria aperuerunt vuluam, & matricem.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Virgo Maria obtulit par turturum, & duos pullos columbarum?

QVæretur, quare Virgo Maria, non agnum sed par turturum, & duos pullos columbarum obtulit?

1394. Cyrill. in Catena S. Thom.

1. RESPONSIO Cyrilli in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *O profunditas scientiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei offert hostias, qui per singulas hostias honoratur cum Patre; figuras legis custodit veritas, qui legis est conditor, sicut Deus, legem custodiuit, vt homo. Vnde sequitur vt darent hostiam secundum quod dictum erat in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.* Leuit. 5. n. 7.

1395. Beda in Luc. 2.

2. RESPONSIO sit Bedæ in Luc. c. 2. *Hostia autem hæc pauperum erat; præcepit enim lex, vt qui possent, agnum offerrent; qui vero agnum non poterat offerre par turturum, aut duos pullos columbarum. Ergo Dominus cum diues esset pro nobis pauper factus est.* Quasi dicat, & si de auro, & muneribus oblatis Magorum posset emere agnum, sed forsan (teste Abulense) pauperibus Virgo Maria distribuit diuitias, & pauperes remanserunt, vt nos paupertate sua diuitiarum suarum donaret esse participes. 2. Cor. 8. n. 9. *Munera Magorum pauperibus oblata.* Abul. citat.

1396. Cyrillus in caten. S. Thom. *Turturi & colūba Christi lex cōparatur.*

3. RESPONSIO Cyrilli in Catena Sancti Thomæ. *Videndum autem quod oblatio insinuat, nimirum loquacissima est turtur in auibus; & columba est animal mansuetum: Talis autem factus est erga nos saluator mansuetudinem perfectè volens, & vt turtur orbem allexit replens ortum suum propriis melodiis.* Quasi dicat, vt mansuetus agnus, & mitis columba non aperuit Christus os suum. At verò per ora Apostolorum, & Prædicatorum, quasi turtur per totum mundum prædicauit; quia viri Apostolici gemendo mortem sponsi Christi in cruce positi vsque in finem sæculi clamabunt, & sponsa eius Ecclesia gemitibus inenarrabilibus mortem sponsi sui celebrabit. Sed de hoc ad mores postea.

4. RESPONSIO

1397. 4. RESPONSIO Athanasij in Catena. *Ideo bina iussit offerri, quia homine consistente ex anima, & corpore duplum à nobis poscit Deus iustitiam, & mansuetudinem, non solum corporis, sed etiam animæ; alioquin erit homo fictor, & hypocrita gerens integumentum occulta malitia innocentiam apparentem.* Quasi dicat, hostia abominabilis est apud Deum simulata sanctitas, quia duplicem habet iniquitatem, qui gemit externè sicut columba, & intus rapere honores tantummodo desiderat.

Athanasius in Cathen. S. Thom.

Homo simplex animo non hypocrita sit.

1398. 5. RESPONSIO S. Bernardi serm. 56. *Columba candida in tritico grana eligit, ita & tu in sacra Scriptura meliores elige sententias ex quibus te reficias.* Quasi dicat, holocaustum, & sacrificium pingue, acceptabiléque Deo erit, si nos imitando Columbas grana præclariora Sacræ Scripturæ eligamus, contra nos, & gementes ignorantes Deo offeramus, quia ob ipsis mortificamus tota die. De quo latius postea.

S. Bernard. ser. 56.

Ignorates infani errores Doctorum.

1399. 6. RESPONSIO Bedæ in Luc. 2. *Cum vero vtraque auis propter consuetudinem gemendi præsentes sanctorum luctus designat, in hoc tamen differunt quod turtur solinagus; columba autem gregatim volare consueuit. Et ob id iste secretas sanctorum lachrymas; illa publicos Ecclesiæ conuentus insinuat.* Quasi dicat, tempora calamitosa ita euenire solent in hoc mundo, quod sicut columbæ congregate, gemere, & ad Deum clamare oportet, & publicè peccata arguere in vnum Prædicatores congregati, quia turtur sola gemere non prodest, hoc est, orationibus & lachrymis secretis publica peccata lugere. Sed de hoc latius postea.

Bedæ in Luc. 2.

Peccata publica publicè gemenda, & transferenda.

DIFFICVLTAS V.

Quare Simeon expectabat Redemptionem Israël?

QVæretur, quare solus Simeon expectabat redemptionem Israël?

1400. 1. RESPONSIO Ambrosij in Catena; *Quia erat iustus, & timoratus qui non suam, sed populi gratiam requirebat.* Quasi dicat, ille verè iustus est, & timoratus qui non suum, sed Dei quærit emolumentum, non timet sua amittere, sed gratiam Dei dimittere.

S. Ambros. in Catena

Iustus nō sua quærit.

1401. 2. RESPONSIO est Gregorij Nysseni in hunc locum: *Non vtique mundanam felicitatem in consolationem Israël prudens expectabat*, sed veram translationem ad veritatis decorem per separationem à legis vmbra. Quasi dicat, per oracula reuelatum fuerat ei, quod visurus esset Christum, antequam migraret ex hac vita, & oraculum nullum aliud erat nisi Spiritus Sanctus, qui intra cor eius per visionem in somnis dixerat istam consolationem.

Gregor. in Luc. 2.

Felicitas huius sæculi fugienda.

1402. 3. RESPONSIO est Galfridi in Allegoriis Tilmanni ad illa verba Prouerb. 28. num. 14. *Beatus homo qui semper est pauidus, vbi ait; ne timeres, quod timueris iustus in quo Spiritus Sanctus erat; non enim erat vacans coram latrone viator, & quomodo non timeres?* Quasi dicat, non semel, sed semper debet esse timoratus vir prudens; quia aduersarius noster Diabolus tanquam leo rugiens, quærit, quē deuoret, vt deuoret. Et addit Galfridus: *Tua credo securitas, aut de inopia, aut de ignorantia est, aut enim deest, quod possit auferri, aut deesse iam putas. Time igitur, vel ob hoc ipsum, quia te inuenis non timentem.* Quasi dicat, valdè ignarus est qui non timet quando putat se aliquid de Deo habere, quia si plus non spectat, pauper, & miser est, si expectat timere debet, ne propter securitatem omnia amittat.

Galfr. in all Tirelman. Prou 28. n. 14. S. Petr. 5. n. 8.

Nemo securus præsumat quia erit ignorans.

DIFFICVLTAS VI.

Quare Simeon accepit Puerum in vlnas suas?

QVæritur, quod Simeon in vlnas puerum acceperit?

1. RESPONSIO est Bedæ in Catena citati, qui ait; *Accepit in vlnas suas Iesum iustus Simeon secundum legem, vt significet iustitiam operum, quæ ex lege erant per manus, & brachia figurata humili quidem, sed salutari fidei Euangelica gratia imitandam.* Quasi dicat, omnia Sacramenta, & legis cæremoniæ vsque ad puerum Iesum peruenire conabantur, ideo senex Simeon posuit illa in manibus Regis, quasi qui tradit Principi futuro de nouo claues ciuitatis, & fortitudinis, vt faciat quidquid Princeps voluerit. Et sic sepeliuit omnia Sacramenta vetera Christus cum honore, teste Ambrosio. 1403.

Beda in Cathen.

Claues ciuitatis Principi Christo dantur.

2. RESPONSIO Origenis hom. 2. *Considera, quanta dispensatio præcesserit, vt filium Dei Simeon mereretur tenere inter vlnas suas.* Quasi dicat, senex erat, & multum vixerat, & multas virtutes habebat, sed tandem præmium superabundans meruit habere in hoc sæculo. 1404.

Origen. in hom. 2.

3. RESPONSIO Caietan. in Euang. *Recipiens Simeon puerum in vlnas suas Spiritu Sancto reuelante cognouit Iesum esse Messiam, & exhibitionem eius quod promissum fuerat nihil vltra expectans videre offert se morti.* Quasi dicat, post impetrata desiderata nil nisi mortem Simeon postulauit. 1405.

Caietan. in Euang.

4. RESPONSIO Gregorij Nysseni in Catena, *Quam beatus ille Sacerdotis ad sacra introitus, per quem ad vitæ terminum maturauit; beatæ manus, quæ Verbum vitæ palpauerunt, & vlnæ quoque, quas ad suscipiendum parauit.* Quasi dicat, cum Origene, & si tu vis tenere Iesum, & amplexari manibus omni labore nitere, vt ducem habeas Spiritum, veniásque ad templum Dei cum fide deuotus. 1406.

Greg Nyss. in catena

Manus absque muneribus, & vlnis Christum suscipiunt.

5. RESPONSIO Accepit senior (inquit Beda in Catena, *Christum, vt insinuet hoc sæculum, quasi senio iam defessum ad infantiam, & innocentiam Christianæ conuersationis rediturum.* Quasi dicat, Sacramentum resurrectionis carnis repræsentatur; quia omnes senes in ætatem plenitudinis Christi in die iudicij sunt apparendi. 1407.

Beda cit. Ad Ephes. 4. n. 13.

Carnis resurrectio figuratur.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXVIII.

AD MORES,

In Caput II. Lucæ,

De Purificatione Mariæ Virginis.

DIFFICVLTAS VII. ad mores,

Quare Beata Virgo ut purificaret se venit in templum?

1408. QVÆRETVR, qua ratione intemerata Virginitas purificauit se?

Beda in litt. cit.

1. RESPONSIO est Bedæ in littera, qui ait; *Benè aduertit Euangelista, quod dies purgationis adimpleti sunt, quia sicut Maria fuit immunis à Viro, ita à lege.* Quasi dicat: ô quam venerandus est locus sacer, & quomodo absque consideratione templa Dei ingredimur.

1409. Olcaster in c. 12. Leu. n. 2. Pythagoras.

Interrogat Oleaster cap. 12. num. 2. in Leuit. *Cur præcepit lex, si fœmina pepererit immunda erit duabus hebdomadis?* Et respondet; *cum sententia Pythagoræ, quid meruistis fœmina, quæ fertis in vbere nectar?* Quasi dicat, quid festinant fœminæ; vbera impudicè ostendere; quia ea causa est, vt immundæ maneant, & quanto impuriores, tanto longiori tempore à sacris abstineant se; quia si ea quæ sine peccato concepta fuit, & conceperat, & pepererat sic arcetur à sacris: Quid faciendum est his, quæ grauissimis criminibus obruta loca non verentur sacra intrare.

Mulieres impudicæ templum non ingrediantur.

1410. S. Gregor. Thaumat. cit.

2. RESPONSIO est Sancti Gregorij Thaumaturgi in littera citati, qui ait: *Aue immaculatum templum cœli, terræ æquiualens, dignumque domicilium.* Quasi dicat: ad quid ô Virgo gloriosa in templum tendis, si ipsa es templum animatum Spiritus Sancti, vbi ab instanti tuæ conceptionis omni gaudio repleta fuisti, quia causatæ tristitiæ particeps non fuisti.

1411. Oleaster. in Leuit. 11. n. 2.

Interrogat Oleaster, *Quare fœminæ post partum tot tantisque diebus ab egressu templi prohibebantur?* Et respondet; *Voluit enim Dominus hac legis seueritate, vt si de prole gauderent fœminæ, de immunditia, & irregularitate tristarentur.* Quasi dicat, qui in conceptione voluptatibus carnalibus replentur tristitia prohibitionis in templum repleantur. At Beatissima Virgo semper quasi templum Spiritus Sancti læta fuit, quia semper intemerata, & inaudita eius pudicitia fuit Angelis purior.

Voluptas exceptionis tristitia soluitur partus.

B. Virgo Maria Angelis purior.

3. RESPONSIO est Hugonis. *Virgo Maria in templum tendit in cumulum obedientiæ, quia plus fecit, quam debuit.* 1412. Hugo cit.

Interrogat Abulensis in cap. 3. 1. Reg. 5. 1413. Abulens. in c. 3. 1. Reg. 5.
Cur ter vocatus puer Samuel ab Heli magistro suo, cucurrit ad Heli, & dixit: ecce ego, vocasti me? Et respondit, *satis acutè, quia vt puer Samuel has difficultates non curat, sed simpliciter obedit.* Vnde Sanctus Gregorius in libr. 1. Regum ait: *Puer humiliter homini subiectus, atque ad obedientiæ ardua sublimatus, dum vocatus accessit, iussus redijt.* Quasi dicat, quid aliud in hoc nobis insinuatur nisi altissimæ forma obedientiæ? Vera namque obedientia, nec præceptorum intentionem discutit, neque præcepta discernit; nescit enim iudicare quisquis perfectè didicerit obedire, vt hinc aduertamus etiam si res contrarias, & importunas nobis superior imponat, quasi geniti modo infantes sine dolo lac obedientiæ, cæcis oculis à mamillis arripere. Ideo de Beata Maria dicitur, quod cumulata obedientia tendit in templum.

S. Gregor. in lib. 1. Reg.

Auctoris menti.

Obedientia cumulata in B. Virgine.

4. RESPONSIO Galfridi Abbatis. 1414. Galfrid. cit. in littera.
Meritò Maria legem purificationis seruat, vt in se legem filij sui quam alius dederat adimpleret. Quasi dicat, *Non quia Mater Dei Maria erat priuilegiis legis purificationis voluit dispensari, sed ipsa prior existit in eius obseruantia, quia differentiæ, & exceptiones personarum, maximè inter Religiosos causa ruinæ Religionis est.*

Interrogat Rupertus, in Osæam Prophetam, *Quare diuisum est Regnum Israel?* Et respondit cum cap. 10. Oseæ num. 7. *Quia transire fecit Samaria Regem suum quasi spumam super faciem aquæ.* Quasi dicat, cum Regnum, vel communitas incipit habere differentias personarum, & quidem vt spumæ crescere, *Bullásque erumpere, & emergere, vt non crescant, neque appareant, neque elucidant, & honorificentur, sed emergantur, & pereant, sine honore, & cum differentia in cibo,* 1415. Rupertus in Oseam. Oseæ c. 10. n. 7.

Differentia inter Religiosos in cibo, & vestium causa ſuing. potu, & exemptionibus, ſine dubio talis Reſpublica peribit. Verba Ruperti ſunt. *Superiores aquæ in ſpumam, bullaſque erumpunt, ipſaque bullæ ſubſilientes, colliduntur, & aliis emergentibus, aliæ crepant, & diſſiliunt, ita Samaria, vel decem tribus iugi ferventes igne diſcordia Reges alios ſuper inferiores erearunt, & diviſi perierunt.* Quaſi dicat, nulla res ita nociua communitati, quam differentia propter ſingulares reſpectus. Ideò Beata Virgo prima voluit legem ſui filij adimplere, vt omnibus eſſet norma formáque, & exemplum æqualitatis in adimplendis præceptis.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare dicitur, poſtquam impleti ſunt dies Purgationis Mariæ?

QVæretur, quare tam immediatè impletis diebus purgationis Mariæ venit in templum ſine mora?

1416. *Bern. cit. in litt.* 1. RESPONSIO fuit Bernardi in littera citati: *Vt promptam obedientiam nobis inſinuaret.* Quaſi dicat, ita propria erat Virginis obedientia, vt non ſolum vigilans, ſed dormiens cura, & ſolicitudine promptæ obedientiæ euigilabat, quomodo dilecto ſuo placeret obediendo. *Idem ſer. 52. in Cant.* Quare introducit idem Bernardus ſerm. 52. in Cant. *Mariam quaſi dormientem, & euigilantem, & dicentem en dilectus meus loquitur mihi*, Cant. 2. num. 10. *Cant. 2. n. 10.* Quaſi dicat. *Sopor obedientis cordis interiorem ſenſum illuminat, & cura, & ſolicitudine ſomnias id quod euigilans tractat & cum ad obediendum ſemper Virgo ſacrata eſſet parata, & præmeditans, etiam ſoporata inobediendo meditabatur.* *Verè obediens dormiendo cogitat obedire.* *Iſtius vitaliſque ſopor* (inquit Bernardus,) *ſenſum interiorem illuminas, & reuera dormitio eſt quæ tamen ſenſum non ſopiat, ſed abducat.*

1417. *Hugo Car. citat.* 2. RESPONSIO Hugonis Carenſis, qui ait, *Quod Maria Mater Ieſu puerum portabat in brachiis ſuis; puer autem Matrem ad obediendum regebat.* Quaſi dicat, quod Maria portans filium ad templum cumulabat meritum obedientiæ; quia etiam ſi cor Virginis in affectu ſemper fuit ſpeculum obedientiæ, & omnium virtutum, tamen operando augebat merita. *Quilibet actus exterior obedientiæ cumulat gratiam.*

1418. *S. Ambroſ. ſerm. 4. in Pſ. 118. Iſ. c. 6. n. 8.* Interrogat Sanctus Ambroſius ſerm. 4. in Pſalm. 118. *Quare interrogauit Deus coram Iſaia, quem mittam, & quis ibit nobis*, ita cap. 6. num. 8. Et reſpondit, *Vt à Propheta ſuo audiret reſponſum. Ecce ego, mitte me.* num. 8. Quaſi dicat, quamuis promptam voluntatem obedientiæ cognoſceret Deus in ſeruo ſuo Iſaia; tamen voluit vocem eius audire, qua tantum delectabatur, vt ei gratiam cumularet; nam vt dicit Gregorius in Euangelia loquens de Magdalena; *Iterum, atque iterum ſepulchrum dilecti ſui aſpicientis; quia amanti ſemel aſpexiſſe non ſufficit.* *Gregorius in Euang. Vis amoris ſemper delectare amata.* Sic vox obedientiæ tantum placet Deo, vt non ſolum corde, & voluntate, ſed verbis, greſſibus, & omnibus exterioribus demonſtrationibus delectatur. Audiatur Ambroſius citatus in Pſalm. 118. *Amb. cit.* *Seruulo ſuo, (id eſt, Iſaiæ) poterat imperare, quem dignum, qui mitteretur, nouerat. Sed maluit eum ſpontaneæ oblationis non fraudare mercede; qui vt ipſe ſe offerret præſtolatus eſt, & quamuis eius ſciret affectum, expectauit tamen vocem, vt cumularet gratiam.* Ideò Maria properans ad purgandam in templum tendit, vt greſſibus obedientiæ ſuæ ſponſo ſuo placeat, & plena gratiæ magis, ac magis cumuletur.

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quomodo impletum ſit omne maſculum adaperiens vuluam ſanctum vocabitur?

QVæretur, quomodo in Virgine adimpletum eſt omne maſculinum adaperiens vuluam ſanctum Domino vocabitur?

1. RESPONSIO eſt Gregorij Nyſſeni citati in littera: *Hoc autem legis decretum ſingulariter, & ab aliis differenter implere videtur.* 1419. *Greg Nyſſ. in lit. cit.* Quaſi dicat, in partu, & in legis adimpletione quantum ad purgationem fuit ſingularis, & ſine exemplo Maria, & qui de eius deuotione gloriantur ſingulares in honeſtate debent procedere. Vnde Chryſoſtomus ſerm. de Beatæ Virginis Mariæ: *Quicumque eſtis Virgines ad Matrem Domini confugite; illa enim pulcherrimam, pretioſiſſimam, & incorruptibilem poſſeſſionem patrocinio ſuo vobis conſeruabit.* *Chryſoſt. ſerm. de B. V. M.*

1420. *Guarr. Abb. ſer. 4. de Aſſumpt.* Interrogat Guarricus Abbas ſerm. 4. de Aſſumptione Beatæ Mariæ: *Quare Chriſtus Dominus in cruce pendens matrem ſuam Ioanni Euangeliſtæ commendauit, & tam glorioſo titulo eum honorificauit, dicens Matri ſuæ, Ecce filius tuus.* Ioan. 19. num. 27. *Ioann. 19. n. 26.* Et reſpondet, *Quia Virgo Maria languebat amore dilecti filij, & tormenta crucis in corde transfigebantur, & neceſſe fuit, vt fulciretur, & mederetur floribus, & virtutibus Virginitatis Sancti Ioannis, vt adimpleretur, quod* Cant. 2. *ſcriptum eſt, fulcite me floribus, quia amore langueo.* *Virgines, & omnia ante ma Virgine Maria fulciuntur. Cant. 2. n. 5.* Quaſi dicat; floribus quibus fulciri amans Virgo quærit, Virgines ſunt, & caſti; quia eſt ſingularis Virgo Maria, & ſic quæret ſeruos, & amicos in ſingulari caſtitate. *Decens namque erat*, inquit Guarricus citatus, *vt non niſi Virgo deſeruiret, quatenus, & Virgo Beata diuino languens præ amore floribus fulciretur caſtitatis.* *Guarr. cit. Auctoris mens.* Quaſi dicat, fruſtra gloriantur Virgines fatuæ titulo filiarum Beatæ Mariæ, ſi oleum honeſtatis in vaſis ſuis habere noluerunt.

1421. *Euthym. cit.* 2. RESPONSIO eſt Euthymij citati in littera: *Chriſtus ſolus nondum apertum ſupernaturaliter aperuit, & clauſum naturaliter conſeruauit.* Quaſi dicat, veros amatores caſtitatis diligit

Stultæ Virgines vt luna mutantur. diligit Virgo Maria. Sed expedit quod non sicut luna habeant variationes, vna die sint casti, & altera impudici, corpore abstinentes, & mente polluti, sed infatigabiliter auxilium quærant, & petant à gloriosa Virgine vsque ad diem mortis, quia reuera hostis opprimit, & *Anonym. citat. in vmbra Virgin. lib. 4.* colliditur. Vnde superscriptio sepulchri Virginum, teste Anonymo est:

Turba Virginea
Quæ transcendit carnis obstaculum
Colles transiliens.

1422. *Hieron. cit.* Vnde interrogat Sanctus Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, *Quare Iosue, qui neque vxorem habuit, neque filios, post mortem sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare* Iosue 24. num. 40. *Iosu. 24. n. 40.* Et respondit, *quia Thamnathsare interpretatur Virginum operimentum. Sepelitur autem in perfectissimo principatu, siue in numero operimenti noui, vt Virginum significaret greges Saluatoris auxilio coopertos.* *Epitaphium sepulchrorum Virginum.* Quasi diceret, peritent Virgines, & esse desinerent nisi sponsi sui auxilio operirentur; qui vero agnum sequuntur, per Virginem Matrem, honorantur, & sepeliuntur in perfectissimo principatu Regni cœlestis, & hoc Epitaphio fruuntur, Virgo Maria operimentum est Virginum.

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quare in Purificatione pro Christo hostia offertur par turturum, &c.

QVæretur, quare Creator omnium rerum hostias in templo offert?

1423. *Cyrillus. in litt. cit. 2. Cor. 8. 9.* 1. RESPONSIO est Cyrilli in littera citati. *Hostiam offert, qui per singulas hostias honoratur.* Quasi dicat ille, qui cum diues esset, pro nobis tam pauper, & egenus factus est, vt hostiam in templo offerret, vt diuites doceret, quomodo deberent diuitias pauperibus erugare, & templa honorare.

1424. *Oleaster. in Leuit. c. 12.* Interrogat Oleaster, in Leuit. 12. *Quare lex præcipiebat, quod si non poterit agnum offerre, offeras par turturum aut duos pullos columbarum?* Et respondit, *docet pius Dominus legislatores pauperum semper in suis onerosis legibus habere rationem, vt in collectis, &* *Diuites in Gabellis ditiores fiunt.* *anguriis, non sicut diuites grauentur. Sed nunc omnia hæc confusa, & inuersa sunt; vbique enim vexantur pauperes; diuites vero ab huiusmodi oneribus exempti sunt. Sed est, qui ex vsuris,* *Ps. 71. n. 14.* *& iniquitatibus redimat animas eorum, & animas pauperum saluas faciet?* Quasi dicat: ô infelix Regnum, & Respublica misera, vbi tot calamitates, & quas Deus propter peccata diuitum, & potentatuum immittit, pauperes, & *Bella propter scelera diuitum eueniunt, quia pauperes solumm ndefinuntur.* viduæ portant humeris suis onera belli, & commotionum Regnorum; quia diuites granaodo pauperes, non solum ipsi non grauantur, sed plus ditantur, quia participes facti sunt vsurarum, & ex quibus omnia officia faciunt venalia. *Sed ô miseri & pauperes auscultate me, & consolamini; quoniam, cum diues factus fuerit homo, peribit, & cum eo omnis gloria eius; Gemitus autem pupillorum, & egenorum exaudiet Dominus, & redimet eis animas eorum ex iniquitatibus, & vsuris, & dentibus suis, diuites frement, & tabescent dicentes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij; nos insensati vitam illorum, &c.* *Ps. 48. n. 18. Ps. 11. n. 6. Ps. 111. n. 10. Sap. 5. n. 3.*

1425. *Cyril. cit.* 2. RESPONSIO eiusdem Cyrilli citati, qui ait: *Turtur loquacissima est, columba animal mansuetum; quia Christus vt agnus mansuetus totum orbem sua doctrina illustrauit.* Quasi dicat: prima regula perfectionis est de rebus cœlestibus, quasi turtur loqui, & de temporalibus tacere: Vnde noster D. Bonauentura Opuscul. de perfectionibus vitæ, *S. Bonau. opusc. de perfect. vitæ c. 4.* cap. 4. ait: *Argumentum quasi infallibile est, vt si sit homo in Theutonia, & non loquatur Theutonicè, videtur, quod non sit Theutonicus. Sic qui est in mundo, & mundana non loquitur, euidenter demonstrat se in mundo non esse; qui enim de terra est, de terra loquitur.* *Ioan. 3. n. 31. Matth. 6. n. 21.* Quasi dicat; *Vbi enim est thesaurus hominis, ibi, & cor eius.* Et si Religiosus in mundo est, de mundo loquitur; frequenter si impudicus, impudicè; si ambitiosus de dignitatibus, & *Loquax & ambitiosus semper mouentur.* quasi turtur, & hirundo garrulat, huc illúcque discurrens, perpetuóque motu ambiens, vt consequatur officia, & dignitates, & nunquam quiescit, sicut loquax nimis, nunquam tacet.

1416. *D. Laur. Iust. c. 15. de perfect. monast.* Vnde Diuus Laurentius Iustinianus cap. 15. de perfection. monast. conuersationis: *Sed proh dolor, quot serui Dei, quæ proprio congruunt statui audire, vel loqui, non curant, & plurimum, tacent propria, & vtilia, & de alienis proloquuntur negotiis, & cum varia audiunt, & scurrilia loquuntur, intenti sunt. Cum vero spiritualia citò fatigantur, & persæpè miserabiliter merguntur somno.* *Numer. 11. n. 5. Religiosi de mundo non loquuntur.* Quasi dicat, *Multi sunt monachorum similes Hebræis ad diuina eloquia, & spiritualia, nauseantes, & cœleste manna fastidiantes, & ollas Ægyptias adspirantes, propter quod Dauid dicebat*, Psalm. 16. num. 4. *Ps. 16. n. 4.* *Non loquatur os meum opera hominum* Quasi dicat, grandi supplicio dignus est Religiosus, qui cum toties in domo Dei audiat eloquia sancta in *Puniendi nimis Religiosi non attenti.* mensa, altari, choro, & Ecclesia, & orando, & cantandu legendo, & prædicando, istis prætermissis loquatur, quæ mundi sunt, quia os habet in mundo. Quare quasi antidotum contra istud vulnus Beata Virgo Maria, cum sit Mater misericordiæ pro eis offert in templo turturem quasi in holocaustum pro illis qui nimis loquuntur.

1427. *S. Bern. cit.* 3. RESPONSIO est Sancti Bernardi citati in littera. *Sicut columba candida grana eligit, sic tu ex Scripturis Sacris meliores sententias elige.* Quasi dicat, candidè, & simpliciter debet homo iudicare de omnibus rebus, & si praua; & illicita pro vna parte res videatur & pro alia bona, candida grana eligat ad iudicandum, sicut columba ad comedendum.

1428. *Oleaster in* Interrogat Oleaster, quare Leuitic. cap. 14. num. 38. *Præcipiebat Deus, quod cum homo fuis-*

Leu. c. 14. n. 18. Translat. Pagnin. *ſet plenus in cute carnis lepra, vel ſcabie*, ait textus iuxta tranſlationem Pagnini, *Claudere faciet ſeptem diebus?* Et reſpondet; *quia ſunt homines, qui ea facilitate alios de malo iudicant, ac ſi quæ in corde eorum ſunt eo acumine viderent, quo Deus ſcrutatur renes, & corda, quos locus iſte arguere videtur qui non permittit Sacerdotem faciliè hominem iudicare, ſed prius multus recludere, & iudicium ſuſpendere.* Quaſi dicat, ſi Dominus non ſinit Sacerdotem ſuum ſtatim de lepra, quam oculis cernit decernere, quomodo te permittet de cordis malitia proximum temere iudicare? Nolite ergo ô vos homines qui cuncta malitiosè iudicatis, *Nolite condemnare, & non condemnabimini, quoniam quo iudicio iudicaueritis iudicabimini*, & ſi grana candida, vt columba eligatis, etiam bona quæ in vobis ſunt, cæteri enarrabunt; etſi è contra ea tacebunt, & lepram, & ſcabiem publicè prædicabunt.

Matt. 7. n. 1. — *Iudicia noſtra candida ſicut grana quæ legit columba.*

1429. Beda cit. 4. RESPONSIO eſt Bedæ in littera citati, qui ait: *Columba cum gemit non ſola ſicut turtur, ſed congregatim volat, & publicos Eccleſiæ conuentus inſinuat, cum publica peccata cognouerint, &c.* Quaſi dicat, ſecreta peccata ſicut turtur in ſolitudine gemenda ſunt, ſed publica publicè, ſicut columbæ congregantur in aliis diuerſis, & gementes volitant per aëra. Sic remedia ad cœlum petenda ſunt.

Columba peccatorum incorrigibilium ſymbolum.

1430. Oleaſter in Leu. c. 13. n. 12. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaſter, quare dicitur Leuit. 13. *Si operuerit lepra omnem carnem plaga claudere non facies eam?* Et reſpondit, *quia ſicut quædam, ita apertè mala, vt de eis nobis permittatur iudicare: nam mirum valde fuerat hominem iudicari mundum, ſi totum eius corpus ſcabie eſſet infectum.* Vnde Ieremias dicit cap. 7. n. 4. *Nolite confidere in verbis mendacibus dicentes, templum Domini, templum Domini eſt.* Quaſi dicat, odiuit anima mea Kalendas veſtras, quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt, id eſt, putabant Iudæi omnia tuta eſſe, quoniam templum Dei habebant, & Kalendas, cæremoniáſque legis celebrabant; ſed quia muneribus, & pecunia manus eis plenæ erant ex vſuris, & iniquitatibus odioſi erant apud Deum, & publicè à prophetis reprehendebantur. Sic ſunt modo multi Chriſtiani in dignitate conſtituti cæremonioſis vitiis onuſti, & ambitione, & muneribus manus plenas habentes, qui ſecurè degunt, & viuunt, & ad altare accedunt, & ſacra inter manus quotidie offerunt Deo, ſed odioſæ ſunt eorum Kalendæ apud Deum, quia manus eorum ſanguine Innocentium, & pauperum plenæ ſunt. Neque iſtorum peccata iam ſufficit ſicut turtur plorare in ſolitudinibus, & deſertis; ſed ſicut columbæ congregantur volitando, & gemendo ad cœlum remedium poſtulantes. Sic ſancti Viri in plateis, & Eccleſiis debent ad Deum clamare pro iſtorum remedio. Ideò Beata Virgo hoſtiam offert, non turturum ſolum, ſed & duos columbarum pullos hoc inſinuans.

Ier. 7. n. 4. — *Manus miniſtrorum muneribus plenæ odioſa apud Deum.* — *Prælati ſine timore Dei ſanguine plenæ ſunt.* — *Peccata publica publicè dicenda.*

***

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quare Simeon expectabat redemptionem Iſraël?

QVæritur, quare Simeon ſolus expectabat redemptionem Iſraël?

1. RESPONSIO fuit Sancti Ambroſius in littera citati, qui ait, *Quia erat iuſtus, & timoratus qui non ſuam, ſed populi gratiam requirebat.* Quaſi dicat, quod miniſtri, & ſuperiores recti non ſibi diuitias, & delectamenta, ſed communitati quærere debent. 1431. S. Ambroſ. citat.

Interrogat Rupertus, quare Ioannes Euangeliſta Apoc. 5. n. 7. *Vidi agnũ tanquam occiſum, qui accepit de dextera ſedentis in throno librum?* Et reſpondit, *quia liber continebat res ſpirituales, & nomina prædeſtinatorum, & ſic agnus, & qui illum ſequuntur, qui ſunt miniſtri, & redempti ſanguine eius ſolum de rebus æternis curant; temporalia ad ſiniſtram exhibentes ſicut in* Prou. dicitur 3. num. 16. *in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria.* Vnde Rupertus loco citato: *Bonum exemplum cunctis præbuit diſcipulis Chriſtus, & credentibus in ſe, nihil diuitiarum, aut gloriæ quærerent in ſæculo.* Quaſi dicat: attendant omnes, qui gregem Domini adminiſtrant, & regunt, quod ſi iuſti ſunt, & timorati, non debent ſibi adquirere, ſed ad populorum vtilitatem; & ideò nomen æternum iuſti adquirent, ſicut Simeon timoratus, quia non ſuam ſed populi gratiam, expectabat, id eſt, redemptionem Iſraël. 1432. Rupertus in Apoc. 5. n. 7. *Præſul & iudex quæ ſunt Reipublicæ quærans.* Prou. 3. n. 16. *Recti quare timorati dicuntur.*

2. RESPONSIO eſt Gregorij Nyſſeni in littera citati, qui ait: *Non vtique mundanam fœlicitatem in conſolationem Iſrael Simeon expectabat, ſed veram tranſlationem ad veritatis decorem.* Quaſi dicat, iuſtus quiſque de temporalibus caſibus proſperis, vel aduerſis non triſtatur, neque lætatur; quia ſcriptum eſt: *Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit*, Prou. 12. n. 21. Vnde Hugo Cardinalis in hunc locum: *Sicut accidens abeſt, & adeſt abſque ſubiecti corruptione, ita & præſens proſperitas & tribulatio viro iuſto adeſt, & abeſt præter eius triſtitiam, & conturbationem.* 1433. S. Gregor. Niſ. cit. Prou. 12. n. 21. Hugo Car. in Prou. 12.

Interrogat Tertullianus lib. de patient. cap. 7. quare Rex Dauid dixit Pſ. 37. n. 7. *Miſer factus ſum, & conturbatus vſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar?* Et reſpondit; *quia omnia temporalia eius animum faſtidiabant, & lacerabant, & excedere ſpiritualia pugnando curabant.* Vnde Africanus, ait: *Alienum quærimus cum alienum amittimus, & dolentes ægrè ſuſtinemus, qui damni impatientia concitatur terrena cæleſtibus anteponendo, de proximo in Deum peccat: ſpiritum enim, quem à Domino ſumpſit ſæcularis rei gratia concutit.* Quaſi dicat, *Domini eſt terra, & plenitudo eius*, Pſ. 23. n. 1. Ergo noſtra in hoc mũdo nõ ſunt. Si ergo ſunt aliena, de quo cõtriſtamur aduerſis vel proſperis; propriũ enim Chriſtianorum eſt regnum cœlorum: quia cohæredes ſumus filij Dei, & qui de terrenis rebus triſtatur, gratiam, quam Spiritus Sanctus illi dedit amittit continuò: *Totum licet ſæculum pereat, dum patientiam lucrifaciam:* (concludit Tertullian. Quaſi dicat, *fœlicitatem huius mundi*, non ſpectemus ſicut S. Simeon, ſed decorẽ veritatis æternæ contẽplemur, & patientia ſemper lucri faciet nobis. 1434. Tertull. lib. de Pat. 7. Pſ. 37. n. 7. Pſ. 23. n. 1. *Alieni, & peregrini, ſunt homines in hoc mundo.* *Triſtitia facit impetum.* Tertull. cit.

3. RESPONSIO

1435. Galfrid. in litt. cit.

3. RESPONSIO est Galfridi in littera citati, qui ait: *Beatus homo, qui semper fuerit pauidus.* Quasi dicat, est timor perfectus in viro spirituali, qui semper cupit nimis in mandatis Dei, & quamuis innumera bona faciat, semper est timidus, & pauidus, si forte Deum gratum habeat, dequo dicitur, *Beatus vir qui timet Dominum.* E contra vero peccatores ita intrepidi sunt, quod neque iudicium timoris diuini, sed in vanitatibus enutriti à iouentute præcipites vsque ad inferna descendunt.

Ps. 111. n. 1.

1436. Oleaster in Leu. 14. n. 6. Translat. Pagnin.

Interrogat Oleaster, *Quare præcipiebat Deus, quod pro leproso, & scabie pleno Domus sanguine passeris purificaretur*, Leuit. cap. 14. num. 6. *Purificabit domum in sanguine passeris?* Et respondet; *quia cuncta sanguine Christi mundantur. Et si mundati, timidi, & pauidi sunt volitant sicut passer ereptus de laqueo venantium; qui vero intrepidi, & sine timore Dei veniunt in sanguine proprio inquinantur.* Audi Isaiam cap. 63. num. 3. *Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia vestimenta mea inquinaui.* De iustis vero dicitur Apocalyp. 22. num. 14. *Lauerunt stolas suas in sanguine agni* Quasi dicat, omnia immunda peccatorum sine timore viuentium in ira, & furore Domini, & in vindicta sanguinis mundabuntur: Sed sanguine passeris (Christi scilicet, mundati sunt, & pauidi, & timorati permanserunt: isti trementes, & feruentes in amore Dei duabus alis volitant sicut columbæ, & volando per contemplationem requiescunt in amore Dei; quia scriptum est: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam*, Psalm. 54. num. 7. *Pennas, scilicet, amoris & timoris Dei, quibus semper pauidi, & amore feruentes persistunt*, vt Galfridus insinuat.

Scelerati sine timore Dei sanguine maculantur. Is. c. 63. n. 3. Apoc. 22. n. 14. *Viri timorati passeres volantes.* Ps. 54. n. 7. Galfrid. cit.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quare accepit Simeon puerum in vlnas suas?

QVæretur, quare Simeon in vlnas, & in brachia puerum accepit?

1437. Beda cit. in lit. Luc. 18. n. 1. *Opera enim sequuntur Christianos.*

1. RESPONSIO fuit Bedæ in littera citati, *Vt significaret iustitiam fidei per opera manuum, & vi brachiorum perficiendam.* Quasi dicat, oportet semper laborare, & nunquam deficere, ne fortè grauentur corda nostra ebrietate voluptatum, & hæreticis adhæreamus, cogitantes peruersè, quod sola fide agni Dei, & in sanguine eius saluandi sumus sine operibus, quia vt impij falso allegant copiosa, & sine nostris operibus est apud Deum Redemptio.

1438. Oleaster in Leuit. 14. n. 21.

Interrogat Oleaster, quare Leuit. 14. n. 21. *Præcipiebat Deus, quod leprosus mundatus à lepra offerret agnum? Si Pauper fuerit (inquit textus) accipiet agnum vnum?* Et respondit, *Quia sunt multi ita pauperes intellectu, quod in perpetuo motu, & fluxu peccare non cessant, & in sanguine agni existimant dealbari sine bonis operibus; propter quod eadem lex præcipiebat, quod septem vicibus spargeretur oleo coram Domino.* Leuit. 14. num. 24. *Oleum autem misericordiam insinuat; misericordia autem pænitentiam denotat: nam scriptum est, nisi pænitentiam egeritis, &c.*

Leuit. 14. n. 24. Apoc. 2. c. 5.

1439. Dicitur, quod pauper accipiat agnum, quia sunt impij homines, qui solum erga Deum paupertatem ostentant, ad cibos autem ludósque perpetuos, & sacrilegos, & scandalosos, ad vanitatem, & fornicationes, cæteráque vitia diuites se ostendunt; sed ad eleemosynam tribuendam paupertatem, & miseriam proclamant; & isti quamuis in Baptismo Iesum in manibus acceperunt; tamen quia manus lassas, & fragiles habuerunt, Christum eiecerunt, & ipse è manibus eorum elapsus est.

Pecunia ad ludos nunquam defuere.

1440. Origen. cit.

2. RESPONSIO est Origenis in littera citati, qui ait: *Considera, quanta dispensatio præcesserit, vt filium Dei Simeon mereretur tenere.* Quasi dicat, labores tantorum annorum in sene Simeone attende, vt mereretur tenere in omnibus Iesum; quia grauissimis pœnis, & tormentis puniendi sunt, qui tota die otiosi existimant Regnum Dei possidendum, sicut qui pœnitentiis, ieiuniis, & orationibus perpetuo operantur. *Deus meus* (dicebat Dauid) Psalm. 82. n. 14. *Pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti*: & si interroges, qui sunt isti qui tam crudeliter plectendi sunt, & quare in rota, & stipula ante faciem venti? Respondeo: qui dicũt, *Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.* Quasi dicat: *Isti sunt impij, scelerati, & Principes nobilitate præditi, qui sicut mulus, & equus carent intellectu, & bibunt sicut aquam iniquitatem, & non est iniquitas, noctu diúque, quam non operentur, & putant se regnum Dei, quod violenti, & pænitentes rapiunt solum hæreditate materum suorum possidendum. Meritò istos vt rotam ponit Deus; quia Ezechiel vidit rotam in medio rotæ.* Vnde teste Ambrosio: *rota intra rotam est vita intra vitam, quia qualis inferior sic, & superior, & qualis Pater talis filius*: nam isti, qui in concilijs impiorum ambiunt; ita vita illorum est inferior, sicut & superior; quia in prima ætate, & in secunda, & tertia, & nona semper eodem modo viuunt, & tandem vim habent, sicut stipula ante faciem venti, quia repentina morte ferè semper moriuntur.

Per magnos labores ad Christũ peruenitur. Ps. 82. n. 14. *Auctoris mens.* Ps. 82. n. 13. Matth. 11. n. 12. *Mente capti qui sine labore Deum videndum putant.* Ezech. c. 1. n. 1. Amb. cit.

1441. S. Ber. ser. 1. de verb. Is. Is. c. 53.

Interrogat Bernardus serm. 1. de verb. Isaiæ quare cap. 6. num. 2. dicitur in Isaia: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.* Et cap. 53. num. 2. ait, *Vidimus eum, & non erat aspectus in eo?* Et respondit, *intuere prius exaltatum in deserto serpentem, si videre desideras Deum in solio residentem.* Quasi dicat, plusquam insanus est, & mente captus, qui existimat videre Deum in sede maiestatis si prius in cruce exaltatum non imitetur per labores, & opprobria, quæ exprobrantium ceciderant super eum. Ideo Beda de Simeone testatur, quod longa temporum, & laborum dispensatio præcesserat antequam Christum in manibus teneret.

Ps. 68. n. 10.

1445. Caietan. cit.

3. RESPONSIO Caietani citati In littera, *Nihil iam expectans Simeon offert se morti.* Quasi dicat; *Mortem quam toto tempore vitæ suæ Simeon præmeditatus fuerat videndo Christum expectat.* Vnde scriptum est Sap. 4. num. 7. *Iustus*

Sap. 4. n. 7.

Anast. Niz. q. 17. *Mortes repentinæ ex quo proueniunt.*

stus autem si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Vnde Anastasius Nizenus quæst. 17. ait, *Quod iusti solent repentina morte perire, vt à laboribus requiescant, vt Simeon; sed etiam mali repente moriuntur, vt timeant mortales, ne idem patiantur, & etiam, vt aliquando iusti à leuioribus noxis, quas vt homines contraxerunt per hanc mortis violentiam expurgentur.* Vnde Ambros. lib. 3. exameron ait: *Viret gloria hominis in carne, quasi fœnum, & quæ putatur esse sublimis exigua quasi herba est.* Quasi dicat, Iuuenes, & Virgines adolescentulæ quæ ætate virescunt pluries sicut fœnum perire videmus. Vnde Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei cap. 22. *Quis ambulat vbicumque non inopinatis subiacens casibus? Quid videtur sedente securius? De sella in qua sedebat Heli cecidit, & mortuus est, ideo Simeon viso Domino mortem bonam desiderans, periit.*

Ambrosl. lib. 3. exameron. Aug. lib. 2. de ciuit. Dei c. 22. *Repentinæ mortes casibus subiectæ.* 1. Reg. c. 4. n. 13.

1443. Origen. cit.

4. Responsio est Origenis in littera citati, *Si tu vis tenere Iesum, & amplexari manibus labora, vt deuotus venias ad templum cum illo.* Quasi dicat, nulla hora sit, in qua obliuiscaris mortis, & sic manebis semper timidus, & deuotus. Vnde Gregor. Nazian. orat. 40. in Sanct. Baptisma ait: *Si hodiernum, diem semper prateriens, crastinum obserues paulatim differendo quanto in periculo verseris.* Bernard. serm. de Villico, *Mors ipsa est crux horribilis ad quam quotidie festinas, & non attendis. Vide quomodo mors te crucifigit, crura distendunt manus, & brachia decidunt, pectus anhelat, ceruix languescit, labia spumant, oculi stupescunt, vultus horrescunt, facies exudat morte tacta pallescit. Et hæc vtique quæ videmus de foris, & quæ sentimus leuia sunt, ad ea quæ intus anima miserabilis iam prægustat.*

Naz. or. 40. in S. Bapt. Bern. ser. de Villico. *Semper mors expectanda.*

1444. Aug. lib. 2. de ciu. c. 22. *Semper mors expectāda est.*

Vnde Augustinus lib. 2. de ciuit. cap. 22. ait, *Nemo securus, nemo indeuotus incedat, quia etiam ipsa adiumenta, & medicamenta tormenta sunt, vt homines à pœnarum exitio pœnali crucientur auxilio.* Quasi dicat, frustra potentes, & supremi superiores medicis, & medicinis aliquando vtuntur, & chaconimice laborant, quærendo remedia ad conseruandam salutem; quia multoties ipsa remedia causæ sunt mortis, vt discamus remedia salutis æternæ attentè quærere, & nimis deuoti, & timidi semper sicut Simeon templum assistere, & incessanter quærere Iesum, & in manibus, pectore, & anima semper eum portare.

Chaconimici semper pauidi mortis sint.

1445. Beda cit.

5. Responsio est Bedæ in littera citati, qui ait: *Accepit senior puerum, vt insinuet hoc sæculum senio iam defessum ad infantiam rediturum.* Quasi dicat, qui miserias, & malitias huius sæculi attentè respicit, quomodo senescentem, & caducum mundum relinquere non cupiet? in eo scilicet desiderio, quo Apostolus Philipp. ait: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Quasi dicat, reste Tertulliano lib. de patientia cap. 9. *Mori commune votum est Christianorum, quia desiderant, & expectant resurrectionem mortuorum.* (Ergo inquit Africanus) *si alios votum consequi impatienter dolemus, ipsi consequi nolumus.* Quasi dicat, sæculum senescens nescio, cur tam inflexibiliter ab hominibus amatur; quia sic consideratio mortis nos terret

Ad Phil. 1. n. 3. Tertull. lib. de Pat. c. 9. *Qui mortem timent mala faciunt.* Eccl. 41. n. 1.

& vociferamur dicentes: *O mors quam amara est tua memoria. Quasi sæculum æternum non expectemus.* Vnde Hieronymus dicebat in Epitaphio: *Non tam plangendus est, qui hac luce caruit, quam gratulandum ei, qui de tantis malis euaserit.* Hieron. in Epith.

Vnde reste Ambrosio de fide Resurrectionis *Laudat nationes, nescio quas, quæ ortus hominum lugerent, obitusque celebrarent; nec imprudenter eos qui in hoc vitæ sæculum venissent mærendos putabant; eos vero, qui ex istius mundi procellis, & fluctibus emersissent, non iniusto gaudio prosequendos arbitrabantur.* Vnde Chrysologus serm. 63. *Mors quando ab Eua prouisa est; tunc lamentandi materia fuit; nunc vero facta est virtutis occasio; quia tunc ad pœnam peccantis data est, nunc permissa est resuscitantis ad gloriam. Tunc tartarus inuenit hominem, nunc amittit.* Quasi dicat, talis est mundi malitia, & hominum astutorum nequitia, quod si possibilitas afforet, sola hac temporali consideratione vt mundum positum in malitia non relinquerent, contenti essent. Sed quid iusti hoc audientes, dicant, audiamus. 1446.

Ambros. de fide Resurr. Chrysolog. ser. 63. *Propter astutorum malitiam mundus debet fastidiari.*

1447. Tertul. lib. de pat. c. 9.

Tertullianus lib. de patientia cap. 9. *Cum constet de resurrectione mortuorum vacat dolor mortis, vacat impatientia doloris.* Quasi dicat, quis mundum caducum, & senio defessum amittere sentit? Et respondet Sanctus Gregorius in Euang. *Exire de corpore trepidat ille, qui Christum expectat, quem semper offensum, & inimicum habuit; qui vero de sua retributione securus est exire de corpore desiderat; quia lætus Christum iudicem expectat, cui seruiuit, & quem amauit.*

Impius exire de corpore trepidat.

1448. S. Hieron. ep. 3. ad Heliodorum.

Interrogat S. Hieronymus epistol. 3. ad Heliodorum, quare dicitur de morte Moysis Deuteron. 34. n. 8. *Quod fleuerunt filij Israel in campestribus triginta diebus. De Iosue vero typo nouæ legis de vita decedente,* dicitur Iosue 14. n. 30. *Quod filij Israel sepelierunt eum, sed non fleuerunt?* Et respondit: *Moyses moriens plangitur, Iesus absque funere, & lachrymis sepelitur.* Quasi dicat, mors illius temporis acerbior erat, cum ex ea in cœlum aditus non pateret; nunc autem dulcior, & suauior, cum in ea felix ad Patrem reseretur ostium. Et sæculum iam senio confectum, & innumerabilibus molestiis relinquitur expectando cum sene Simeone æternam mortuorum resurrectionem, quia propter Christum carne indutum, & resurrectum omnes in sua ætate resurrectionem expectamus.

Deut. 4. n. 8. Ios. 14. n. 30. *Mors Prophetarum molestior quare.* Ad Ephes. 4. n. 15. *Resurrectionis carnem expectamus.*

1449. Tert. lib. de Pat. c. 9. 1. Ioan. 5. n. 19.

Vnde Tertullianus lib. de Patientia c. 9. ait: *Cur enim doles, si periisse non credis? Cur impatienter feras subductum interim quem credis reuersurum; non est lugendus, qui antecedit, sed plane desiderandus.* Quasi dicat, mundus positus ita est in maligno, & non lugendus est, qui eum relinquit, sed imitari desiderandus. Et addit Africanus. *Et Christum lædimus, cum euocatos quosque ab illo quasi miserandos non æquanimiter accipimus.* Quasi dicat; iniustè lamentamur iustos, qui cum Simeone moriuntur in pace, quia vnanimiter cum Dei voluntate resignantur, & conformantur, & plus sunt inuidendi quam lugendi.

Voluntas cum Deo conformata mortē iustam facit.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXIX.

AD LITTERAM, In Cap. II. Lucæ.

De Puero Jesu inter Doctores disputante.

TEXTVS.

42. ET cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundùm consuetudinem diei festi 43. consummatisque diebus cum redirent, remansit puer IESVS in Hierusalem, & non cognouerunt parentes ejus. 44. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei & requirebant eum inter cognatos, & notos. 45. Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. 46. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem eos.

EXPOSITIO litteræ.

1450. *Solemnitas Paschæ septẽ diebus durabat.* PROCVLDVBIO solemnitas Paschalis erat dies festiuus, quem Euangelista enumerat, ad quam festiuitatem per singulos annos ascenderunt Mater Maria, & Ioseph cum Iesu, & hoc sonat verbum illud *Secundum consuetudinem consummatisque diebus, id est, septem sicut lex*, Leuit.23. *præcipiebat.* (Leuit.23.) Remansit puer in Hierusalem insciis parentibus. Et si quæratur cur Iesus parentibus insciis voluit remanere, forsitan, vt non impediretur actio subsequenda, vel vt Beda dixit, *vt inciperet ostendere diuinitatem suam.* (Beda in Luc.2.)

1451. *Lyran. noster sua in glossa.* Existimabant autem esse in comitatu. Lyranus noster asseuerat fuisse consuetudinem, *vt seorsum viri, & seorsum mulieres iter agerent in solemnitatibus, pœrosque impuberes licitè cum vtrisque iuisse.* Quo factum est, vt Beata Virgo existimaret illum esse in comitatu Ioseph, & Ioseph existimaret esse in comitatu mulierum, & propterea pertexerunt iter vnius diei, existimantes illum esse in comitatu. *Pueri cum mulieribus iter agebant.*

1452. *Caietan. in Euang. Maria & Ioseph in afflictionibus participes.* Et requirebant eum inter cognatos, & notos, & non inuenientes, id est, (inquit Caietanus) *cum, vespere quidem cum hospitarentur, & colloquerentur mutuo Ioseph, & Maria, cum neuter ex altero cognosceret, vbi esset Iesus*, requirebát illum, non solùm inter cognatos, sed inter notos, nec inuenerunt illum.

1453. Regressi sunt sequenti die Hierosolymam requirentes eum per viam, & in hospitio, aut vicinia, vbi hospitia fuerant in Hierusalem. Vnde necessariò occupauerunt se altero die post regressum itineris. Et factum est post triduum, non post diem tertium, inquit bene Caietanus, sed post ternarium numerum dierum. Vnde Ambros. *Mysterium resurrectionis inuenit figuratum.* (Caietan. in Euang. Ambros. in cap.2 Luc.)

Inuenerunt eum in templo sedentem, non inter cognatos, & notos, quia diuina maiori notitia, quam humana indigent, *Sedentem cum grauitate*, inquit Caietanus, *in templo*; quia vt Origenes ait. *quicumque Deum quærit, in templo inueniet*; audientem illum, & interrogantem. *Prius audiebat*, inquit Caietanus, *& postea, & super auditis interrogationes formabat.* Quo exemplo, scilicet, ostenditur, ne infirmus docere quis audeat si ille puer doceri, interrogando voluit, qui per diuinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis suis Doctoribus ministrauit. Hæc Grægorius 3. parte Pastoral. cap.26. 1454.

TRANSLATIONES, quæ cum textu vulgatæ coincidunt.

Vulgata editio. 1. Et cum factus esset annorum duodecim ascendentibus illis Hierosolymam.

Translatio Syriaca. 2. Cumque esset filius annorum duodecim ascenderunt prout consueuerant in festo.

Translatio Vatabli. 3. Et cum iam esset annorum duodecim ascendissentque ipsi Hierosolymam.

DIFFICVLTAS XV. ad mores.

Quare Magi obtulerunt Domino aurum, thus, & Myrrham?

1351. QVæretur, quare Magi tria hæc puero obtulerunt.

Abul.q.cit. in litter.

1. RESPONSIO fuit Abulensis citat in littera: *Quia munera istorum Regum debebant esse solemnia.* Quasi dicat, quod magno Regi, & Deo munera cordis nostri non vilia, & pauca consideranda sunt.

1352. Olcaster in Exod. 30. n.6.

Interrogat Oleaster, *Quare præcepit Deus, quod altare, non solum esset plenum aromatibus, sed addit, & teges illud auro*, Exod.cap.30.n.6. Et respondet, *quoniam omnia nostra fœtida sunt, & spurca, & thymiamate opus est, ne Dei nares offendantur, hoc est, orationibus Sanctorum necesse est, vt adiuuemur, vt opera nostra odorem suauitatis diuina maiestati præstent, & Sacerdos sacris & pretiosis vestibus auro textis tegendus est, & altare auro tegendum vt Christum induamur,* teste Apostolo ad Rom.13. qui ait: *Induimini Christum; qui enim tam pretiosam vestem induendi sunt auro tegi debent, & pretiosissimis virtutibus tanquam gemmis inæstimabilibus adornari.* Quasi dicat, Sacerdotes, qui accedunt ad altare à planta pedis vsque ad verticem capitis, vbi coma & capilli nutriuntur, auro purissimo debent fulciri, quia cogitationes per capillos significantur, mundissimi semper sint.

Orationes Sanctorum valde necessaria.

Ad Rom.13. n.14.

Sacerdotum capilli & cogitationes auro texti sint.

1353. Auctoris Responsio.

Et si quæras, quare Apostolus, non dicit, *Induimini vestem Christi, sed Christum?* Respondeo, *quoniam solent hypocritæ vestibus Christi tegi, & videntur oues, cum sint lupi rapaces,* Matth. 7. n.15. Et dixit Apostolus, *Induimini, & non induite; quia ex nobis nil boni habemus; quia nemo potest dicere Dominus Iesus nisi Spiritu Sancto & ipse auro teget nostra opera, & facit illa pretiosa & digna se; ideo Magi aurum offerunt.*

Matth.7. n.15.

1.Cor 12. n.3.

1354. S.Gregor. citat.

2. RESPONSIO S.Gregor. in littera citat. qui ait, *Quod aurum per sapientiam Deo offerimus, thus per orationem; myrrham per mortificationem, sed alia est mundi sapientia quæ mortificationibus & orationibus ornatur, vt sublimitates huius sæculi consequantur,* & qui talem sapientiam quærunt sapientia implicantur, & sicut vermes telis, quibus laborant, pereunt.

1355. Lyranus sua in glossa.

Interrogat Lyranus noster, *Quare Saul promisit daturus Michol David, si centum præputiis Philisthinorum eam compararet*, vt patet 1.Reg.18.n.15. Et respondet, *quia malitiosè cogitabat, vt ad consequendum hoc matrimoniũ David audacius se periculis exponeret, & sic periret. Sed sapientia Saulis in stultitiam versa est ei: nam David non solum centum Philisthæos sed ducentos interemit. & celebre factum est nomen eius nimis,* vt patet 1.Reg.18. Ita quotidie experientiam capimus, quia dum astuti, & sapientes callidi volunt ingeniosum, litteratum opprimere ex Dei conditione celebre factum est nomen humiliatorum, & sapientes confusi manibus & ore carnes suas lacerant. Vnde Gregorius citatus ait: *Saul superna prouidentia insipientia sua est consilio deprehensus. Quia vbi succrescentis militia vitam se extinguere credidit. eius gloriam inde cumulauit.* Quasi dicat, neque ficta mortificatio, neque imperfecta, & simulata oratio quæ sapientiam huius mundi quærit, vt humiles opprimat, & laboriosos perdat, nil proderit quia sola vera sapientia est, qua Deus honorificatur, & tanquam aurum pretiosum apud illum æstimatur; quia scriptum est, *Intellectus bonus omnibus facientibus eum;* Et è contra, sapientia huius mundi *stultitia est apud Deum.*

1.Reg.18.

Nomen & fama integrorum oppressorum volat.

Gregor.cit.

Ps.110.n.10. 1.Cor.c.1. n.20.

3. RESPONSIO est Lyrani in littera citati: *Obtulerunt aurum Reges ad sustentationem Matris, & Filij* Quasi dicat, Quid mirum si B.Virgo tot miseris subuenit omnium creaturarum, si tam ditata fuit auro pretioso Magorum. Vnde vt Abulensis notauit, *Quæ accepit à Regibus, pauperibus distribuit.* Hinc D.Epiphanius, *vocat Mariam multoculam, quasi multos habentem oculos.* Et Richard. in Cant. cap. 4. ait: *O Virgo sanctissima à Dei pietate replentur vbera tua, vt cuiuscumque miseria notitia tacta lac fundant misericordiæ. Nec possis miserias scire, & non subuenire Et quid mirum si misericordia affluis, quæ ipsam misericordiam peperisti.* Quasi dicat, *tu Virgo das, quod accepisti; quia si in vtero fontem misericordiæ habuisti. Quid mirum quod scaturigines, & riuulos pietatis ex te fluant, & si aurum à Magis accepisti, quomodo miserias pauperum videndo, non subuenisti.* 1356.

Lyranus cit.

Abul citat. supra.

Richard in Cant.c.4.

Maria Virgo fons misericordiarum.

4. RESPONSIO est Abulensis citati in littera, qui ait: *Obtulerunt munera Magi ad complementum honoris debiti Christo Regi; quia honor non solum consistit in adoratione, sed in munerum exhibitione ex amore procedenti; quia amor est liberalis, & secundum axioma Hispanum, obras son amores.* 1357.

Abul.citat. in littera.

Amor operibus perficitur.

Vnde interrogat D. Ambrosius in Ps. 118. Quare dixit Psalmista, *Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer?* Et respondit, *quia plus est diligere, quam custodire, quia interdum custodire necessitatis est, vel timoris; diligere vero, charitatis.* Quasi dicat, dilectione seipsum dat, qui amat: at timore retinet quantum potest. Vnde Chrysologus dicebat, *Amare non potest, qui satis timet.* Quasi dicat, qui amat verè, non timet dare quantum habet, & seipsum; *quia Pater æternus sic dilexit mundum, vt filium suum daret.* Et Ambrosius citat. *Deus ex seruis liberos facit, vt magis voluntatum nostrarum munera, quam necessitatum obsequia conferamus.* Quasi dicat, munera, quæ Magi obtulerunt spontanea, & gratuita confirmarunt, & compleuerunt totum amorem; ideo amici Dei facti sunt, & inter amicos non est meum, aut tuum, quia omnia sunt communia, & nulla propria; *quia nescit amor otiosum habere;* propter quod Magi & honorauerunt Deum, adorando illum, & offerendo munera pretiosa. 1358.

S.Ambros. in Ps.118. n.167.

Chrys.citat.

Ioan.3.n.18

S.Ambr.cit.

Plus est amare Deum quam custodire eius mandata.

***

DIFFICULTAS XVI. ad mores.

Quare responso accepto per aliam viam reuersi sunt in regionem suam?

QVæretur, quomodo responsum acceperunt, & quomodo per aliam viam?

1358. Abul. citat. 1. RESPONSIO fuit Abulensis quæst. citata in littera, qui ait, *Quod verba illa responso accepto est verbum satisfaciens desideriis Magorum, quia desiderabant scire per quam viam redirent in patriam suam.* Quasi dicat, quod iustis dormientibus euigilat Deus quomodo ab omni periculo, & tribulatione liberentur, vt satisfaciat eorum voluntati.

1359. Lyran. in Dan. 2. n. 10. Interrogat Lyranus, *Quare in somnis apparuit Deus Nabuchodonosori*, vt patet Dan. 2. num. 10. *Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil, & Sanctus de cœlo descendit?* Et respondet; *quia Deus Danielem virum desideriorum Dei exaltare volebat per explicationem somniorum.* Quasi dicat, quod Princeps Rector Deus in suorum custodia vigil dicitur, & nunquam dormiuit. Vnde scriptum est, *Non dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israël.* Psalm. 120. num. 4. Vt hinc discas, quod sicut Deus vigil est, ad satisfaciendum desideriis Magorum seruorum; ita ad satisfaciendum iustitiæ suæ punitione peccatorum nostrorum. *Deus Rector vigilans super serues suos.* Ps. 120. n. 4.

1360. Ier. Thren. c. 1. n. 14. Quid sibi volunt verba illa Threnorum Ier. 1. num. 14. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius?* Respondeo cum translatione Hebræa, *Pupugit seu stimulauit iugum eius iniquitas mea.* Quasi dicat, quod attentissimè stat vigil Deus nostra delicta considerando, & quolibet peccato maiori, vel minori manus eius pungitur, vt recordetur ad vindictam; quia scriptum est, *Sanguis eius clamat ad me de terra.* Genes. cap. 4. num. 10. id est, peccata publica, & secreta clamant ad Deum ad satisfactionem iustorum, sicut eorum iusta desideria vt compleantur, & ideò Magis responso accepto satisfecit ad redeundum per viam securam. Translat. Hebr. *sententia. Auctoris.* Gen. c. 4. n. 10. *Peccatis nostris Deum excitamus ad vindictā.*

1361. Hieron. citat. 2. RESPONSIO est Hieronymi in littera citati; *Qui enim munera Domino obtulerunt, consequenter à Deo responsum acceperunt, quia est Deus fidelissimus, obsequens eorum, qui eum honorificauerunt.*

1362. Oleaster. in Gen. 4. n. 4. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, quare dicitur Genes. 4. num. 4. *Quod respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*, vel vt Pagninus legit ad oblationem eius? Et respondet, *Quia abhorret Dominus munera, quæ non exporrecta fronte illi offeruntur. Et è contra diligit munera, quæ alacriter, & spontaneo corde illi dantur.* Vnde dicebat Aaron Moysi fratri suo: *Potui Domino in cæremoniis placere mente lugubri?* Vnde habemus duo documenta. Primum quòd Christus in somnis munera à Magis oblata gratificauit responso accepto in somnis vt Principes discant, quàm occultè debeant alicui priuato suam dilectionem ostendere, ne scilicet alios ad inuidiam prouocet. Vnde dicitur Genes. 13. n. 14. *Et Dominus dixit Abraham, postquam separauit se à Loth*, sic Pagninus: *Leua oculos tuos & vide, quia omnem terram, quam tu vides tibi dabo, & semini tuo.* Quasi diceret, *quod expectauit*, vt separaretur Abraham à Loth ad tam eximiam promissionem ne inuidia torqueretur Loth, & esset causa rixarum inter illos. *Seruire Deo cum lætitia gratum est illi.* Leuit. 10. n. 12. *Principes occultè debent priuatos habere.* Gen. 13. n. 14. *Abraham coram Loth non est ditatus.*

1363. *Auctoris mens.* Secundo debemus aduertere, quod habet hoc peculiare Deus, vt defectū, honoris sui inuidentia puniat: Cum enim Heli filios plus æquo diligens, non vt par erat, argueret, audiuit. *Videbis (ait Dominus) æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israël.* 1. Reg. 2. n. 3. Vnde Oleaster; *Nos cum saui, & crudeles simus, illato inimicis malo ex eis vindictam sumimus. Deus vero faciendo bonum illis qui nobis inimicentur. Quo vindictæ genere, licet nihil mali facere videatur consumit tamen inuidi præcordia, cum ante eius oculos æmulum exaltat:* Qua de causa Angelus in somnis apparuit Magis Regibus, & ne redirent ad Herodem, præcepit, quo audito ab impio Rege; dissecabatur dentibus suis, & vt perfidus inuidus necem crudelissimam innocentium machinauit; quia audiuit quàm gratissimè Deus obsequium Magorum remunerauerat. 1. Reg. 2. n. 3. Oleaster in Gen. 4. cit. sup. *Honoribus inimicis factis excitantur ossa inuidorum.*

1364. S. Hieron. cit. in litt. 3. RESPONSIO S. Hieronymi, qui ait, *Quomodo poterat Herodes fallere eum, qui venerat fallacias amputare?* Quasi dicat, sæuite cœpit contra omnes infantes, & contra Iesum, ideò in somnis responsum acceperunt Magi, ne redirent ad eum. Quasi dicat, ira primogenita Diaboli est, quæ non solum contra Deum eleuatur, sed de homine eius imagine vindictam præsumit, & intendit rabidè. *Inuidia sæua contra innocentes.*

1365. Oleaster. in Gen. 4. n. 6. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare iratus est Cain valdè contra iustum Abel, ita vt cecidit facies eius:* Gen. 4. n. 6. Et respondet, *quia passio iræ ita cæca est, quod non solum in eos, vnde sibi mala veniunt, sed etiam in innocentes sæuit.* Quasi dicat, quid enim mali illi fecerat frater Deo suo offerendo selectiora? aut quomodo poterat Dei fauores prohibere, qui an munus suum illi gratum foret, ignorabat? Et Reges magi quid Herodi mali fecerant redeundo in patriam suam, responso accepto, cum Regnum suum neque sibi vsurpabant, sed fugiendo recesserunt? vnde ira Diabolica propter hoc in Tharsis, excitata est, & nautas, & naues igne succendit, vt supra retulimus ex Lyra. *Inuidia cæca est.* Lyra. citat.

1366. Idem. 4. RESPONSIO est Lyræ sua in Glossa: qui ait, *Responso accepto propter obsequium Deo præstitum per nauem transfretantem Tharsis reuersi sunt Magi in Regionem suam.* Quasi dicat, teste eodem Lyrano sua in Glossa ad mores, *Per hoc admonemur quod cum malis hominibus non contrahamus aliquam societatem, neque conuersationem.* Vnde dicitur Prou. c. 13 n. 20. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, & amicus stultorum similis eis efficitur.* Per Herodem autem, qui sub specie Religionis voluit fallere Reges hypocritæ intelliguntur, qui Principes, & Reges cautlosè, & figmentis variis fallere conantur. Sed qui eos aduertit, & Reges per aliam viam ducit Angelus est, quia hypocritas punit, & tradit eos inquisitoribus fidei qui eos torqueant, & castigent. *Sapiens stultis torquetur.* Prou. 13. n. 20. *Inquisitores contra hypocritas reuelationes fingentes procedunt.*

1367. S. Cyprian. cit. in litt. 5. RESPONSIO est Cypriani in littera citati,

rati, *Qui ad Herodem venerunt per aliam viam reuerti necesse est in patriam suam; quia necesse est, vt qui credunt ad iustitiam ore confessionem ad salutem requirant.* Quasi dicat, qui verè fideles, & Christiani existimantur, veram confessionem, & pœnitentiam semper requirant, & nunquam de peccatis confessis cessent maximis doloribus pœnitentiæ torqueri.

1368. Oleaster in Gen. 4. n. 13. Interrogat Oleaster, quare Pagninus legit cap. 4. num. 13. Genes. *Loquens de Cain impœnitente, maior est punitio mea, quam vt feram?* Et respondit; *quia quemadmodum boni pœnitentis conditio est cogitare peccata sua punitionem, & pœnitentiam excedere: ita mali superare punitionem peccata quæ fecit.* Quasi dicat, qui pœnitentiam quam facit existimat excedere peccata quæ fecit quasi Cain conqueretur, dicens: *Maior est punitio mea, quam vt feram*, quia talis enumerat mala, quæ patitur, oblitus quot mala fecit, & talis ab Herode non est recessus, neque reuersus ad patriam paradisi per aliam viam, sicut Magi. Translat. Pagnin. *Pœnitens qui pœnitentiam non facit impius.*

TRACTATVS XXXVII.

AD LITTERAM, In Caput II. Lucæ,

De Beatissimæ Virginis Mariæ Purificatione.

TEXTVS.

22. POSTQVAM impleti sunt dies Purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt in Hierusalem, vt sisterent eum Domino 23. Sicut scriptum est in lege Domini; quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur. 24. Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum. 25. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus expectans consolationem Israël, & Spiritus Sanctus erat in eo 26. Et responsum acceperat à Spiritu Sancto non visurum se mortem, nisi videret Christum Dominum.

EXPOSITIO Litteræ.

1369. Euthym. & Origen. cit. ab omnibus Recent. in hunc locum Auctoru meus. OCCASIONEM (remotam quidem) Græcis Patribus, vt Euthymio, & Origeni dedit pronomen eius purgationis vt dubitarent, an de Maria Virgine, an vero de eius filio purgatio intelligatur, & aliqui Christo tribuerunt; alij vtrobique, sed veritas infallibilis est, quod solum de purgatione Beatæ Mariæ intelligatur, & hoc vt legem Moysis adimpleret, quia secundum veritatem, neque politicè, neque moraliter Virgo Sanctissima Angelis purior egebat purificatione, vt idem Euangelista adnotauit dicens, secundum legem Moysi non ob necessitatem.

1370. Leuit 12. n. 2. Bern. ser. 7. de verb. Præcipiebat enim lex Leuitici 12. num. 2. *Quod septem dies mulier immunda esset. Sed quid est quod dicimus B. Mariam purificari*, nisi teste Bernardo, *aduertere nos, vt per pœnitentiam purificemur. Sed omnes istas caremonias legis Virgo sanctissima adimpleuit, vt præ cæteris virtutibus obedientia in ea reluceret.* Vnde in reuelationibus Sanctæ Brigittæ cap. 42. dicitur: *Pro obedientia tantã potestatem obtinui, vt nullus tam immundus peccator est, si ad me cum emendationis proposito conuertitur, & cum corde contrito, quod non habeat veniam.* In reuelat. S.Brigitt.

1371. Lucæ 2. Exod. 34. n. 19. Refert Lucas aliam legem Exod. 34. num. 19. *Quia omne primogenitum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur*, *id est*, *permanebit sanctum, adimpletis legis præceptis in masculis per Sacramentum circumcisionis, in fœminis per fidem parentum.* Sed in Christo, & in Maria Matre sua vtraque cæremonia superuacanea erat; quia ex vi vnionis Christus erat impeccabilis, neque circumcisione egebat, neque Maria fide Parentum ab originali purganda; quia præseruata ex filij sui morte, & præuisa, & cæremonia esset superflua, *Quia erat pro subiecto non apto nato ad contrahendum originale peccatum supposita dicta gratia præseruationis.* *B. Virgo ab originali immaculata.*

Maior

1372. Maior difficultas non est nisi in illo verbo adaperiens vuluam, sed relictis Caluinistarum hæresibus, & omne quod sapit ad cogitabilem corruptionem sufficiat dictum Hieronymi lib. 2. contra Pelag. *Quantum pertinet ad virginalem naturam: claustra nullo modo aperta sunt quantum vero ad potentiam geniti Domini nihil clausum, omnia aperta.* Quasi dicat, Christus clausas potius vuluæ virginalis ita aperuit quæ verè clausæ iugiter permanserunt, id est, nunquam aperuit, sed tam verè exiit quasi aperuisset.

Hier. lib. 2. contr. Pelag.

Christus clausis virginitatis claustris egressus.

1373. Et vt darent hostiam. Aliqui interpretes dicunt, quod erant Maria, & Ioseph ita pauperes, quod non haberent pecunias ad agnum offerendum, & ita par turturum, vel columbarum obtulerunt. Sed recte Abulensi ex auro oblato à tribus Regibus Magis obseruatur pro paupertate subleuanda, & rationabilia adimplenda.

Abul. citat. supr.

1374. Et ecce homo erat in Hierusalem iustus, & timoratus. Testis maioris exceptionis assignatur; quia timentes Deum fide digni sunt. Hic responsum acceperat per reuelationem ad satisfaciendum desideriis vehementibus, quibus inflammatus expectabat Messiam venturum; quia vt supra retulimus responsum accipere est Hebraismus. Quasi dicens, satisfaciens ad propositum. Sunt qui dicunt Simeonem fuisse Magistrum Gamalielis ad cuius pedes Paulus fuit eruditus.

Quid sit accipere Responsum.

Simeon Magister Gamalielis.

1375. Non visurum se mortem, id est, non moriturum, vel vt Beda ait, non re vera moriendum, & hoc est mortem gustare, nisi videret Christum Dominum, id est, Messiam qui in scripturis vocatur vnctus à Domino, eratque de ipso per Psal. 44. n.8. dictum: *Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*: Fuit autem Christus vnctus oleo Spiritus sancti, cum quo essentialiter, & secundum naturam diuinam vnus erat, & per vnionem hypostaticam cum eius natura humana vnctus dicitur, sicut Reges vngi solebant; quia Christus Dominus erat Rex Regum, & Dominus Dominantium, hoc est, Rex gloriæ, qui per crucem ingressurus erat triumphator cum admiratione exercitus Angelorum dicentium, *Quis est iste Rex gloriæ, quibus responsum fuit: Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.* De reliquis suo loco exponemus.

Beda.

Ps. 44. n. 8.

1. Reg 16. n. 6.

Ps. 8. n. 10.

VERSIONES variæ quæ cum vulgata concordant.

Vulgata editio.	1.	Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino.
Translatio Syriaca.	2.	Cúmque completi fuissent dies purgationis eorum secundum legem adduxerunt eum coram Domino.
Origenes in Catena.	3.	Post dies purgationis eorum duxerunt illum Hierosolymam ante conspectum Domini.
Interlinealis.	4.	Postquam impleti sunt dies Purgationis Mariæ, vel Domini.
Lyranus sua in Glossa.	5.	Postquam impletum est tempus purgationis tam generale quam speciale.
Caietanus in Euang.	6.	Postquam genito masculo impleti sunt dies purgationis.
Tertullianus libr. 7. contra Marcio.	7.	Postquam delatus est Christus ad templum.
Cyrillus in Catena Sancti Thomæ.	8.	Postquam circumsionis tempus, purgationis tempus expectatur.

DIFFICVLTAS I.

Quare ad templum fuit Maria, vt purificaret se?

QVæretur, si Maria templum fuit Dei, quare ad purificandum tendit?

1. Responsio est Bedæ in Catena, Sancti Thomæ citati, qui ait: *Si verba Euangelista diligentius inspexeris, profectò reperies quod ipsa Dei genitrix, sicut à mixtione viri, sic & legali sit iure immunis; non enim omnis mulier pariens, sed ea, quæ suscepto semine pepererit designatur ad distinctionem illius, quæ virgo concepit, & peperit.* 1376.

Beda in Catena. S. Thom.

Virgo qua ratione immunis à lege.

2. Responsio est Titi Bostrensis in Catena citati, *Eleganter Euangelista protulit, quod completi sunt dies purgationis secundum legem: nam reuera non incumbebat necessitas Virgini sacræ, vt dies purgationis eius expectaret, quæ cum ex Spiritu Sancto concepisset caruit coniugio.* Quasi dicat, si lex non est posita iusto, quia non incursit contra eius præcepta, quare legis mandata coniugibus maritatis data Virginem Spiritu Sancto copulatam comprehendere potuerunt? 1377.

Tit. Bostr. ibi cit.

Lex maritatas, & ex viis conceptos comprehendebat.

3. Responsio Sancti Ambrosij lib. de Virginib. *Si corpus Virginis Dei templum est, animus quid est? qui tanquam membrorum cineribus excitatis sacerdotis æterni redapertus manu vaporem diuini ignis exhalet.* Quasi dicat, ad quid Virgo Maria ad templum festinat cum filio suo, cum ipsa sit verè templum; quia in templo erant fumorum odores fragrantia repleti Sacerdos, & ignis incensus perpetuus: at in pectore Mariæ, caro, ossa, sanguis, membra, corpus, & anima Spiritus Sancti gratia incensa erant, & gloriam Dei replebant suauitatibus virtutum eius. 1378.

Ambros. lib. de Virgin.

Templum verum B. Mariæ.

4. Responsio

1379. S. Gregor. Thaumatur. ser. de ann.
4. RESPONSIO Sancti Gregorij Thaumaturgi serm. de annunt. qui considerans Mariam ad templum egressam ait: *Aue animatum Dei templum, aue cœli, & terra aquiualens, dignúmque domicilium.* Quasi dicat. Quo progrederis Virgo prudentissima ad templum lapidibus ornatum? Cum tu animatum templum sis, vbi totum quod in cœlo, & in terra reperitur, perfectius illustratur.

1380. S. Proclus orat. in laud. Deigen.
5. RESPONSIO Sancti Procli orat. in laudibus Dei genitr. *O templum, in quo Deus ipse factus est Sacerdos naturam non denudans, sed eum qui est secundum ordinem Melchisedech per misericordiam induens.* Quasi dicat, quemadmodum in templo muneribus pretiosis ornatur Sacerdos, Pontifex consecratur, qui sit Pastor ouium, & regimen animarum: Sic in vtero Virginis Mariæ pignoribus gratiæ pleno Christus Dominus indutus est vestimentis humanitatis, & factus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui pro nobis apud Patrem sit æternus reconciliator, & Pastor animarum nostrarum. Ad quid ergo necessarium est adire templum, vt purgaretur? quæ causa fuit omnis expiationis peccati?

Maria templum vestem & Sacerdoti præquit.

1381. Card Hugo in 2. Luc.
6. RESPONSIO Cardinalis Hugonis in 2. Lucæ: *Virgo tendit in templum in cumulum obedientia, qua plus fecit, quam tenebatur.* Quasi dicat: purgari visa est Maria absque necessitate; quia hæc est vera humilitas, quæ non qualis erat, sed vilis reputabatur, & quamuis Virgo esset purissima non renuit inter cæteras mulieres immundas recenseri.

Obedientia symbolum Maria.

1382. Goffr. Abb. ser. de Purif.
7. RESPONSIO Goffridi Abbatis serm. de Purificatione: *Meritò Maria legem Purificationis seruat cuius filius dederat legem, vt in se legem adimpleret, quam alius dederat ante.* Quasi dicat: res scandalosa videtur leges statuere, & illas non seruare; ideo vt omnibus exemplum præstaret, purgationis legem Maria adimpleuit.

Impij superiores leges quas non adimplent imponunt.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, quod postquam impleti sunt dies purgationis eius?

QVæritur, quare tam immediatè adimpletis diebus purgationis Mariæ legem adimpleuit?

1383. S. Bern ser. de puri.
1. RESPONSIO Sancti Bernardi serm. de purific. qui ait, *Statim postquam impleti sunt dies purgationis secundum legem, vt nobis obedientia præberet exemplum.*

1384. Rich. lib. 4. Cant. 5. n. 6.
Interrogat Richard. lib. 4. quare dicitur Cant. 5. num. 6. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est?* Respondit, *quia anima Maria per incendium charitatis parata fuit instar metalli liquefacti in omnes modos diuina voluntatis.* Vnde sicut D. Ambrosius ait ser. 13. *Beata Virgo velleri comparatur, quia mollis ad obsequium, & obseruantiam legis fuit.*

S. Ambros. ser. 13.

1385. Hugo Car.
2. RESPONSIO est Hugonis Carensis, qui ait, *Quod Maria portabat in brachiis suis ipsam obedientiam (nempe filium suum) & si Maria puerum portabat, puer obediens Mariam regebat. Et probat hoc ex* Psalm. 36. num. 7. & ad Hebr. 10. n. 5. vbi dicitur, *Aures autem perfecisti mihi*, vel vt legit Hugo, *Perfectam obedientiam dedisti mihi.* Quasi dicat, *Corpus quod ex Virgine sumpsit auris esse videbatur, quia totum erat obedientia germen obedientiaque fructus.* Et addit, *& ipsa quoque Virgo auris dicitur, quia ita mandatis legis obtemperauit, vt tota auris esse videretur, quia per eam hominum preces exaudit Deus, sicut & homo per aurem suam.* Vide idem Richard. ad hoc propositum; *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Psalm. 10. num. 18. Et addit Richard. lib. 2. de laudib. Virgin. *Præparationem cordis eorum, id est, humilium; audiuit auris tua, id est, B. Virgo, quia ea mediante pauperes exaudit. Sicut homo mediante aure sua audit.* Quasi dicat, talis fuit obedientia Virginis in adimplendo legem purgationis mulierum, quod per ipsam facta est auris Dei, quia per illam peccatores audit.

Ps. 36. n. 7. ad Heb. 10. n. 5.
Translat. alia.
Maria obedientia inestimabilis.
Auris Ecclesia Maria. Ps. 10. n. 18. Richard. de S. Laur. lib. 2. de laud. Virginis.

1386. Richard de S. Laur. lib. 5. de lau. virg. Ioann. 8. n. 47.
3. RESPONSIO est Richardi de Sancto Laurentio lib. 5. de laudib. Virgin. *Aures non debent moueri nisi mota capite, id est, nisi ad ea, quæ Deus vult, quia aures sunt de ipso capite.* Vnde dicitur Ioann. 8. num. 47. *Qui ex Deo est verba Dei audit. Sic per omnia tantum à Deo mouebatur Maria.* Quasi dicat; Maria postquam impleti sunt dies purgationis fuit in templo, quia caput nostrum Christus, eam mouebat, & quò ipse volebat, ferebatur. Vnde Sanctus Bonauentura lib. 1. in speculo: *Inclina ò Domina Maria aurem tuam, & quia aures audiendi habes, audi nos.*

Caput nostrũ Christus.
B. Maria pauperes exaudiuit.
Bonau lib. 1. in speculo.

1387. Thaul. ser. de nat. virg. S. Ephr. c. 2. de virg.
4. RESPONSIO est Thauleri, serm. de natiuit. Virgin. qui ait, *Obedientia perfectissimum in gloriosa Dei genitrice Maria exemplum hodie habemus.* Vnde Sanctus Ephrenus Syrus de Virgin. cap. 2. loquens de Iosue dixit; *Quod perfecta sua obedientia tantum donum promeruit, vt Moysis successor fieret, imò & eius voci Deus obediret, solemque præcepto suo sisteret, & obsequentem Deum haberet,* Iosue 10. num. 3. Sed hodie Maria Virgo sua obedientia maiorem dignitatem obtinet; quia vt Lucas ait, *Christus Dominus erat subditus illis,* id est Mariæ, & Iosepho, amicta hodie Sole, & portans eum in brachiis suis sistere fecit in templo, & quando, & quomodo illa voluit ambulabat, & sistebat.

Iof. 10. n. 3.
Luc. 2.
Maria velut Iosue solem sistere fecit.

1388. D. Amb. c. 12 de inst virg. Zach. 44. n 3
Vnde D. Ambrosius cap. 12. de institut. Virginib. ait: *Hodie adimpletur illud* Zachariæ 44. num. 3. *Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino.* Quasi dicat, quod tanquam in Regia gestatoria sella, & throno maiestatis sedens in brachiis Mariæ ad templum progreditur spatio duarum leucarum à Nazareth vsque ad Hierusalem, teste Tostato q. 51. in Matth. & vt pauper comedit panem ad portam templi, Et si quæras, quis est iste panis, quem comedit in templo? Respondeo cum S. Ambrosio, *Quod est obedientia vera, quia vt ipse dixit*, teste Ioanne cap 4. *Meus cibus est vt faciam voluntatem Patris mei.* Vnde Ambrosius loco citato, ait; *Maria peperit Saluatorem, qui manducauit in porta sedens, vtique cibum illum, de quo dixit* Ioan. 4. num. 34. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis est; ideo Maria voluntas identificatur cum sui filii hodie*, teste Gregorio Nysseno in Cant. hom. 5. explicans illud: *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis,*

Maria sella gestatoria Dei.
Abul. q. 51. in Matth.
Auctoris mens.
Ioann. 4. n. 3..
Greg Nyss. hom. 5. in Cant.

Cant.8.n.4. Vna voluntas Mariæ, & Iesu. Translat. Interlin. *faciatis, donec ipse velit*, Cant.8.num.4. scilicet, sponsus; quasi vtriusque voluntas vna censeri possit: nam quidquid Deus velit, & ipsa virgo velit, & propter hoc translatio Interlinealis dixit: *Postquam impleti sunt dies purgationis, id est, Matris & Filij, quia eadem fuit necessitas, id est, nulla*, sed vna voluntas obediendi, & adimplendi legem; ideo dicitur vt faceret secundum legem.

DIFFICVLTAS III.

Quomodo intelligatur, quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur?

QVæretur, quomodo potest aperiri vulua, vt corpus Christi nasceretur?

1389. Greg. Nyss. in catena. 1. RESPONSIO est Gregorij Nysseni in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Hoc autem legis decretum in solo incarnato Deo singulariter, & ab aliis differenter implere videtur; ipse namque solus ineffabiliter conceptus, ac incomprehensibiliter editus. Virginalem vterum aperuit non ante à connubio reseratum seruans, & postpartum mirabile inuiolabiliter signaculum castitatis.* Quomodo egressus Iesus de vtero Virginis. Quasi dicat, hoc quod dicitur adaperiens vuluam consuetæ natiuitatis more loquitur; non quod Dominus sacri ventris hospitium quod ingressus sanctificaret, egressus de Virgine credendum sit, aperiret.

1390. Euthym. in Luc. 2. 2. RESPONSIO Euthymij in Luc. 2. *Solus Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter conseruauit.* Quasi dicat, ingressus est Verbum æternum supernaturaliter in vtero Matris, & egressus est naturaliter conseruando, quod semper fuit clausum. Sed non satisfacit difficultati hoc, quia ingressus est Verbum, quod spirituale est; sed egressus iam erat corporeum, & vt in lege dicebatur, sanctum vocabatur adaperiens vuluam.

1391. Maldonatus & Syluer. in c.2. Luc. Matth. 3. n.16. Act. 7. n.36. 3. RESPONSIO est Maldonati, & Syluerae in hunc locum dicunt, *Quod aperire aliquando significat exire sine impedimento, Et sic aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Sanctum*, Matth. 3. num. 16. Et Stephanus dixit: *Video cœlos apertos, & Iesum stantem*, Actor. 7. n.36. *Et in his locis non fuit apertura cœlorum, sed visio tantum Spiritus Sancti, & Iesu sine impedimento, sic Christus aperuit vuluam Matris, id est, sine impedimento exiuit.* Aperire vuluam corporaliter est intelligendum in mulieribus quæ ex hominibus parturiunt. Sed sub venia tantorum Doctorum, comparatio non tenet in aliquo, quia Spiritus Sanctus, & Iesus non habebant corpora passibilia, sicut Christus quando natus de vtero, & egressus de vulua, vel matrice. Ex quibus de fide est, quod exiuit illæso claustro, & matrice Virginali.

1392. Caietan. in Lucæ 2. Auctoris mens. Quomodo illæsa vulua egressus est Iesus. 4. RESPONSIO clarissima est Caietani in Euangelia, qui ait, (*Et adhæreo illi, à præcepto secundum verba exceptus erat Iesus; quoniam lex non comprehendit nisi masculinum, quod aperit vuluam, hoc est, matricem, Iesus autem sicut natus clauso genitali membro matricis, ita etiam clausa vulua est. Et propterea non erat subditus legi illi; quam tamen voluit obseruare, qui non venit soluere legem, sed adimplere*, Matth. 5. num. 17. Quasi dicat, Caietanus lex Exod. 13. n. 17. quæ ait, *Separabis omne quod aperit vuluam Mariæ non attingebat, quia eius vulua non aperta, sed mirabiliter clausa*, sicut & claustra ventris semper fuerunt, & per vtrumque exiuit illæsus, & illæsa matrice, vuluáque sicut & vterus per quem effusus est, permanserunt. Matth. 5. n.17.

1393. Ambros. in Catena. 5. RESPONSIO Sancti Ambrosij in Catena Sancti Thomæ, *Solus per omnia in natis de fœmina Sanctus Dominus Iesus, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non senserit, & cælesti maiestate depulerit.* Quasi dicat, per anthonomasiam, *Christus sanctus dicitur, quia singulariter per vuluam egressus est, sicut & de vtero Virginali*: nam omnes scelerati culpa originaria aperuerunt vuluam, & matricem.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Virgo Maria obtulit par turturum, & duos pullos columbarum?

QVæretur, quare Virgo Maria, non agnum sed par turturum, & duos pullos columbarum obtulit?

1394. Cyrill. in Catena S. Thom. 1. RESPONSIO Cyrilli in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *O profunditas scientiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei offert hostias, qui per singulas hostias honoratur cum Patre; figuras legis custodit veritas, qui legis est conditor, sicut Deus, legem custodiuit, vt homo. Vnde sequitur vt darent hostiam secundum quod dictum erat in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.* Leuit. 5. n.7.

1395. Beda in Luc. 2. 2. RESPONSIO sit Bedæ in Luc. c. 2. *Hostia autem hæc pauperum erat; præcepit enim lex, vt qui possent, agnum offerrent; qui vero agnum non poterat offerre par turturum, aut duos pullos columbarum. Ergo Dominus cum diues esset pro nobis pauper factus est.* 2. Cor. 8. n. 9. Munera Magorum pauperibus oblata. Abul. citat. Quasi dicat, & si de auro, & muneribus oblatis Magorum posset emere agnum, sed forsan (teste Abulense) pauperibus Virgo Maria distribuit diuitias, & pauperes remanserunt, vt nos paupertate sua diuitiarum suarum donaret esse participes.

1396. Cyrillus. in caten. S. Thom. Turturi & columba Christi lex comparatur. 3. RESPONSIO Cyrilli in Catena Sancti Thomæ. *Videndum autem quod oblatio insinuat, nimirum loquacissima est turtur in auibus; & columba est animal mansuetum: Talis autem factus est erga nos saluator mansuetudinem perfectè volens, & vt turtur orbem allexit replens ortum suum propriis melodiis.* Quasi dicat, vt mansuetus agnus, & mitis columba non aperuit Christus os suum. At verò per ora Apostolorum, & Prædicatorum, quasi turtur per totum mundum prædicauit; quia viri Apostolici gemendo mortem sponsi Christi in cruce positi vsque in finem sæculi clamabunt, & sponsa eius Ecclesia gemitibus inenarrabilibus mortem sponsi sui celebrabit. Sed de hoc ad mores postea.

4. RESPONSIO

1397. 4. RESPONSIO Athanasij in Catena *Ideo bina iussit offerri, quia homine consistente ex anima, & corpore duplum à nobis poscit Deus castitatem, & mansuetudinem, non solum corporis, sed etiam animæ; alioquin erit homo fictor, & hypocrita gerens integumentum occultæ malitiæ innocentiam apparentem.* Quasi dicat, hostia abominabilis est apud Deum simulata sanctitas, quia duplicem habet iniquitatem, qui gemit externè sicut columba, & intus rapere honores tantummodo desiderat.

Athanasius in Cathen. S. Thom.

Homo simplex animo non hypocrita sit.

1398. 5. RESPONSIO S. Bernardi serm. 56. *Columba candida in tritico grana eligit, ita & tu in sacra Scriptura meliores elige sententias ex quibus te reficias.* Quasi dicat, holocaustum, & sacrificium pingue, acceptabiléque Deo erit, si nos imitando Columbas grana præclariora Sacræ Scripturæ eligamus, contra nos, & gementes ignorantes Deo offeramus, quia ab ipsis mortificamur tota die. De quo latius postea.

S. Bernard. ser. 56.

Ignorâtes insani terrores Doctorum.

1399. 6. RESPONSIO Bedæ in Luc. 2. *Cum vero vtraque auis propter consuetudinem gemendi præsentes sanctorum luctus designat, in hoc tamen differunt quod turtur solinagus; columba autem gregatim volare consueuit. Et ob id iste secretas sanctorum lachrymas; illa publicos Ecclesiæ conuentus insinuat.* Quasi dicat, tempora calamitosa ita euenire solent in hoc mundo, quod sicut columbæ congregare, gemere, & ad Deum clamare oportet, & publicè peccata arguere in vnum Prædicatores congregati, quia turtur sola gemere non prodest, hoc est, orationibus & lachrymis secretis publica peccata lugere. Sed de hoc latius postea.

Bedæ in Luc. 2.

Peccata publica publicè gemenda, & vociferanda.

DIFFICVLTAS V.

Quare Simeon expectabat Redemptionem Israël?

QVæretur, quare solus Simeon expectabat redemptionem Israël?

1400. 1. RESPONSIO Ambrosij in Catena; *Quia erat iustus, & timoratus qui non suam, sed populi gratiam requirebat.* Quasi dicat, ille verè iustus est, & timoratus qui non suum, sed Dei quærit emolumentum, non timet sua amittere, sed gratiam Dei dimittere.

S. Ambros. in Catena

Iustus nô sua quærit.

1401. 2. RESPONSIO est Gregorij Nysseni in hunc locum: *Non vtique mundanam felicitatem in consolationem Israël prudens expectabat*, sed vetam translationem ad veritatis decorem per separationem à legis vmbra. Quasi dicat, per oracula reuelatum fuerat ei, quod visurus esset Christum, antequam migraret ex hac vita, & oraculum nullum aliud erat nisi Spiritus Sanctus, qui intra cor eius per visionem in somnis dixerat istam consolationem.

Gregor. in Luc. 2.

Felicitas huius sæculi fugienda.

1402. 3. RESPONSIO est Galfridi in Allegoriis Tilmanni ad illa verba Prouerb. 28. num. 14. *Beatus homo qui semper est pauidus, vbi ait; ne mireris, quod timuerit iustus in quo Spiritus Sanctus erat; non enim erat vacuus coram latrone viator, & quomodo non timeret?* Quasi dicat, non semel, sed semper debet esse timoratus vir prudens; quia aduersarius noster Diabolus tanquam leo rugiens, quærit, qui dormit, vt deuoret. Et addit Galfridus: *Tua credo securitas, aut de inopia, aut de ignorantia est; aut enim deest, quod possit auferri, aut deesse iam putas. Time igitur, vel ob hoc ipsum, quia te inuenis non timentem.* Quasi dicat, valdè ignarus est qui non timet quando putat se aliquid de Deo habere, quia si plus non spectat, pauper, & miser est, si expectat timere debet, ne propter securitatem omnia amittat.

Galfr. in all Titelman. Prou. 28. n. 14. S. Petr. 5. n. 8.

Nemo securus præsumat quia erit ignorans.

DIFFICVLTAS VI.

Quare Simeon accepit Puerum in vlnas suas?

QVare dicit, quod Simeon in vlnas puerum acceperit?

1. RESPONSIO est Bedæ in Catena citati, qui ait; *Accepit in vlnas suas Iesum iustus Simeon secundum legem, vt significet iustitiam operum, quæ ex lege erant per manus, & brachia figurata humili quidem, sed salutari fidei Euangelicæ gratiæ imitandam.* Quasi dicat, omnia Sacramenta, & legis cæremoniæ vsque ad puerum Iesum peruenire conabantur, ideò senex Simeon posuit illa in manibus Regis, quasi qui tradit Principi iurato de nouo claues ciuitatis, & fortitudinis, vt faciat quidquid Princeps voluerit. Et sic sepeliuit omnia Sacramenta vetera Christus cum honore, teste Ambrosio. 1403.

Beda in Cathen.

Claues ciuitatis Principi Christo. dantur.

2. RESPONSIO Origenis hom. 2. *Considera, quanta dispensatio præcesserit, vt filium Dei Simeon mereretur tenere inter vlnas suas.* Quasi dicat, senex erat, & multum vixerat, & multas virtutes habebat, sed tandem præmium superabundans meruit habere in hoc sæculo. 1404.

Origen. in hom. 4.

3. RESPONSIO Caietan. in Euang. *Recipiens Simeon puerum in vlnas suas Spiritu Sancto reuelante cognouit Iesum esse Messiam, & exhibito iam ei quod promissum fuerat nihil vltra expectans videre offert se morti.* Quasi dicat, post impetrata desiderata nil nisi mortem Simeon postulauit. 1405.

Caietan. in Euang.

4. RESPONSIO Gregorij Nysseni in Catena, *Quam beatus ille Sacerdotis ad sacra introitus, per quem ad vitæ terminum maturauit; beata manus, quæ Verbum vitæ palpauerunt, & vlnæ quoque, quas ad suscipiendum parauit.* Quasi dicat, cum Origene, & si tu vis tenere Iesum, & amplexari manibus omni labore nitere, vt ducem habeas Spiritum, veniásque ad templum Dei cum fide deuotus. 1406.

Greg Nyss. in catena

Manus absque muneribus, & vlnis Christum suscipiunt.

5. RESPONSIO Accepit senior (inquit Beda in Catena, *Christum, vt insinuet hoc sæculum, quasi senio iam defessum ad infantiam, & innocentiam Christianæ conuersationis rediturum.* Quasi dicat, Sacramentum resurrectionis carnis repræsentatur; quia omnes senes in ætatem plenitudinis Christi in die iudicij sunt apparendi. 1407.

Beda cit. Ad Ephes. 4. n. 15.

Carnis resurrectio figuratur.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXVIII.

AD MORES,

In Caput II. Lucæ,

De Purificatione Mariæ Virginis.

DIFFICVLTAS VII. ad mores,

Quare Beata Virgo vt purificaret se venit in templum?

1408. Beda in litt. cit. QVÆRETVR, qua ratione intemerata Virginitas purificauit se?

1. RESPONSIO est Bedæ in littera, qui ait; *Benè aduertit Euangelista, quod dies purgationis adimpleti sunt, quia sicut Maria fuit immunis à Viro, ita à lege.* Quasi dicat: ô quam venerandus est locus sacer, & quomodo absque consideratione templa Dei ingredimur.

1409. Oleaster in c.12. Leu. n. 2. Pythagoras. Interrogat Oleaster cap. 12. num. 2. in Leuit. *Cur precepit lex, si fœmina peperit immunda erit duabus hebdomadis?* Et respondet; *cum sententia Pythagoræ, quid meruistis fœminæ, quæ fertis in vbere nectar?* Quasi dicat, quid festinant fœminæ; vbera impudicè ostendere; quia ea causa est, vt immundæ maneant, & quanto impuriores, tanto longiori tempore à sacris abstineant se; quia si ea quæ sine peccato concepta fuit, & conceperat, & pepererat sic arcetur à sacris: Quid faciendum est his, quæ grauissimis criminibus obrutæ loca non verentur sacra intrare. *Mulieres impudicæ templum non ingrediantur.*

1410. S. Gregor. Thaumat. cit. 2. RESPONSIO est Sancti Gregorij Thaumaturgi in littera citati, qui ait: *Aue immaculatum templum cœli, terræ æquiualens, dignumque domicilium.* Quasi dicat: ad quid ô Virgo gloriosa in templum tendis, si ipsa es templum animatum Spiritus Sancti, vbi ab instanti tuæ conceptionis omni gaudio repleta fuisti, quia causatæ tristitiæ particeps non fuisti.

1411. Oleaster. in Leuit. 12. n. 2. Interrogat Oleaster, *Quare fœminæ post partum tot tantisque diebus ab egressu templi prohibebantur?* Et respondet; *Voluit enim Dominus hac legis seueritate, vt si de prole gauderent fœminæ, de immunditia, & irregularitate tristarentur.* Quasi dicat, qui in conceptione voluptatibus carnalibus replentur tristitia prohibitionis in templum repleantur. At Beatissima Virgo semper quasi templum Spiritus Sancti læta fuit, quia semper intemerata, & inaudita eius pudicitia fuit Angelis purior. *Voluptas conceptionis tristitia soluitur partus.* *B. Virgo Maria Angelis purior.*

3. RESPONSIO est Hugonis. *Virgo Maria in templum tendit in cumulum obedientiæ, quia plus fecit, quam debuit.* 1412. Hugo cit.

Interrogat Abulensis in cap. 3. 1. Reg. 5. *Cur ter vocatus puer Samuel ab Heli magistro suo, cucurrit ad Heli, & dixit: ecce ego, vocasti me?* Et respondit, *satis acutè, quia vt puer Samuel has difficultates non curat, sed simpliciter obedit.* Vnde Sanctus Gregorius in libr. 1. Regum ait: *Puer humiliter homini subiectus, atque ad obedientiæ ardua sublimatus, dum vocatus accessit, iussus rediit.* Quasi dicat, quid aliud in hoc nobis insinnatur nisi altissimæ forma obedientiæ? Vera namque obedientia, nec præceprorum intentionem discutit, neque præcepta discernit; nescit enim iudicare quisquis perfectè didicerit obedire, vt hinc aduertamus etiam si res contrarias, & importunas nobis superior imponat, quasi geniti modo infantes sine dolo lac obedientiæ cæcis oculis à mammillis arripere. Ideò de Beata Maria dicitur, quod cumulata obedientia tendit in templum. 1413. Abulens. in c.3.1.Reg.5. S. Gregor. in lib.1.Reg. *Auctoris mens.* *Obedientia cumulata in B.Virgine.*

4. RESPONSIO Galfridi Abbatis. *Meritò Maria legem purificationis seruat, vt in se legem filij sui quam aliis dederat adimpleret.* Quasi dicat, *Non quia Mater Dei Maria erat priuilegiis legis purificationis voluit dispensari, sed ipsa prior existit in eius obseruantia, quia differentiæ, & exceptiones personarum, maximè inter Religiosos causa ruinæ Religionis est.* 1414. Galfrid. cit. in littera.

Interrogat Rupertus, in Osæam Prophetam, *Quare diuisum est Regnum Israël?* Et respondit cum cap. 10. Oseæ num. 7. *Quia transire fecit Samaria Regem suum quasi spumam super faciem aquæ.* Quasi dicat, cum Regnum, vel communitas incipit habere differentias personarum, & quidem vt spumæ crescere, *Bullásque erumpere, & emergere, vt non crescant, neque appareant, neque elucidant, & honorificentur, sed emergantur, & pereant, sine honore, & cum differentia in cibo,* 1415. Rupertus in Oseam. Oseæ c. 10. n. 7.

Differentia inter Religiosos in cibo, & gestu canfunduntur. *poris, & exemptionibus, sine dubio talis Respublica peribit.* Verba Ruperti sunt. *Superiores aqua in spumam, bullasque erumpunt, ipsaque bulla subsilientes, colliduntur, & aliis emergentibus, alia crepant, & dissiliunt, ita Samaria, vel decem tribus ingi feruentes igne discordia Reges alios super inferiores crearunt, & demisi perierunt.* Quasi dicat, nulla res ita nociua communitati, quam differentia propter singulares respectus. Ideò Beata Virgo prima voluit legem sui filij adimplere, vt omnibus esset norma formáque, & exemplum æqualitatis in adimplendis præceptis.

& voluntate, sed verbis, gressibus, & omnibus exterioribus demonstrationibus delectatur. Audiatur Ambrosius citatus in Psalm. 118. Amb.cit. *Seruulo suo, (id est, Isaia) poterat imperare, quem dignum, qui mitteretur, nouerat. Sed maluit cum spontanea oblationis non fraudare mercede; qui vt ipse se offerret præstolatus est, & quamuis eius sciret affectum, expectauit tamen vocem, vt cumularet gratiam.* Ideò Maria properans ad purgandam in templum tendit, vt gressibus obedientiæ suæ sponso suo placeat, & plena gratiæ magis, ac magis cumuletur.

DIFFICVLTAS VIII.
ad mores.

Quare dicitur, postquam impleti sunt dies Purgationis Mariæ?

QVæritur, quare tam immediatè impletis diebus purgationis Mariæ venit in templum sine mora?

1416. Bern.cit.in litt. 1. RESPONSIO fuit Bernardi in littera citati: *Vt promptam obedientiam nobis insinuaret.* Quasi dicat, ita propria erat Virginis obedientia, vt non solum vigilans, sed dormiens cura, & solicitudine promptæ obedientiæ euigilabat, quomodo dilecto suo placeret obediendo. Quare introducit idem Bernardus serm. 52. in Cant. (Idem ser. 52. in Cant.) *Mariam quasi dormientem, & euigilantem, & dicentem en dilectus meus loquitur mihi*, Cant. 2. num. 10. (Cant. 2. n. 10.) Quasi dicat. *Sopor obedientis cordis interiorem sensum illuminat, & cura, & solicitudine somniat id quod euigilans tractat & cum ad obediendum semper Virgo sacrata esset parata, & præmeditans, etiam soporata in obediendo meditabatur. Istius vitalisque sopor* (inquit Bernardus,) *sensum interiorem illuminat, & reuera dormitio est qua tamen sensum non sopiat, sed abducat.* (Vere obediens dormiendo cogitat obedire.)

1417. Hugo Car. citat. 2. RESPONSIO Hugonis Carensis, qui ait, *Quod Maria Mater Iesu puerum portabat in brachiis suis; puer autem Matrem ad obediendum regebat.* Quasi dicat, quod Maria portans filium ad templum cumulabat meritum obedientiæ; quia etiam si cor Virginis in affectu semper fuit speculum obedientiæ, & omnium virtutum, tamen operando augebat merita. (Quilibet actus exterior obedientia cumulat gratiam.)

1418. S.Ambros. serm. 8 in Ps. 118. Isa. c. 6. n. 8. Interrogat Sanctus Ambrosius serm. 4. in Psalm. 118. *Quare interrogauit Deus coram Isaia, quem mittam, & quis ibit nobis*, ita cap. 6. num. 8. Et respondit, *Vt à Propheta suo audiret responsum. Ecce ego, mitte me.* num. 8. Quasi dicat, quamuis promptam voluntatem obedientiæ cognosceret Deus in seruo suo Isaia; tamen voluit vocem eius audire, qua tantum delectabatur, vt ei gratiam cumularet; nam vt dicit Gregorius in Euangelia loquens de Magdalena; *Iterum, atque iterum sepulchrum dilecti sui aspicientis; quia amanti semel aspexisse non sufficit.* Sic vox obedientiæ tantum placet Deo, vt non solum corde, (Gregorius in Euang. Vt amorn semper delectare amata.)

DIFFICVLTAS IX.
ad mores.

Quomodo impletum sit omne masculum adaperiens vuluam sanctum vocabitur?

QVæritur, quomodo in Virgine adimpletum est omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur?

1. RESPONSIO est Gregorij Nysseni citati in littera: *Hoc autem legis decretum singulariter, & ab aliis differenter implere videtur.* Quasi dicat, in partu, & in legis adimpletione quantum ad purgationem fuit singularis, & sine exemplo Maria, & qui de eius deuotione gloriantur singulares in honestate debent procedere. Vnde Chrysostomus serm. de Beatæ Virginis Mariæ: *Quicumque estis Virgines ad Matrem Domini confugite; illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, & incorruptibilem possessionem patrocinio suo vobis conseruabit.* 1419. Greg Nyss. in lit. cit. Chrysost. serm de B. V. M.

Interrogat Guarricus Abbas serm. 4. de Assumptione Beatæ Mariæ: *Quare Christus Dominus in cruce pendens matrem suam Ioanni Euangelista commendauit, & tam glorioso titulo eum honorificauit, dicens Matri sua, Ecce filius tuus.* Ioan. 19. num. 27. Et respondet, *Quia Virgo Maria languebat amore dilecti filij, & tormenta crucis in corde transfigebantur, & necesse fuit, vt fulciretur, & mederetur floribus, & virtutibus Virginitatis Sancti Ioannis, vt adimpleretur, quod* Cant. 2. *scriptum est, fulcite me floribus, quia amore langueo.* Quasi dicat; floribus quibus fulciri amans Virgo quærit, Virgines sunt, & casti; quia est singularis Virgo Maria, & sic quæret seruos, & amicos in singulari castitate. *Decens namque erat*, inquit Guarricus citatus, *vt non nisi Virgo deseruiret, quatenus, & Virgo Beata diuino languens præ amore floribus fulciretur castitatis.* Quasi dicat, frustra gloriantur Virgines fatuæ titulo filiarum Beatæ Mariæ, si oleum honestatis in vasis suis habere noluerunt. 1420. Guarr. Abb. ser. 4. de Assumpt. Ioann. 19. n. 20. Virgines, & casti amici sunt Virgini Mariæ fulciment. Cant. 2. n. 5. Guarr. cit. Aduerte monet.

2. RESPONSIO est Euthymij citati in littera: *Christus solus nondum apertum supernaturaliter aperuit, & clausum naturaliter conseruauit.* Quasi dicat, veros amatores castitatis 1421. Euthym. cit.

diligit

Stulta Virginis vt luna mutantur. diligit Virgo Maria. Sed expedit quod non sicut luna habeant variationes, vna die sint casti, & altera impudici, corpore abstinentes, & mente polluti, sed infatigabiliter auxilium quærant, & petant à gloriosa Virgine vsque ad diem mortis, quia reuera hostis opprimit, & Anonym. citat. in vmbra Virgin. lib. 4. colliditur. Vnde superscriptio sepulchri Virginum, teste Anonymo est:

Turba Virginea
Quæ transcendit carnis obstaculum
Colles transiliens.

1422. Hieron. cit. Vnde interrogat Sanctus Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, *Quare Iosue, qui neque vxorem habuit, neque filios, post mortem sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare.* Iosue 24. num. 40. Et respondit, *quia* Iof. 24. n. 40. *Thamnathsare interpretatur Virginum operimentum. Sepelitur autem in perfectissimo principatu, siue in numero operimenti noui, vt Virginum significaret greges Saluatoris auxilio coopertos.* *Epithaphium sepulchrorum Virginum.* Quasi diceret, perirent Virgines, & esse desinerent nisi sponsi sui auxilio operirentur; qui vero agnum sequuntur, per Virginem Matrem, honorantur, & sepeliuntur in perfectissimo principatu Regni cœlestis, & hoc Epitaphio fruuntur, Virgo Maria operimentum est Virginum.

DIFFICVLTAS X.
ad mores.

Quare in Purificatione pro Christo hostia offertur par turturum, &c.

QVæretur, quare Creator omnium rerum hostias in templo offert?

1423. Cyrillus. in litt. cit. 2. Cor. 8. 9. 1. RESPONSIO est Cyrilli in littera citati. *Hostiam offert, qui per singulas hostias honoratur.* Quasi dicat ille, qui cum diues esset, pro nobis tam pauper, & egenus factus est, vt hostiam in templo offerret, vt diuites doceret, quomodo deberent diuitias pauperibus erogare, & templa honorare.

1424. Oleaster. in Leuit. c. 12. Interrogat Oleaster, in Leuit. 12. *Quare lex præcipiebat, quod si non potuerit agnum offerre, offerat par turturum aut duos pullos columbarum?* Et respondit, *docet pius Dominus legislatores pauperum semper in suis onerosis legibus habere rationem, vt in collectis, &* *Diuites in Gabellis ditiores fiunt.* *anguriis, non sicut diuites grauentur. Sed nunc omnia hæc confusa, & inuersa sunt; vbique enim vexantur pauperes; diuites vero ab huiusmodi oneribus exempti sunt. Sed est, qui ex vsuris,* Ps. 71. n. 14. *& iniquitatibus redimat animas eorum, & animas pauperum saluas faciet?* Quasi dicat: ô infelix Regnum, & Respublica misera, vbi tot calamitates, & quas Deus propter peccata diuitum, & potentatuum immittit, pauperes, & *Bella propter scelera diuitum eueniũt, quia pauperes soluunt adsiduenter.* viduæ portant humeris suis onera belli, & commotionum Regnorum; quia diuites grauando pauperes, non solum ipsi non grauantur, sed plus ditantur, quia participes facti sunt vsurarum, & ex quibus omnia officia faciunt venalia. *Sed ô miseri & pauperes auscultate me, & consolamini; quoniam, cum diues factus fuerit homo, peribit, & cum eo omnis gloria eius; Gemitus autem pupillorum, & egenorum exaudiet Dominus, & redimet cito animas eorum ex iniquitatibus, & vsuris, & dentibus suis, diuites frement, & tabescent dicentes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij; nos insensati vitam illorum, &c.* Ps. 48. n. 18. Ps. 11. n. 6. Ps. 111. n. 10. Sap. 5. n. 3.

2. RESPONSIO eiusdem Cyrilli citati, qui ait: *Turtur loquacissima est, columba animal mansuetum; quia Christus vt agnus mansuetus totum orbem sua doctrina illustrauit.* Quasi dicat: prima regula perfectionis est de rebus cœlestibus, quasi turtur loqui, & de temporalibus tacere: Vnde noster D. Bonauentura Opuscul. de perfectionibus vitæ, cap. 4. ait: *Argumentum quasi infallibile est, vt si sit homo in Theutonia, & non loquatur Theutonicè, videtur, quod non sit Theutonicus. Sic qui est in mundo, & mundana non loquitur, euidenter demonstrat se in mundo non esse; qui enim de terra est, de terra loquitur.* Quasi dicat; *Vbi enim est thesaurus hominis, ibi, & cor eius.* Et si Religiosus in mundo est, de mundo loquitur; frequenter si impudicus, impudicè; si ambitiosus de dignitatibus, & quasi turtur, & hirundo garrulat, huc illúcque discurrens, perpetuóque motu ambiens, vt consequatur officia, & dignitates, & nunquam quiescit, sicut loquax nimis, nunquam tacet. 1425. Cyril. cit. S. Bonau. opusc. de perfect. vitæ c. 4. Ioan. 3. n. 31. Matth. 6. n. 21. *Loquax & ambitiosus semper mouentur.*

1426. D. Laur. Iust. c. 15. de perfect. monast. Vnde Diuus Laurentius Iustinianus cap. 15. de perfection. monast. conuersationis: *Sed proh dolor, quot serui Dei, quæ proprio congruunt statui audire, vel loqui, non curant, & plurimum, tacent propria, & vtilia, & de alienis proloquuntur negotiis, & cum varia audiunt, & scurrilia loquuntur, intenti sunt. Cum vero spiritualia citò fatigantur, & persæpè miserabiliter merguntur somno.* Quasi dicat, *Multi sunt monachorum similes Hebræis ad diuina eloquia, & spiritualia, nauseantes, & cœleste manna fastidiantes, & ollas Ægyptias adspirantes, propter quod Dauid dicebat*, Psalm. 16. num. 4. *Non loquatur os meum opera hominum.* Quasi dicat, grandi supplicio dignus est Religiosus, qui cum toties in domo Dei audiat eloquia sancta in mensa, altari, choro, & Ecclesia, & orando, & cantando legendo, & prædicando, istis prætermissis loquatur, quæ mundi sunt, quia os habet in mundo. Quare quasi antidotum contra istud vulnus Beata Virgo Maria, cum sit Mater misericordiæ pro eis offert in templo turturem quasi in holocaustum pro illis qui nimis loquuntur. Numer. 21. n. 5. *Religiosi de mundo non loquuntur.* Ps. 16. n. 4. *Puniendi nimis Religiosi non attenti.*

1427. S. Bern. cit. 3. RESPONSIO est Sancti Bernardi citati in littera. *Sicut columba candida grana eligit, sic tu ex Scripturis sacris meliores sententias elige.* Quasi dicat, candidè, & simpliciter debet homo iudicare de omnibus rebus, & si praua; & illicita pro vna parte res videatur & pro alia bona, candida grana eligat ad iudicandum, sicut columba ad comedendum.

1428. Oleaster in Interrogat Oleaster, quare Leuitic. cap. 14. num. 38. *Præcipiebat Deus, quod cum homo fuis-*

Leu. c. 14. n. 28. Translat. Pagnin.

set plenus in cute carnis lepra, vel scabie, ait textus iuxta translationem Pagnini, *Claudere faciet septem diebus?* Et respondet; *quia sunt homines, qui ea facilitate alios de malo iudicant, ac si quæ in corde eorum sunt eo acumine viderent, quo Deus scrutatur renes, & corda, quos locus iste arguere videtur qui non permittit Sacerdotem facilè hominem iudicare, sed prius multis recludere, & iudicium suspendere.* Quasi dicat, si Dominus non sinit Sacerdotem suum statim de lepra, quam oculis cernit decernere, quomodo te permittet de cordis malitia proximum temere iudicare? Nolite ergo ô vos homines qui cuncta malitiosè iudicatis, *Nolite condemnare, & non condemnabimini, quoniam quo iudicio iudicaueritis iudicabimini*, & si grana candida, vt columba eligatis, etiam bona quæ in vobis sunt, cæteri enarrabunt; etsi è contra ea tacebunt, & lepram, & scabiem publicè prædicabunt.

Matt. 7. n. 2.

Iudicia nostra candida sicut grana quæ legit columba.

1429. Beda cit. 4. RESPONSIO est Bedæ in littera citati, qui ait: *Columba cum gemit non sola sicut turtur, sed congregatim volat & publicos Ecclesiæ conuentus insinuat, cum publica peccata cognouerint, &c.* Quasi dicat, secreta peccata sicut turtur in solitudine gemenda sunt, sed publica publicè, sicut columbæ congregantur in aliis diuersis, & gementes volitant per aëra. Sic remedia ad cœlum petenda sunt.

Colūbo peccatorum incorrigibilium symbolum.

1430. Oleaster in Leu. c. 13. n. 12. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, quare dicitur Leuit. 13. *Si operuerit lepra omnem carnem plaga claudere non faciet eam?* Et respondit, *quia sicut quædam, ita apertè mala, vt de eis nobis permittatur iudicare: nam mirum valde fuerat hominem iudicari mundum, si totum eius corpus scabie esset infectum.* Vnde Ieremias dicit cap. 7. n. 4.

Ier. 7. n. 4.

Nolite confidere in verbis mendacibus dicentes, templum Domini, templum Domini est. Quasi dicat, odiuit anima mea Kalendas vestras, quia manus vestræ sanguine plenæ sunt, id est, putabant Iudæi omnia tuta esse, quoniam templum Dei habebant, & Kalendas, cæremoniásque legis celebrabant; sed quia muneribus, & pecuniis manus eis plenæ erant ex vsuris, & iniquitatibus odiosi erant apud Deum, & publicè à prophetis reprehendebantur. Sic sunt modo multi Christiani in dignitate constituti cæremoniosis vitiis onusti, & ambitione, & muneribus manus plenas habentes, qui secretè degunt, & viuunt, & ad altare accedunt, & sacra inter manus quotidie offerunt Deo, sed odiosæ sunt eorum Kalendæ apud Deum, quia manus eorum sanguine innocentium, & pauperum plenæ sunt. Neque istorum peccata iam sufficit sicut turtur plorare in solitudinibus, & desertis; sed sicut columbæ congregantur volitando, & gemendo ad cœlum remedium postulantes. Sic sancti Viri in plateis, & Ecclesiis debent ad Deum clamare pro istorum remedio. Ideò Beata Virgo hostiam offert, non turturum solum, sed & duos columbarum pullos hoc insinuans.

Manus ministrorū muneribus plena odiosa apud Deum.

Prælati sine timore … sanguine plenæ sunt.

Peccata publica publicè deuenda.

***

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quare Simeon expectabat redemptionem Israël?

QVæritur, quare Simeon solus expectabat redemptionem Israel?

1. RESPONSIO fuit Sancti Ambrosius in littera citati, qui ait, *Quia erat iustus, & timoratus qui non suam, sed populi gratiam requirebat.* Quasi dicat, quod ministri, & superiores recti non sibi diuitias, & delectamenta, sed communitati quærere debent. 1431. S. Ambros. citat.

Interrogat Rupertus, quare Ioannes Euangelista Apoc. 5. n. 7. *Vidit agnū tanquam occisum, qui accepit de dextera sedentis in throno librum?* Et respondit, *quia liber continebat res spirituales, & nomina prædestinatorum, & sic agnus, & qui illum sequuntur, qui sunt ministri, & redempti sanguine eius solum de rebus æternis curant; temporalia ad sinistram exhibentes sicut in Prou.* dicitur 3. num. 16. *in sinistra illius diuitiæ, & gloria.* Vnde Rupertus loco citato: *Bonum exemplum cunctis præbuit discipulis Christus, & credentibus in se, nihil diuitiarum, aut gloriæ quærerent in sæculo.* Quasi dicat: attendant omnes, qui gregem Domini administrant, & regunt, quod si iusti sunt, & timorati, non debent sibi adquirere, sed ad populorum vtilitatem; & ideò nomen æternum iusti adquirent, sicut Simeon timoratus, quia non suam sed populi gratiam, expectabat, id est, redemptionem Israël. 1432. Rupertus in Apoc. 5. n. 7.

Præsul & iudex quæ sunt Reipublicæ quærant.

Prou. 3. n. 16.

Recti quare timorati dicuntur.

2. RESPONSIO est Gregorij Nysseni in littera citati, qui ait: *Non vtique mundanam fælicitatem in consolationem Israel Simeon expectabat, sed veram translationem ad veritatis decorem.* Quasi dicat, iustus quisque de temporalibus casibus prosperis, vel aduersis non tristatur, neque lætatur; quia scriptum est: *Non contristabit iustum quidquid ei acciderit*, Prou. 12. n. 21. Vnde Hugo Cardinalis in hunc locum: *Sicut accidens abest, & adest absque subiecti corruptione; ita & præsens prosperitas & tribulatio viro iusto adest, & abest præter eius tristitiam & conturbationem.* 1433. S. Gregor. Nis. cit.

Prou. 12. n. 21. Hugo Car. in Prou. 12.

Interrogat Tertullianus lib. de patient. cap. 7. quare Rex Dauid dixit Ps. 37. n. 7. *Miser factus sum, & conturbatus vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar?* Et respondit; *quia omnia temporalia eius animum fastidiabant, & lacerabant, & excedere spiritualia pugnando curabant.* Vnde Africanus, ait: *Alienum quærimus cum alienum amittimus, & dolentes ægrè sustinemus, qui damni impatientia concitatur terrena cælestibus anteponendo, de proximo in Deum peccat: spiritum enim, quem à Domino sumpsit sæcularis rei gratia concutit.* Quasi dicat, *Domini est terra, & plenitudo eius*, Ps. 23. n. 1. Ergo nostra in hoc mūdo nō sunt. Si ergo sunt aliena, de quo cōtristamur aduersis vel prosperis; propriū enim Christianorum est regnum cœlorum: quia cohæredes sumus filij Dei, & qui de terrenis rebus tristatur, gratiam, quam Spiritus Sanctus illi dedit amittit continuò: *Totum licet sæculum pereat, dum patientiam lucrifaciam:* (concludit Tertullian. Quasi dicat, *fælicitatem huius mundi*, non spectemus sicut S. Simeon, sed decorē veritatis æternæ contēplemur, & patientia semper lucri faciet nobis. 1434. Tertull. lib. de Pat. c. 7. Ps. 37. n. 7.

Ps. 23. n. 1. *Alieni, & peregrini sunt homines in hoc mundo.*

Tristitia facit inopiet.

Tertul. cit.

3. RESPONSIO

1435. Galfrid. in litt. cit.

3. Responsio est Galfridi in littera citati, qui ait: *Beatus homo, qui semper fuerit pauidus.* Quasi dicat, est timor perfectus in viro spirituali, qui semper cupit nimis in mandatis Dei, & quamuis innumera bona faciat, semper est timidus, & pauidus, si forte Deum gratum habeat, de quo dicitur, *Beatus vir qui timet Dominum.*

Ps. 111. n. 1.

E contra vero peccatores ita intrepidi sunt, quod neque iudicium timoris diuini, sed in vanitatibus enutriti à iuuentute præcipites vsque ad inferna descendunt.

1436. Oleaster in Leu. 14. n. 6. Translat. Pagnin.

Interrogat Oleaster, *Quare præcipiebat Deus, quod pro leproso, & scabie pleno Domus sanguine passeris purificaretur*, Leuit. cap. 14. num. 6. *Purificabit domum in sanguine passeris?* Et respondet; *quia cuncta sanguine Christi mundantur. Et si mundati, timidi, & pauidi sunt volitant sicut passer ereptus de laqueo venantium; qui vero intrepidi, & sine timore Dei veniunt in sanguine proprio inquinantur.*

Scelerati sine timore Dei sanguine maculantur.

Is. c. 63. n. 3.

Audi Isaiam cap. 63. num. 3. *Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia vestimenta mea inquinaui.* De iustis vero dicitur

Apoc. 22. n. 14.

Apocalyp. 22. num. 14. *Lauerunt stolas suas in sanguine agni.* Quasi dicat, omnia immunda peccatorum sine timore viuentium in ira, & furore Domini, & in vindicta sanguinis mundabuntur: Sed sanguine passeris (Christi scilicet, mundati sunt, & pauidi, & timorati permanserunt: isti trementes, & feruentes in amore Dei duabus alis volitant sicut columbæ, & volando per contemplationem requiescunt in amore Dei; quia scriptum est: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam*, Psalm. 54. num. 7. *Pennas, scilicet, amoris & timoris Dei, quibus semper pauidi, & amore feruentes persistunt*, vt Galfridus insinuat.

Viri timorati passeres volantes.

Ps. 54. n. 7.

Galfrid. cit.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quare accepit Simeon puerum in vlnas suas?

Quæretur, quare Simeon in vlnas, & in brachia puerum accepit?

1437. Beda cit. in lit. Luc. 18. n. 1. *Opera enim sequuntur Christianos.*

1. Responsio fuit Bedæ in littera citati, *Vt significaret iustitiam fidei per opera manuum, & vi brachiorum perficiendam.* Quasi dicat, oportet semper laborare, & nunquam deficere, ne fortè grauentur corda nostra ebrietate voluptatum, & hæreticis adhæreamus, cogitantes peruersè, quod sola fide agni Dei, & in sanguine eius saluandi sumus sine operibus, quia vt impij falso allegant copiosa, & sine nostris operibus est apud Deum Redemptio.

1438. Oleaster in Leuit. 14. n. 21.

Interrogat Oleaster, quare Leuit. 14. n. 21. *Præcipiebat Deus, quod leprosus mundatus à lepra offerret agnum? Si Pauper fuerit* (inquit textus) *accipiet agnum vnum?* Et respondit, *Quia sunt multi ita pauperes intellectu, quod in perpetuo motu, & fluxu peccare non cessant, & in sanguine agni existimant dealbari sine bonis operibus; propter quod eadem lex præcipiebat, quod septem vicibus spargeretur oleo coram Domino.* Leuit. 14. num. 24. *Oleum autem misericordiam insinuat; misericordia autem pœnitentiam denotat: nam scriptum est, nisi pœnitentiam egeritis, &c.*

Leuit. 14. n. 24. Apoc. 2. c. 5.

1439.

Dicitur, quod pauper accipiat agnum, quia sunt impij homines, qui solum erga Deum paupertatem ostentant, ad cibos autem ludósque perpetuos, & sacrilegos, & scandalosos, ad vanitatem, & fornicationes, cæteráque vitia diuites se ostendunt; sed ad eleemosynam tribuendam paupertatem, & miseriam proclamant; & isti quamuis in Baptismo Iesum in manibus acceperunt; tamen quia manus lassas, & fragiles habuerunt, Christum eiecerunt, & ipse e manibus eorum elapsus est.

Pecunia ad ludos nunquã defuere.

1440. Origen. cit.

2. Responsio est Origenis in littera citati, qui ait: *Considera, quanta dispensatio præcesserit, vt filium Dei Simeon mereretur tenere.* Quasi dicat, labores tantorum annorum in sene Simeone attende, vt mereretur tenere in omnibus Iesum; quia grauissimis pœnis, & tormentis puniendi sunt, qui tota die otiosi existimant Regnum Dei possidendum, sicut qui pœnitentiis, ieiuniis, & orationibus perpetuo operantur. *Deus meus* (dicebat Dauid) Psalm. 82. n. 14. *Pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti*: & si interroges, qui sunt isti qui tam crudeliter plectendi sunt, & quare in rota, & stipula ante faciem venti? Respondeo: qui dicũt, *Hereditate possideamus sanctuarium Dei.* Quasi dicat: *Isti sunt impij, scelerati, & Principes nobilitate præditi, qui sicut mulus, & equus carent intellectu, & bibunt sicut aquam iniquitatem, & non est iniquitas, noctu diúque, quam non operentur, & putant se regnum Dei, quod violenti, & pœnitentes rapiunt solum hæreditate maiorum suorum possidendum. Meritò istos vt rotam ponit Deus; quia Ezechiel vidit rotam in medio rotæ.* Vnde teste Ambrosio: *rota intra rotam est vita intra vitam, quia qualis inferior sic, & superior, & qualis Pater talis filius*: nam isti, qui in conciliis impiorum ambiunt; ita vita illorum est inferior, sicut & superior; quia in prima ætate, & in secunda, & tertia, & nona semper eodem modo viuunt, & tandem vim habent, sicut stipula ante faciem venti, quia repentina morte ferè semper moriuntur.

Per magnos labores ad Christũ peruenitur.

Ps. 82. n. 14.

Auctoris mens.

Ps. 82. n. 13. Matth. 11. n. 12.

Mente captũ qui sine labore Deum videndum putans.

Ezech. c. 1. n. 1.

Amb. cit.

1441. S. Ber. ser. 1. de verb. Is. Is. c. 53.

Interrogat Bernardus serm. 1. de verb. Isaiæ quare cap. 6. num. 1. dicitur in Isaia: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.* Et cap. 53. num. 2. ait, *Vidimus eum, & non erat aspectus in eo?* Et respondit, *intuere prius exaltatum in deserto serpentem, si videre desideras Deum in solio residentem.* Quasi dicat, plusquam insanus est, & mente captus, qui existimat videre Deum in sede maiestatis si prius in cruce exaltatum non imitetur per labores, & opprobria, quæ exprobrantium ceciderant super eum. Ideo Beda de Simeone testatur, quod longa temporum, & laborum dispensatio præcesserat antequam Christum in manibus teneret.

Ps. 68. n. 10.

1442. Caietan. cit.

3. Responsio Caietani citati in littera, *Nihil iam expectans Simeon offert se morti.* Quasi dicat; *Mortem quam toto tempore vitæ suæ Simeon præmeditatus fuerat videndo Christum exoptat.* Vnde scriptum est Sap. 4. num. 7. *Iustus*

Sap. 4. n. 7.

Anaſt. Niz. q. 17. *Mortes repētina ex quo proueniunt.* *ſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit.* Vnde Anaſtaſius Nizenus quæſt. 17. ait, *Quod iuſti ſolent repentina morte perire, vt à laboribus requieſcant, vt Simeon; ſed etiam mali repente moriuntur, vt timeant mortales, ne idem patiantur, & etiam, vt aliquando iuſti à leuioribus noxis, quas vt homines contraxerunt per hanc mortis violentiam expurgentur.* Vnde Ambroſ. lib. 3. exameron. Ambroſ. lib. 3. exameron ait: *Viret gloria hominis in carne, quaſi fœnum, & quæ putatur eſſe ſublimis exigua quaſi herba eſt.* Quaſi dicat, Iuuenes, & Virgines adoleſcentulæ quæ ætate Aug lib. 2. de ciuit. Dei c. 22. vireſcunt pluries ſicut fœnum perire videmus. Vnde Auguſtinus lib. 2. de ciuitate Dei cap. 22. *Repentinæ mortes caſibus ſubiectæ.* *Quis ambulat vbicumque non inopinatis ſubiaceus caſibus? Quid videtur ſedente ſecurius? De ſella in qua ſedebat Heli cecidit, & mortuus eſt, ideo Simeon viſo Domino mortem bonam deſiderans, periit.* 1. Reg. c. 4. n. 13.

1443. Origen. cit. 4. Responsio eſt Origenis in littera citati, *Si tu vis tenere Ieſum, & amplexari manibus labora, vt deuotus venias ad templum cum illo.* Quaſi dicat, nulla hora ſit, in qua obliuiſcaris mortis, & ſic manebis ſemper timidus, & deuotus. Naz. or. 40. in S. Bapt. Vnde Gregor. Nazian. orat. 40. in Sanct. Baptiſma ait: *Si hodiernum, diem ſemper præteriens, craſtinum obſerues paulatim differendo quanto in periculo verſaris.* Bern. ſer. de Villico. Bernard. ſerm. de Villico, *Mors ipſa eſt crux horribilis ad quam quotidie feſtinas, & non attendis. Vide quomodo mors te crucifigit, crura diſtendunt manus, & brachia decidunt, pectus anhelat, ceruix langueſcit, labia ſpumant, oculi ſtupeſcunt, vultus horreſcunt, facies exudat morte tacta palleſcit. Et hæc vtique quæ videmus de foris, & quæ ſentimus leuia ſunt, ad ea quæ intus anima miſerabilis iam prægustat.* *Semper mors expectanda.*

1444. Aug. lib. 2. de ciu. c. 22. *Semper mors expectāda eſt.* Vnde Auguſtinus lib. 2. de ciuit. cap. 22. ait, *Nemo ſecurus, nemo indeuotus incedat, quia etiam ipſa adiumenta, & medicamenta tormenta ſunt, vt homines à pœnarum exitio pœnali cruciantur auxilio.* Quaſi dicat, fruſtra potentes, *Chaconimici ſemper pauidi mortis ſint.* & ſupremi ſuperiores medicis, & medicinis aliquando vtuntur, & chaconimice laborant, quærendo remedia ad conſeruandam ſalutem; quia multoties ipſa remedia cauſæ ſunt mortis, vt diſcamus remedia ſalutis æternæ attentè quærere, & nimis deuoti, & timidi ſemper ſicut Simeon templum aſſiſtere, & inceſſanter quærere Ieſum, & in manibus, pectore, & anima ſemper eum portare.

1445. Beda cit. 5. Responsio eſt Bedæ in littera citati, qui ait: *Accepit ſenior puerum, vt inſinuet hoc ſæculum ſenio iam defeſſum ad infantiam rediturum.* Quaſi dicat, qui miſerias, & malitias huius ſæculi attentè reſpicit, quomodo ſeneſcentem, & caducum mundum relinquere non Ad Phil. 1. n. 3. cupiet? in eo ſcilicet deſiderio, quo Apoſtolus Philipp. ait: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Tertull. lib. de Pat c. 9. *Qui mortem timent mala faciunt.* Quaſi dicat, teſte Tertulliano lib. de patientiā. cap. 9. *Mori commune votum eſt Chriſtianorum, quia deſiderant, & expectant reſurrectionem mortuorum.* (Ergo inquit Africanus) *ſi alios votum conſequi impatienter dolemus, ipſi conſequi nolumus.* Quaſi dicat, ſæculum ſeneſcens Eccl. 41. n. 1. neſcio, cur tam inflexibiliter ab hominibus amatur: quia ſic conſideratio mortis nos terret & vociferamur dicentes: *O mors quam amara eſt tua memoria. Quaſi ſæculum æternum non expectemus.* Vnde Hieronymus dicebat in Epitaphio: Hieron. in Epith. *Non tam plangendus eſt, qui hac luce caruit, quam gratulandum ei, qui de tantis malis euaſerit.*

1446. Ambroſ. de fide Reſurr. Vnde teſte Ambroſio de fide Reſurrectionis *Laudat nationes, neſcio quas, quæ ortus hominum lugerent, obituſque celebrarent; nec imprudenter eos qui in hoc vitæ ſæculum veniſſent mærendos putabant; eos vero, qui ex iſtius mundi procellis, & fluctibus emerſiſſent, non iniuſto gaudio proſequendos arbitrabantur.* Chryſolog. ſer. 63. Vnde Chryſologus ſerm. 63. *Mors quando ab Eua prouiſa eſt; tunc lamentandi materia fuit; nunc vero facta eſt virtutis occaſio; quia tunc ad pœnam peccantis data eſt, nunc permiſſa eſt reſuſcitantis ad gloriam. Tunc tartarus inuenit hominem, nunc amittit.* *Propter aſtutorum malitiam mundus debet faſtidiri.* Quaſi dicat, talis eſt mundi malitia, & hominum aſtutorum nequitia, quod ſi poſſibilitas afforet, ſola hac temporali conſideratione vt mundum poſitum in malitia non relinquerent, contenti eſſent. Sed quid iuſti hoc audientes, dicant, audiamus.

1447. Tertul. lib. de pat. c. 9. Tertullianus lib. de patientia cap. 9. *Cum conſtet de reſurrectione mortuorum vacat dolor mortis, vacat impatientia doloris.* Quaſi dicat, quis mundum caducum, & ſenio defeſſum amittere ſentit? Et reſpondet Sanctus Gregorius in Euang. *Exire de corpore trepidat ille, qui Chriſtum expectat, quem ſemper offenſum, & inimicum habuit; qui vero de ſua retributione ſecurus eſt exire de corpore deſiderat; quia lætus Chriſtum iudicem expectat, cui ſeruiuit, & quem amauit.* *Impius exire de corpore trepidat.*

1448. S. Hieron. ep. 3. ad Heliodorum. Interrogat S. Hieronymus epiſtol. 3. ad Heliodorum, quare dicitur de morte Moyſis Deuteron. 34. n. 8. Deut. 4. n. 8. *Quod fleuerunt filij Iſrael in campeſtribus triginta diebus. De Ioſue vero typo nouæ legis de vita decedente,* dicitur Ioſue 14. n. 30. Ioſ. 14. n. 30. *Quod filij Iſrael ſepelierunt eum, ſed non fleuerunt?* Et reſpondit: *Moyſes moriens plangitur, Ieſus abſque funere, & lacbrymis ſepelitur.* *Mors Prophetarum moleſta quare.* Quaſi dicat, mors illius temporis acerbior erat, cum ex ea in cœlum aditus non pateret; nunc autem Ad Epheſ. 4. n. 15. dulcior, & ſuauior, cum in ea felix ad Patrem reſeretur oſtium. Et ſæculum iam ſenio confectum, & innumerabilibus moleſtiis relinquitur expectando cum ſene Simeone æternam mortuorum reſurrectionem, quia propter Chriſtum carne indutum, & reſurrectum omnes in ſua ætate reſurrectionem expectamus. *Reſurrectionis carnem expectamus.*

1449. Tert. lib. de Pat. c. 9. 1. Ioan. 5. n. 19. Vnde Tertullianus lib. de Patientia c. 9. ait: *Cur enim doles, ſi periiſſe non credis? Cur impatienter feras ſubductum interim quem credis reuerſurum; non eſt lugendus, qui antecedit, ſed plane deſiderandus.* Quaſi dicat, mundus poſitus ita eſt in maligno, & non lugendus eſt, qui eum relinquit, ſed imitari deſiderandus. Et addit Africanus. *Et Chriſtum lædimus, cum euocatos quoſque ab illo quaſi miſerandos non æquanimiter accipimus.* Quaſi dicat; iniuſtè lamentamur iuſtos, qui cum Simeone moriuntur in pace, quia vnanimiter cum Dei voluntate reſignantur, & conformantur, & plus ſunt inuidendi quam lugendi. *Voluntas cum Deo conformata mortē iuſtam facit.*

TRACTATVS

TRACTATVS XXXIX.

AD LITTERAM, In Cap. II. Lucæ.

De Puero Jesu inter Doctores disputante.

TEXTVS.

42. ET cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundùm consuetudioem diei festi 43. consummatisqoe diebus cum redirent, remansit puer IESVS io Hierusalem, & non cogoouerunt parentes ejus. 44. Existimantes autem illum esse io comiratu, veoeruot irer diei & requirebant eum inter cognatos, & noros. 45. Et non iooenientes regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. 46. Et factum est post triduum inueoerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem eos.

EXPOSITIO litteræ.

1450. *Solemnitas Pascha septē diebus durabat.* PROCVLDVBIO solemnitas Paschalis erat dies festiuus, quem Euangelista enumerat, ad quam festiuitatem per singulos anoos ascendetunt Mater Maria, & Ioseph cum Iesu, & hoc sonat verbum illud *Secundum consuetudinem consummatisque diebus, id est, septem sicut lex*, Leuit. 23. *præcipiebat.* (Leuit. 23.) Remansit puer in Hierusalem insciis parentibus. Et si quæratur cur Iesus parentibus insciis voluit remanere, forsitan, vt non impediretur actio subsequenda, vel vt Beda dixit, *vt inciperet ostendere diuinitatem suam.* (Beda in Luc. 2.)

1451. *Lyran. noster sua in glossa.* *Pueri cum mulieribus iter agebant.* Existimabant autem esse in comitatu. Lyranus noster asseuerat fuisse consuetudinem, *vt seorsum viri, & seorsum mulieres iter agerent in solemnitatibus, puerosque impuberes licitò cum vtrisque iuisse.* Quo factum est, vt Beata Virgo existimaret illum esse in comitatu Ioseph, & Ioseph existimaret esse in comitatu mulierum, & propterea perrexerunt iter vnius diei, existimantes illum esse in comitatu.

1452. *Caietan. in Euang.* *Maria & Ioseph in afflictionibus participes.* Et requirebant eum inter cognatos, & notos, & non iouenientes, id est, (inquit Caietanus) *eum, vespere quidem cum hospitarentur, & colloquerentur mutuo Ioseph, & Maria, cum neuter ex altero cognosceret, vbi esset Iesus*, requirebāt illum, non solum inter coguatos, sed inter notos, nec inuenerunt illum.

1453. Regressi sunt sequenti die Hierosolymam requirentes eum per viam, & in hospitio, aut vicinia, vbi hospitia fuerant in Hierusalem. Vnde necessario occupauerunt se altero die post regressum itioeris. Et factum est post triduum, non post diem tertium, inquit bene Caietanus, sed post ternarium numerum dierum. Vnde Ambros. *Mysterium resurrectionis inuenis figuratum.* (Caietan. in Euang. Ambros. in cap. 2 Luc.)

Inuenerunt eum in templo sedentem, non inter cognatos, & notos, quia diuina maiori notitia, quam humana indigent, *Sedentem cum grauitate*, inquit Caietanus, *in templo*; quia vt Origenes ait, *quicumque Deum quærit, in templo inueniet*; audientem illum, & interrogantem. *Prius audiebat*, inquit Caietanus, *& postea, & super auditis interrogationes formabat.* Quo exemplo, scilicet, ostenditur, ne infirmus docere quis audeat si ille puer doceri, interrogando voluit, qui per diuinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis suis Doctoribus ministrauit. Hæc Gregorius 3. parte Pastoral. cap. 26. 1454.

TRANSLATIONES, quæ cum textu vulgatæ coincidunt.

Vulgata editio.	1.	Et cum factus esset annorum duodecim ascendentibus illis Hierosolymam.
Translatio Syriaca.	2.	Cumque esset filius anoorum duodecim ascenderunt prout consueuerant in festo.
Translatio Vatabli.	3.	Et cum iam esset annorum duodecim ascendissentque ipsi Hierosolymam.

Caietanus in Euangelia.	4.	Ascendentibus ad solemnitatem Paschalem.
Maldonatus in Euangelia.	5.	Cum factus esset annorum duodecim ascendit & puer cum illis.
Interlinealis in glossa.	6.	Post duodecim annos ascendentibus Hierosolymam.
Lyranus sua in glossa.	7.	Ascendentibus parentibus Hierosolymam tanquam deuoti quod Religiosi.

DIFFICVLTAS I.

Quare duodecimo ætatis anno remansit Puer in Ierusalem.

1455. QVæritur, quare à numero duodecimo Christus remansit in Hierusalem?

Cyrill. in cat. S. Th. 1. RESPONSIO Cyrilli in catena citat. *Quia dixerat Euangelista, quod puer crescebat, & confortabatur, proprium sermonem verificat, inducens Iesum vna cum Sancta Virgine Hierusalem ascendentem.* Quasi dicat, ascendit, & mansit in templo Christus, vt sapientiam, & scientiam inciperet demonstrare.

1456. 2. RESPONSIO nostri Lyrani *Non à casu,*
Lyranus sua in glossa. *vel obliuione remansit Iesus in Hierusalem, sed sua voluntate, & ordinatione, vt à pueritia ostenderet zelum suum circa spiritualia.* Quasi dicat,
Solus Deus tempora disponit. dispositio temporum non est in potestate, sed præordinatione diuina ordinatur.

1457. 3. RESPONSIO Glossæ ordinariæ, *Vtra-*
Gloss. ordin. *que natura Christi hic aperitur, & quæ iuxta maiestatem Patri, & quæ iuxta fragilitatem decebat matri. Ascendit homo cum hominibus ad offe-*
Patri imperitus volunt fieri Magistri. *renda sacrificia, seruat legem, quam seruandam imperauerat, vt nos ad seruandum instrueret,* duodecim annis audit seniores & interrogat, vt eorum reprimat audaciam qui indocti non ad discendum, sed docendum volunt submitti; mox maiestatem suam aperit congruè duodecimo anno primo fidei rudimenta reuelat, quæ per duodecim Apostolos per totum mundum
Suppositum diuinum duplicem naturã terminat. erat propaganda. Quasi dicat, vtriusque naturæ humanæ, scilicet, & diuinæ in vno supposito cœpit mundo virtutem administrare, quia sacrificia offerre hominis est, & sapientes confundere diuinitatis indicium.

1458. 4. RESPONSIO est Græci in caten. citati;
Græcus in Catena. *Non enim indicium sapientiæ transcendit ætatis mensuram, sed quo tempore penes nos discretionis ratio perfici consueuit, duodecimo scilicet anno*
Ætas rationis humana. *Christi sapientia demonstratur.* Quasi dicat, non egebat tempore, sed occasione Christi sapientia, quia æterna est, sed vt homines tempus quo debent vti, ratione demonstrauit.

1459. 5. RESPONSIO est Sancti Ambrosij lib. 2.
Ambr. lib. 2. in c. 2. Lucæ. in cap. 2. Lucæ, qui ait, *A duodecimo anno Dominica sumitur disputationis exordium; hic enim prædicandæ fidei euangelizantium numerus designatur.*

6. RESPONSIO fuit Brixiani in Luc. 2. 1460.
qui ait, *Duodecimo anno se ostendit inter Docto-* *Brixian. in Luc.*
res, & interrogat de Christo, & tempore aduentus illius vt cum factus iam vir prædicaret, posset facilius ex his, quæ præcessissent agnosci quis esset. Quasi dicat, vt prudens Pater familias ad omnes *Etiam Puer Christus de suo aduentu prædicat.* horas & ætates suas voluit prædicare aduentum suum vt inexcusabiles fierent, qui in foro otiosi, & in perfidia sua permansuri erant non haberent excusationem de suo peccato.

DIFFICVLTAS II.

Quare clam remansit puer in Hierusalem?

QVæritur, quare Virgo Maria inscia potuit 1461.
esse de mansione filij sui?

1. RESPONSIO est Græci in caten. citat. *Græcus in cat. S. Th.*
qui ait: *Ideo autem latenter remanet, ne parentes impedimento essent disputationi peragendæ cum legisperitis, vel forsitan hoc euitat, ne videretur parentes contemnere, si præceptis parentum non obediret.* Quasi dicat, latenter remanet puer, non aut tentabatur, aut sit inobediens.

2. RESPONSIO Origenis in caten. *Sicut* 1462.
autem insidiabantur ei Iudæi, elapsus est de medio *Origen. ibi.*
illorum, & non apparuit, sic & nunc puto remansisse puerum Iesum, & parentes eius, vbi remanserat ignorasse. Quasi dicat, impossibile aliter vi- *Puer Iesus transiens per medium parentum remansit solus* detur, quod curæ, & solicitudini, amorique, quo Virgo Maria filium suum diligebat, obliuio, & negligentia locum præstaret, nisi quod inuisibilis factus puer, sicut iam grandæuus ab oculis parentum euanuit.

3. RESPONSIO Bonauenturæ in Luc. 2. 1463.
Insciis parentibus remansit puer in Hierusalem, *Bonauent. in Luc. 2.*
vt nobis daret exemplum, quod in diuino obsequio faciendo non est à parentibus carnalibus consilium requirendum. Quasi dicat, quod cultui, & *Religioni cedendum.* obsequio Dei cedendum est absque consensu carnalium parentum contradicentium.

4. RESPONSIO est Lyrani sua in glossa, 1464.
qui ait, quod ad solemnitatem Paschæ, *Viri ibant* *Lyranus sua in glossa.*
seorsum à mulieribus in vno comitatu, & mulieres in alio, & similiter reuertebantur, vt magis religiosè solemnizarent festum ab vxoribus continentes sicut in datione legis præceptum fuit Exod. 19. *Pueri autem indifferenter poterant ire* *Exod. 19.*
cum vtroque comitatu. Et ideo Ioseph putauit, quod erat cum Matre sua puer, & Maria cum Ioseph. Quasi dicat, vt deuotè festa Deo agantur, *Festa conuersationibus plena Deo displicent.* non in conuersationibus, & loquutionibus mulierum, & virorum peragenda sunt, de quo latius ad mores postea.

5. RESPONSIO est Hugonis in hunc lo- 1465.
cum, qui ait, *Christus dimisit parentes propter* *Hugo in hunc locũ.*
scholas; quia amor scripturarum præponendus parentibus est. Quasi dicat, qui propter finem *Studiosi venerãdi sunt.* salutis æternæ, & vt aliis proficiat vacat litteris; hic tanquam perfectus vir prædicandus est, quia propter amorem Dei omnia reliquit, & cum Apostolo dicere potest, *Ecce nos reliquimus omnia propter te, quid ergo erit nobis?* *Matth. c. 19. n. 27.*

6. RESPONSIO

1466. *Auctoris mens.* 6. RESPONSIO sit quod insciis, *& dolentibus parentibus ad ea quæ sunt in bonum, & vtilitatem communem assistere debemus, & ab incunabulis vacare litteris, & vsque ad Thetros, id est, vltimam litteram Doctorum peruenire, vt fides radicetur, & heretici confundantur*, & hoc primo loco suffragandum & pauperibus subueniendum absque intuitu consanguineorum, & ipsis gementibus Deum quærere debemus, & insciis ipsis fugere in aliam terram si consanguinei, & propinqui persequantur nos in dignitate constitutos, ne ipsi ditentur, & pauperes ingemiscant.

Cõsanguinei propter pauperes relinquendi sunt.

DIFFICVLTAS III.

Quanto dolore Virgo Maria vulnerata est, dum filium suum quæreret inter cognatos & notos.

1467. QVæretur, quanta tristitia & dolore vulneratum est cor Mariæ Virginis, quando filium suum non inueniebat?

Rupert. Abb. l. 3. in Cant. 6. n. 4. 1. RESPONSIO Ruperti lib. 3. in Cant. qui ait, *Quod omnium Martyrum passiones Virgo Maria in tribulatione filij sui perditi, passa est quia cogitationes eius dissipatæ erant, & torquebant cor eius.* Vnde dicitur Cant. 6. n. 4. *Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad:* Et interrogo; *qui nam sunt capilli, nisi Virginis cogitatus. Qui sunt greges caprarum nisi martyres*, teste Apostolo ad Hebr. 11. n. 37. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti; ideo omnium martyrum tormenta & iustorum angustias passa est Virgo, in afflictione posita sola, & sine filio suo perdito dicens intra se: Puer non comparet, & ego quo ibo?* Vnde Rupertus citatus, *hæc similitudo capillorum conuenit Virgini; quia tu ô Maria longum in cogitationibus tuis presciens futuræ passionis filij tui pertulisti martyrium, sicut illi, qui diu egentes, angustiati, afflicti omnes testimonio fidei probati inuenti sunt* Quasi dicat, rememoratæ sunt cogitationes Virginis cogitando dolores cordis sui, quando sine filio suo remaneret sola in hoc mundo per tres dies, quibus sepultus fuit.

Dolor Mariæ Virginis in absentia filij sui martyres superantis. Ad Hebr. 11. n. 37. Gen. 37. n. 30

1468. Anselm. lib. 4. c. 15. Vnde Anselmus lib. 4. cap. 15. ait: *Ipsa Beata Virgo & super naturam bonorum digna effecta dolores partus quos effugit pariens, illos hoc tempore sustinuit ex materna compassione viscerum lacerata reparturiens.* Quasi dicat, quando res amata abest, carnifex existit, & lacerat viscera amantis, adeo vt Beata Virgo dolores, quos in partu non sensit in filij sui absentia multiplicauit, *Quia viget amor cum abest, cum præest, delectatur.*

Amor absens viget. Amor absens carnifex.

1469. S. Amadæus hom. 5. cit. apud Nouarin. lib. vmbræ vir. n. 479. 2. RESPONSIO est S. Amadæi hom. 5. qui ait, *Maria vicit sexum, vicit hominem, & passa est in absentia filij sui, vltra humanitatem; torquebatur enim magis, quam si torqueretur in se; quia supra se incomparabiliter diligebat id vnde dolebat.* Quasi dicat, qui non dolet, non diligit, vnde cum magnitudo, & intensio amoris Mariæ, indicibilis esset, etiam doloris intensio, & angustiarum cogitationes inexplicabiles essent.

Amor doloribus consumitur.

3. RESPONSIO sit B. Alberti Magni serm. 2. in Dom. aduentus, *Qui locum* Ioëlis cap. 2. n. 31. adnotauit hic, *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem; quia cum Sol in nostro Orizonte occultatur mundus nostris oculis conuertitur in tenebras. Sic Sol iustitiæ puer Iesus oculis Matris suæ occultatus, & absconditus in tenebrosum Chaos cor eius conuertit, & Luna in sanguinem conuersa est, quando Maria iuxta Crucem posita caput eius rore sanguineo plenum est.* Quasi dicat, tunc Virgo conuersa fuit in sanguinem, quando intellexit dulcissimum filium suum non esse in comitatu cum Ioseph. 1470. B. Albertus Magn. ser. 2. in Dom. aduentus.

Amor absens Sol positus in occidente.

4. RESPONSIO Arnoldi tract. de septem verbis Domini, qui explicans sitim Christi in Cruce pendentis, & dicentis: *Sitio*, Ioan. 19. ait, *Ego Sacramentalem hanc sitim intelligo, in qua non tam desideratur potus, quam hominum salus; neque enim ab irrisoribus, & interfectoribus poterat beneficium expectari, qui omnes ad impietatem proni, paratiores erant augere iniurias, quam misereri, vel compati.* Sic de Beata Virgine, quasi ceruа sitibunda, quærens puerum Iesum potest dici, quod anxia interrogabat, quærendo filium suum fontem aquæ viuæ, *num quem diligit anima mea vidistis*, quia ipse est salus omnium. Et ignoro, an inter persecutores, & successores Herodis inuentus sit, qui omnes ad impietatem, & crudelitatem proni sunt contra eum, non ad hospitandum & benefaciendum. 1471. Arnold. tract. de septem verbis Domini. Ioan. 19.

Sitit sicut cerua anxia B. Virgo Maria. Cant. 3. n. 3.

5. RESPONSIO sit Richardi de Sancto Laurentio, lib. 4. de laudibus Virginis, qui ait, *Ad hoc venit in mundum Maria, vt videret Iesum, salutem omnium procurantem.* Quasi dicat, inter cognatos, & notos dolore afflicta quærebat filium suum Virgo sanctissima, & dicebat; si vitam non solum suam sed generis humani vidissent & recordabatur Virgo sacratissima de Prophetia Simeonis dicentis, *Et tuam ipsius animam pertransiuit gladius*: nam re vera qui quærit, quod plus quam se diligit, si non inuenit, gladiis doloris vulneratur, & transfigitur, & non semel, sed multoties moritur. 1472. Richard. de S. Laurentio lib. 4. de laudib. Virg. Luc. 3. n. 35.

Prophetia Simeonis adimpletur.

6. RESPONSIO, Dicamus, quod anxia quærebat Maria Virgo filium suum, inscia laborum, & incommoditatum pueri Iesu; & si inter p[illegible] gentes ceciderit an è contra vna de ipsa quæ erat gratia, & fortitudine plena, teste Angelo timebat pericula rei amatæ, & ideo inter cognatos & notos requirebat afflicta, & vulnerata corde; quia amor teste Saluiano in propria animosus, amici pericula tuta timet, Quid ergo in filij vnigeniti pueri delicati, & perditi amor Virginis non timeret. 1473. *Mens Auctoris.* Lucæ 1.

Amor timet rem amatam. Saluian. sup. citat.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Maria Virgo, & Ioseph reuersi sunt in Hierusalem quærentes Iesum?

QVæretur, quare Maria & Ioseph reuersi sunt in Hierusalem? 1474.

1. RESPONSIO Euthymij, qui ait, *Vnius diei iter Maria & Ioseph consumpserunt Hierosolymis vero, vbi tanta multitudo gentium erat* Euthym. in Luc. 2.

ferè

Abul.sup. citat.

ferè duos dies, & vespere inuenerunt eum, & hoc insinuat textus, venerunt iter diei. Quasi dicat, duas leucas, quæ sunt à Nazareth vsque ad Hierusalem vno die festinanter ambulauerunt eundo & reuertendo, & per vicos, & plateas tantæ vrbis ferè duos.

1475. Maldonat. in Euang. *Puer Iesus ad cœnam expectabatur.*

2. RESPONSIO Maldonati, *Vsque ad noctem quo tempore credebant, vt erat verosimile puerum ad se cœnandi, & hospitandi causa venturum, quem cum viderent non venire, quærere cœperunt diem alterum remetiendo eodem itinere consumpserunt, & tertio die eum inuenerunt.*

1476. Lyranus sua in glossa.

3. RESPONSIO est Lyrani sua in glossa, *Et cum die sequenti quæreretur in ista comitiia, & in illa non inuenerunt eum; ideo tertia die redierunt in Hierusalem, à qua recesserunt per vnam dietam, & sic quarta die inuenerunt eum, & hoc est quod subditur, post triduum inuenerunt illum.* Quasi dicat, quod reuera quarta die fuit inuentus, quia post triduum hoc denotare videtur.

Quarta die inuenitur Iesus.

1477.

4. RESPONSIO Glossæ, *Quæsitus aduentus Christi à Patriarchis ante legem non est inuentus. Quæsitus à Prophetis, & iustis sub lege non est inuentus: quæsitus sub gratia à gentilibus inuenitur.*

Prophetæ Christum non inuenerunt.

1478. *Auctoris mens. Maria Virgo in gratia & charitate crescebat.* Bern. super missus est. *Ignorantia negatiua in Virgine fuit.*

5. RESPONSIO meo videri post triduum inuenitur, vt desideria quærentium dilatata crescerent & per ignorantiam negatiuam Virginis augerentur in amore. Quia sicut Virgo crescebat, teste Bernardo super missus est, *in gratia, & in charitate, ita & in desiderius amoris filium inueniendi; quia hæc ignorantia propriè est quædam inscientia, & nullam dicit imperfectionem; quia ignorare quæ ad meum non pertinent statum imperfectio nulla est, & huiusmodi inscientia admittitur in Beatis, & in Christo,* vt tenent Valentia 3. p. disp. 1. q. 15. punct. 1. Vasquez 3. p. disp. 61. c. 9. Suarez tom. 1. ad 3. p. disp. 24. sect. 3. Aluarez, Cabrera, Cornejo 3. p. q. 15. art. 3. Hac ergo ignorantia de filio in Matre supposita, vbi esset anxiabatur cor Mariæ quærens filium suum inter cognatos, & notos, & augebatur eius dolor nesciens quis daret cibum & potum dilecto filio suo. Vnde D. Bern. hom. infra octau. Epiphaniæ, ait, *Domine Iesu quis te cibauit in illo triduo?* Et respondit, *quid dicam Deus meus? vt te per omnia nostræ conformares paupertati, & in te humanæ naturæ calamitates susciperes, quasi vnus de turba pauperum stipem per ostia mendicabas.* Quasi dicat, qui cum esset diues pro nobis pauper factus est: & quomodo hoc desiderio suscitabatur ab æternitate suæ diuinitatis *non potuit vsque ad trigesimum annum expectare, sed puer ostiatim mendicauit.* Ita Bonauent. de meditationibus Christi c. 14. Alex. Alens. 3. p. q. 31. membr. 2. Lodolphus Carthus. qui omnes sequuntur Bern. loco citato.

Valentia 3. p. disp. 1. q. 15. p. 1. Vasq. 3. p. disp. 61. c. 9. Suar. tom. 1. ad 3. p. disp. 24. sect. 3. Aluarez, Cornejo 3. p. q. 15. art. 3.

D. B. de med. Christi c. 14. Alex. Alens. 3. p. q. 31. membr. 2. Lodulph. Carthus. de vit. Christi.

DIFFICVLTAS V.

Quomodo in templo inuenerunt Parentes Iesum?

1479. QVæretur, quomodo puer Iesus in templo disputans inuenitur?

1. RESPONSIO est Chrysostomi super Ioannem, qui ait, *Nullum quippe miraculum egit Dominus in pueritia, hoc tamen vnum prodit Euangelista, per quod mirabilis videbatur.* Quasi dicat, hoc primum initium miraculorum Christi, quod intraret ad Academiam Doctorum, siue fuerat posita in atrio templi, vt Arias tenet, siue intra ipsum templum, vt D. Antoninus 1. part. tit. 5. insinuat. Quomodocumque sit mirabile apparet, quod puer omnes suspenderet, & reuerentiam ei exhiberent, & in medio Doctorum sederet.

Chrysost. super Ioan. *Primum miraculum Iesu.* Arias Mont. D. Antonin. 1. p. tit. 5.

2. RESPONSIO nostri Lyrani sua in glossa, *Inuenitur non in theatro, vel in ludo, sicut solent pueri inueniri, sed in loco orationis, & doctrinæ sacræ deputato.* Quasi dicat, puberes pueri solent præuaricari à similibus, sed Christus vt omnes doceret à iuuentute templum adire, & orationi sermonibusque assistere in templum abiit, De hoc latius ad mores. 1480.

Lyranus sua in glossa. *Pueri in orationibus vtriantur.*

3 RESPONSIO Origenis hom. 18. *Non statim, vt quæritur, inuenitur; non enim inter cognatos, & carnis propinquos inuenitur Iesus; neque enim poterat humana cognatio Dei filium continere; non inuenitur inter notos, quia maior est mortali notitia & in multorum comitatu non potest inueniri nec vbique inuenerunt, sed in templo.* Quasi dicat, & tu quære Iesum in templo Dei, quære in Ecclesia, vbi Christus sermonem, atque sapientiam, id est, filium Dei reperies. 1481.

Origen. hom. 18. *Mala societas pueros perdit.*

4. RESPONSIO nostri Sancti Antonij de Padua, serm. infra octau. Epiphan. qui ait: *Triduum est pœnitentiæ, quæ in tribus consistit, scilicet, contritione, confessione, & satisfactione, quo triduo dicit Moyses, ibimus viam trium dierum,* Exod. 3. n. 18. *post hoc triduum Ioseph & Maria, scilicet, pœnitentes inueniunt Iesum in templo.* Quasi dicat, absque tribus istis partibus contritione, confessione, & satisfactione Christus non inuenitur. Et si cor ita dolens fuerit, sicut corda Mariæ, & Ioseph stabant afflicta sine dubio Iesum inuenient cum omni sapientiæ gratia. 1482.

S. Anton. de Padua serm. infr. Epiph. Exod. 3. n. 18. *Pœnitentiæ vera partes.*

5. RESPONSIO Sancti Ambrosij in caten. S. Thomæ, *Post triduum reperitur in templo, vt esset indicio quia post triduum triumphalis passionis in sede cælesti, & honore diuinæ fidei nostræ se ostenderet resurgens, qui mortuus credebatur.* Quasi diceret, à pueritia incœpit Iesus miscere humana diuinis, & resurrectionis Sacramentum figuris & verbis, & operibus declarare. Verbis vt figura Ionæ Prophetæ. *Et iterum soluite templum hoc, & in triduo readificabo illud; factis post triduum apparendo in medio Doctorum, qui quasi mortuus, quia perditus putabatur.* 1483.

Ambr. citat. in caten. *Resurrectionis figura.* Ionæ 2. n. 1. Ioan. 2. n. 19

DIFFICVLTAS VI.

Quare puer Iesus in medio Doctorum apparuit?

QVæretur, quare positus in medio Doctorum Christus apparuit? 1484.

1. RESPONSIO Origenis in catena Sancti Thomæ; *Quia vero paruulus erat inuenitur in medio præceptorum, sanctificans, & erudiens quæ*

Orig. in cat. S. Thom. Ioan. 19. n. 26.

Magister in medio stat.

quæ per Prophetas dicta erant, & quæ per Apostolos prædicanda. Quasi dicat, in medio Discipulorum post resurrectionem apparere decreuerat & nunc puer quasi in figura apparet docens quæ ventura erant quasi vetus Magister.

Beda in glossa.

Humilitas in Doctoribus & Magistris necessaria & perdifficilis.

1485. 2. RESPONSIO Bedæ in Glossa, *Quasi fons medius Doctorum sedet, sed quasi exemplar humilitatis, prius interrogat, & audit, quam instruat, ne paruuli à senioribus erubescant doceri, ne infirmus docere audeat.* Quasi dicat, fons sapientiæ in medio ponitur, vt Doctores discant, sed hoc sine superbia, & præsumptione erat.

Lyran. suus in Glossa.

Ambitiosi Superiores diuites, & magnates audiunt non humiles.

1486. 3. RESPONSIO Lyrani nostri, *In medio stat puer Iesus, vt melius posset omnes audire, & melius cum eis conferre.* Quasi dicat, in medio omnes res audit non sicut inepti & præsumptuosi Prælati, qui solum audiunt potentes, & locupletes, à quibus beneficiantur, pauperes vero & humiles, & tyrannide humiliatos vilipendunt, & non audiunt, sed benedictus Deus qui consolationem his reliquit per os Dauid

Psal. 101. n. 21. dicentis: *Audiuit Dominus gemitus compeditorum suorum.*

Audientia mentis.

Extrema fugienda.

1487. 4. RESPONSIO, Dicamus, quod inuenitur in medio puer Iesus; quia extremitates rerum sunt vitiosæ & in medio consistit virtus. Quasi dicat, quod Hypocritas, & perditos homines fugiamus, imitemurque eos, qui mediam vitam spiritualem tenent, & paulatim perfectissimi fiunt; quia nemo repentè sanctus, neque doctus, neque nobilis, eo quod sit in medio dignitatis positus. De quo ad mores postea multa.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Iesus audiens interrogabat Doctores?

1488. QVæretur, quare prius Christus audiebat, & statim Doctores interrogabat?

1. RESPONSIO Origenis in catena Sancti Thomæ, *Quia hoc officium pietatis erat, vt doceret pueros, quod audiant potius magistros, quam docere desiderent, & se vana ostentatione non iactent.* Quasi dicat, interrogabat, non vt addisceret, sed vt interrogans erudiret, ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter. *Orig. in cat. S. Thom.*

2. RESPONSIO est Bedæ in catena, 1489.
Diuina siquidem lingua sapientiam prodebat, sed infirmitatem ætas prætendebat humanam. Vnde Iudæi inter alta, quæ audiunt, & infirma, quæ vident dubia admiratione turbantur; nos autem nequaquam miremur scientes secundum Prophetam quod sicut paruulus natus est nobis, permanet Deus fortis. *Beda ibi.* *Isai. 9. n. 6.*

3. RESPONSIO est Sancti Bonauenturæ, 1490.
qui ait, *In hoc spiritualiter est intelligendum, quod Christus docet nos, quod antea debeamus discere quam docere,* secundum illud Ecclesiastici 18. n. 19 *antequam loquaris disce.* Quasi dicat, de rebus maxime mysticis, & spiritualibus, quæ sunt abscondita Theologiæ, soli magistri, & sapientes illuminati à Deo loqui & docere debent: non mulieres adolescentulæ quæ periculosè audiendæ sunt, & inter strata Comitissarum, & Marquionissarum, sicut de rebus rusticis loquuntur. Quasi Thaulerus vel Brochius, & miseræ fœminæ dominantes plenæ vanitatibus, & desideriis scientiæ futurorum contingentium. Ita se credunt istis Beatis (sic enim Hispanicè vocantur) quasi si Angelus loquatur, & multoties est Sathanas. Sed de hoc latius ad mores. *S. Bonau. de vita Christi. Eccles. 18. n. 19.*

Hispana loquutio. Las Beatas no se han de creer en los estrados de Señoras.

4. RESPONSIO est Græci in catena Sancti Thomæ, *Quærit enim rationabiliter. audit prudenter, respondetque prudentius, quod stuporem faciebat, vnde sequitur, & admirati sunt.* Quasi dicat, qui cum prudentia & silentio audit attentè, potest respondere prudenter, nam solum arguere sine auditione indicium est non prudentis, sed multum loquentis, 1491. *Græcus in cat.*

Vociferantes & nõ attendẽtes loquaces, non prudentes.

TRACTATVS

TRACTATVS XL.

AD MORES,

In Cap. II. Lucæ.

De Puero Iesu inter Doctores disputante.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare duodecimo ætatis suæ anno Iesus remansit in Hierusalem?

1492. QVÆRITVR, quare remansit Puer Iesus duodecimo ætatis suæ anno in Hierusalē?

Cyrill. citat. in littera. 1. RESPONSIO fuit Cyrilli citati in littera, *Vt verificaret sermonem Euangelistæ, quod crescebat puer sapientia coram omnibus.* Quasi dicat, tam promptus est Christus ad audiendam veritatem, & adimplendam quod adhuc puer incipit confortari sapientia coram hominibus, vt intelligant homines mendaces, quàm abominabiles sunt apud Deum.

1493. Oleaster in Leuit. c. 11. n. 41. Transl. Pag. Interrogat Oleaster; quare Leuitici 11. n. 41. dicitur: *Omne reptile volans ambulansque super quatuor pedes abominatio sit vobis.* Sic legit Pagninus. Et respondit, *quia talis figura monstruosa res est, quia hominis gestit formam, cum homo non sit.* Quasi dicat, volare proprium est auium, pedibus autem ambulare hominis est, sed duobus tantum, non cum quatuor, & volare præsumere *animalis mendacis est, monstruosumque animal, & abominabile Deo, & hominibus.* Quasi dicat, sunt multi, qui reptant, non duobus, *sed centum pedibus:* pro rebus ambitiosis humanis, & mendaciis, figmentis, spiritualibus & politicis volare prætendunt, & isti sunt abominabiles, in quorum lingua nunquam veritas inuenitur, de qua Iesus tam amicus est, vt puer, vt doceret scripturarum veritatem remansit solus in Hierusalem in medio Doctorum.

Mendaces spirituales sunt monstruosũ animal reptans & volans.

Lucæ 2.

1494. Transl. alia. Alia translatio. *Animal reptile ambulans super manus, & volans, abominatio sit omnibus.* Quasi dicat, *animal homo qui solum propter munera accepta volare facit homines, vt boues super capita omnium Magistrorum monstruosum animal sit, & omnibus abominabile*, quia de ipsis scriptum est, *manus vestræ sanguine plenæ sunt*, Isai. 59. n. 3. quia innocentium sustentatione, & pauperum largitionibus munera infatigabiliter quærunt, vt petentibus, & supremis dignitatibus offerant, vt ab illis defendantur auxilientur, & ad officia subleuentur.

Ambitiosi manibus reptant & volant.

Isai. 59. n. 3.

2. RESPONSIO est Lyrani nostri in littera citati, *Vt à pueritia appareret zelum suum circa spiritualia.* Quasi dicat, à pueritia in medio Doctorum apparet Iesus docens zelum: quod debet fulciri, qui in medio vult sedere, & præesse cæteris; quia effæminati, & sine valore non sunt in medio omnium collocandi. 1495. Lyranus sua in glossa.

Interrogat Oleaster, quare Leuitici 12. n. 2. præcipiebatur, *Quod mulier si feminificauerit & masculum pepererit, immunda tantum septem esset diebus.* Sic legit Pagninus. *Si vero fœminam pepererit pluribus diebus?* Et respondet, *quoniam semper viri, fœminis præpositi, & prelati fuerunt, & Reipublicæ vtiliores esse cognoscuntur; si vero effæminati fuerint viliores fœminis sunt.* Quasi dicat, nomine Prælatorum carere debent, qui propter omissiones suas, & vt hominibus placeant, Deo displicere volunt. *Vnde tales fœminis comparantur, quæ solum propter voluptatem & munera viris copulantur, non vt prolem recipiant, & Deo filios spirituales parturiant. Vnde quia de lætitia partus, & prolis non delectantur, seueritate legis puniuntur, vt de immunditia irregularitatis tristentur.* Hinc Apostolus fœminis in Ecclesia velare caput præcipit, 1. Cor. 11. n. 10. *propter Angelos.* Quasi dicat, effæminati Præsules caput in Ecclesiis, quibus præsunt velare debent propter Angelos, quia pudore, & verecundia repleti apparere iustum est; & non sunt digni, vt ab hominibus, neque ab Angelis videantur propter confusionem suam; quia in medio Doctorum docere præsumunt sine zelo, & valore legis. Vnde Christus docet, adhuc puer in templo positus in medio Doctores arguendo cum valore & zelo legis. 1496. Oleast. in Leuit. 12. n. 2.

Prelati sine zelo Dei mulieres sunt, quæ copulantur viris propter munera.

1. Cor. 11. n. 10. *Prelati sine zelo verecantur publicè apparere.*

Lucæ 2.

3. RESPONSIO est glossæ citatæ in littera, *Vt reprimat audaciam illorum, qui indocti non ad discendum, sed docendum submitti volunt.* Quasi dicat, sunt homines ita præsumptuosi, & elati, qui sua scientia ita imbuti sunt, & sua sententia coniugati, vt semper cæteros edocere velint, & nunquam ab aliquo edoceri posse præsumunt. 1497. Glossa in littera.

Indocti elati suo capite eliduntur.

Interrogat Oleaster, quare Leuit. 14. n. 19. dicitur, *Si creuerit macula nigra, postquam Sacerdos mundum iudicauit ab ea &c.* Et respondet, *vt Sacerdotes, & Doctores Dei non putent se in iudicando errare non posse, cum audiant hic, Sacerdotem deceptum.* Quasi dicat, *nulla lepra tam pestifera, & irremediabilis est, quam illa, quæ* 1498. Oleast. in Leuit. 14. n. 19. Transl. Pag.

intra

Audaces sunt ignorantes: præsumptuosi. Lucæ 2.

intra cutem, & animum Sacerdotis elati, & Doctori præsumptuosi existit; quia existimant leprosos & inscios omnes esse, & posse ipse solus scire, curare cum ipse scabie ignorantiæ plenus sit, & cæteros leprosos incuratos, & se relinquit, & istam audaciam reprimere conatur puer Iesus positus in medio Doctorum interrogans, quo modo legem doceant, qui legem ignorant.

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare clam remansit Puer in Hierusalem?

1499. QVæritur, quare clam remansit Puer in Hierusalem?

Græcus in littera. *Mater impia filias turpiter docent.*

1. RESPONSIO Græci in littera citati, *Ne parentes impedimento essent disputationi peragendæ.* Quasi dicat, absconditur Puer à Matre sua, ne fortè inscia futuræ disputationis impediret bonum opus amore filij sui incensa vt omnes matres carnales studiantur in amore Dei clam docere filias inardescere. Sed proh dolor, quot mundus matres habet perniciosas, quæ filias suas clam quomodo in amore concupiscentiæ crescere debeant, & hoc edocent.

Oleaster in Leuit. 13. n. 45. Transl. Pag.

1500. Interrogat Oleaster, quare Leuit. 13. n. 45. *Præcipiebatur, quod leprosus vestimenta haberet scissa, & caput nudum, & labium opertum, & quod immundum proclamaret se?* Et respondet, *mirum valde est, quod leprosus, ne alios lædat signum deferre tenetur, & se proclamare leprosum, vt pestiferumque fugiunt; peccatorem vero, qui qualibet hora mille animas in barathrum deiicit, omnes admittant, nemo fugiat.* Et addit Oleaster, *quis nunc daret maleficos, & maleficas, meretricesque, & vetulas quæ suis blandis verbis puellas decipiunt omni peste ac lepra deteriores, sua signa distinctiua deferre, seseque tales, dum aliis concurrerent, proclamarent.* Quasi dicat, matres meretricum, quæ homines clam occultant ad peccandum signo coccineo debebant in Republica assignari, quia sunt matrices omnium iniquitatum, vt ab eis tanquam à leprosis omnes fugerent.

Fœminæ quæ meretrices inducunt signatæ sint in Republica.

Origen. cit. in littera. *Amor fugam facit vt plus res amata ametur.*

1502. 2. RESPONSIO est Origenis in littera citati, qui ait, *Quod sicut Iudæis iam grandæuus inuisibilis factus est Iesus, sic curæ & solicitudini amoris materni remansit puer in Hierusalem, inuisibilis factus.* Quasi dicat, amantibus in hac vita Deum, multoties ipse Deus absconditur vt auidius, & anxius eum requirant, & quærant.

Isidor. in Exod. c. 46. Isai. c. 6. n. 2. Ps. 79. n. 2.

1502. Interrogat D. Isidorus in Exod. cap. 46. Quare Isaiæ cap. 6. n. 2. dicit, *Quod Deus inter Seraphinos occultabatur, quia alis velabant faciem suam, hoc est, abscondebatur, ne videretur ab eis.* Et Ps. 79. n. 2. dicitur, *Quod manifestatur inter Cherubinos. Qui sedes super Cherubin manifestare?* Respondet, *quia Deus in hac vita multoties velatur, & absconditur, vt amore Seraphico inflammata animæ sponsæ illius suspirent propter diuinam, & Cherubicam sapientiam, mediante qua fruitur æternaliter in cœlis.* Vel dicamus cum B. Hieronymo, *quod mysteria incarnationis, quæ adhuc puer Iesus incipiebat operari in medio* *Doctorum docens, inuisibilia facta sunt populo Iudæorum.* Ideo inuisibilis incipit apparere & clam Hierosolymis remanet. Vnde dixit Chrysologus, *Multa inquirit amor, quæ nunquam vel raro fieri solent.* Quasi dicat, diuini amoris opera, ita nobis occulta sunt, vt inuisibilia *credi possint, fari autem nullatenus queunt.*

Hieronym. in Isa. 6. *Mysteria incarnationis occulta.* Chrysolog. de Christ. minist.

3. RESPONSIO est nostri Lyrani in littera citati, qui ait, *Quod ad celebrationem solemnitatum ibant in comitatu fœminarum solum fœminæ, & in comitatu virorum solum viri.* Quasi dicat, *quod in populo & Republica prudenter gubernata, mali separandi sunt à commercio bonorum, & fœminæ malæ vitæ non debent communicare, neque viuere cum honestis & nobilibus.* 1503.

Lyran. in litter. cit.

Interrogat Oleaster, quare Leuit. 13. *Quod leprosus solus habitaret?* Et respondet, *solebant quondam boni Reipublicæ Rectores, meretrices, & alias perditas fœminas in sequestrem locum à suis ciuitatibus reiicere, ne illarum malos mores, & impudicitiam honestæ fœminæ discerent, & earum peccatis scandalizarentur. Nunc vero omnia confusa sunt, omnia permixta; ita vt nescias inter castam & peccatricem distinguere, eadem vestis, idem vestiendi modus, omnia similia sunt in medio ciuitatis, & curia Regum, in curribus magnificis eorumdem Dominorum, sine verecundia Dei, & hominum meretrices perpetuo deambulant, & vix inter bonas, & malas discernere audeas.* O misericors Deus, si vt iram tuam aliqualiter placaremus, dares nobis Duces, & ministros, & Reges, qui plus curarent ablegare peccatrices fœminas ab honestis, quam antiquitus curabant leprosos separare à sanis. Audiant igitur ministri, quid circa hoc dicat Apostolus 1. Cor. 5. n. 1. *Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis neque inter gentes nominatur, ita vt vxorem patris sui quis habeat, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.* Quasi dicat, pudore & compassione vultus in terram cadere deberent (vt Hispanica loquar phrasi) *la cara se les auia de caer de verguença a los ministros y Iuezes que tal consienten,* quia in comitatu fœminarum olim viri non miscebantur, neque è contra vt Lyranus ait. 1504.

Oleaster in Leuit. 13. n. 46. *Regimen laudabile Reipublicæ.* *Meretrices non ascendere debent in curribus Dominorum.* 1. Cor. 5. n. 1. *Regimen laudabile Reipublicæ.* *Meretrices non ascendāt in curribus magnatorū.* *Hispana loquutio.*

4. RESPONSIO Hugonis in littera citati, *Insciis parentibus Christus remansit in Hierusalem; quia amor scripturarum sacrarum parentibus præponendus est.* Quasi dicat. *Et si verum sit, quod filius sapiens est gloria patris, quia gloriatur in actionibus suis.* Quasi in speculo, vbi facies eius speculatur: sed veri filij scripturarum in sacris litteris gloriantur, quia per ea quæ legerunt, & scripserunt, & alios in fide instruxerunt quasi per scalam Iacob Angelos ascendentes, & descendentes respiciunt; quia propter eius scripta & sermones multi quasi Angeli ad cœlum ascendunt, & inde descendunt ad laudandos magistros suos, qui eos docuerunt. Vnde Bern. serm. 1. de septem panibus ait: *Euangelium speculum veritatis nemini blanditur nullum seducit talem in eo, se quisque reperiet, qualis fuerit, vt nec ibi timore trepides vbi non est timor.* Quasi dicat, quemadmodum in speculo facies pulchra visa lætatur: sic qui propter Sacram Scripturam vultus lepidos pulchros sua doctrina transformauit ineffabiliter lætatur, & in æternum gaudebit. 1505.

Hugo citat. in littera. Prou. 10. n. 1. Gen. c. 28. n. 12. S. Bernard. serm. 1. de 7. panibus. *Auctores librorum quasi in speculo lætantur.*

1506. Vnde Philo Hebræus lib. 6. de vita contemplatiua loquens de sacris litteris, ait: *Rationalis anima egregiè seipsam contemplatur in scripturis tanquam in speculo.* Quasi dicat, ornent Tyaræ, & Mytræ capita multorum ambitionibus, & muneribus consequutæ; triumphum dignitatum consequantur idiotæ; quia sapiens, & doctus, qui totam vitam in sacris litteris consummauit, tanquam sponsa monilibus ornata, & caput lapidibus pretiosis fulgentibus compositum faciemque suam in speculo pulcherrimam prospiciens lætabitur, doctisque suis scriptis, & sacris paginis in Domino gloriabitur, de quo scriptum est, *Qui gloriatur in Domino glorietur.* Vnde Ambros. serm. 20. in Ps. 118. ait, *Euangelium non solum fidei doctrina, sed etiam est morum magisterium, & speculum conuersationis.* Quasi dicat, qui in doctrina Euangelica perpetuò versatur, lingua prædicans, calamo scribens hic semper potest magistraliter coram omnibus Regibus, Episcopis, & dignitatibus loqui. Vnde Greg. l. 2. mor. c. 1. *Scriptura sacra oculis omnium, quasi quoddam speculum opponitur.* Quasi dicat, quemadmodum cum Sol in speculo reuerberatæ cernitur ex se species luminosas proiicit, quibus oculos omnium excæcare videtur. Sic qui totam vitam in sacris scribendis libris consumpsit, ante oculos omnium apparere potest, & laboribus, ac scriptis suis in confusionem omnes ignorantes vertere. Propter quod adhuc puer Iesus, cum ad docendum in templum tendit non cedit parentibus, sed ipsis insciis clam in medio Doctorum apparet.

Philo Hebr. lib. 6. de vit. contemplat.

Ambitiosi dignitatibus gristantur.

1. Cor. 1. n. 31.

S. Ambros. serm. 20. in Ps. 118.

S. Gregor. lib. 2. mor.

Auctores librorum ignaros quasi Sol excæcant.

Lucæ 2.

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quo dolore Virgo Maria vulnerata est filio suo non inuento?

1507. Quæretur, quibus vulneribus cor Virginis Mariæ vulneratum est filio suo quæsito, & non inuento?

2. Responsio est Ruperti citati in littera, qui ait, *Quod in tali tribulatione Virgo Maria omnium martyrum doloribus inflicta est.* Quasi dicat, anima verè conuersa, & de peccatis dolens, quæ anxiè quærit inuenire Iesum perditum à corde suo, non est dolor, nec tribulatio compatabilis cum eius doloribus cordis.

Rupert. in littera citat.

1508. Interrogat Oleaster, quare de luxurioso peccatore dicitur Leuit. 15. n. 13. *Si mundatus fuerit fluens à fluxu suo numerabit sibi septem dies?* Et respondet, *quia sunt multi qui quamprimum peccatum reliquerint, statim se omnium mundos arbitrantur, parum curantes, an malus peccatorum odor adhuc in eis perseueret.* Quasi dicat, dolor intensus peccatorum, & vitæ malè perditæ præteritæ semper debet remanere, & non propter repentinam compunctionem reliquos malos iudicare, & sicut Pharisæus sanctum se reputare spernens, quasi peccatores reliquos. Audi quid de Magdalena Beatus dicat Abbas. *Interstitij* (inquit) *morositas inter pedes esse debet, & caput: quia profectò difficillimus & præsumptuosus saltus est; à vestigiis ad verticem Domini transuolare: neque enim eadem, qua vnxit pedes, vnxit & caput, cum illa meretrix nihil horum fecisse legatur.* Quasi dicat, doloribus peccatorum intensissimis Magdalena electa effecta est; quia vt Chrysologus ait, *Totum debitum charitate compensauit; quia ad incrementum amoris, amoris solius requisiuit vsuram;* quia tanta fuit vis doloris peccatorum eius, quod introduxit amorem; quia dolores verè amantis sponsæ, neque doloribus martyrum cedunt, neque afflictiones Virginis Matris quætenus dilectum suum vlli martyrio cedere debent.

Oleaster in Leuit. 15. n. 13. Transl. Pag.

Dolor peccatorum semper remanere debet.

B. Abb. citat. in Oleast.

Nulli cedunt verè amantes.

Chrysolog. serm. de Peccatrice.

1509. 2. Responsio est B. Amadæi citati in littera, qui ait, *Torquebatur enim magis, quam si torqueretur in se, quia supra se incomparabiliter diligebat; quia qui non dolet, non diligit.* Quasi dicat, qui ex toto corde Deum diligit, dolores intimos debet habere de præteritis creaturarum dilectionibus; quia vt inquit D. Bern. serm. 83. in Cant. *Diuinus amor, vbi venerit, cæteros in se omnes traducit.* Quasi dicat, pœnas, & tristitias habet cor, cum voluptates, & creaturas dilectas relinquit propter Deum, sed tunc amor perfectior est, quanto maiores dolores in amissione creaturarum patitur. Vnde August. tom. 10. serm. 14. in festo omnium Sanctor. c. 7. ait: *Si vis esse templum veritatis, frange idola falsitatis.* Quasi dicat, frange viscera cordis tui doloribus intimis, si vis in Dei amore intimus esse. Et Athan. orat. 3. contra Arrian. *Conueniebat redemptionem fieri per eum, qui natura Dominus erat, ne alium Dominum agnosceremus.* Quasi dicat, non conueniebat vt Angelus mundum redimeret, ne amor noster diuisus esset amando Angelos, & Deum; quia verus amor solus esse vult, neque admittit consortium in re amata, imo doloribus emitur, & sublimatur, vt in Virgine Maria patet, quæ anxietatibus, & doloribus filium suum perditum emit, quem inuenit.

B. Amad. cit. in litter.

Dolor est amoris indicium.

D. Bern. serm. 83. in Cant.

Aug. tom. 10. serm. 14. in fest. omn. Sanctor.

Athanas. orat. 3. contra Arrian.

Amor non admittit consortium in re amata.

1510. 3. Responsio sit Richardi de S. Laurentio, qui ait, *Quod quærens Maria puerum filium suum, recordabatur de prophetia Simeonis: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Quasi dicat, ad inueniendum puerum quem diligebat, nulla gratior Deo via, quam laborum memoria.

Richard. de S. Laur. in litter. cit.

1511. Interrogat Philo Iudæus, *Cur Rebecca filium suum Iacob, quem summopere diligebat, præcepit, vt laboribus & itineribus oppressus pergeret ad Laban vt vinceret, & imperaret Esau filio maiori?* Et respondet, *quia qui fugit laborem, fugit felicitatem. E diuerso qui fortiter, patienterque difficultates tolerat ad beatitudinem properat.* Quasi dicat, omnis homo, qui voluptatibus, & fælicitatibus fortunæ huius sæculi, semper est implicatus, fugiens opprobria, & calamitates, impossibile est, quod æternam consequatur fælicitatem. Vnde Ambros. epist. ad Irenæum; *Non enim talibus deductoribus ad Ecclesiam Christi peruenitur, ad quam tendebat Iacob fugiens vmbram inanium rerum.* Quasi dicat: *Væ illis, qui infatigabiliter ad Ecclesiasticas dignitates accedere conantur, & quærunt munera, & oblationes ex auro & argento, & omnia genera contributionum, vt ministris, & Superioribus potentatibus placeat, vt ea quæ desiderant, inuenire & consequi possint,* non Beatæ Virginis vestigia imitando, quæ vt filium suum inueniret, laboribus & afflictionibus à Simeone prophetatis vulnerabatur.

Philo Iud. lib. 3. de vita Moys. Gen. 27. n. 43.

Labores, & opprobria iter sunt ad æternam fælicitatem.

S. Ambros. epist. ad Irenæum.

Munera aurum, & argentum fortuna non cedunt.

1512. 4. Responsio *Quod Beata Maria inscia laborum filij sui, & quid acciderit ei, affligebatur.* Quasi

Auctoris mente

Quasi dicat, per tres dies, quibus puer non comparebat cogitationibus torquebatur Beata Virgo inscia, si fortè inueniret, quem diligebat, & quid patiebatur Iesus.

1513. Oleaster in Leuit. 16. n. 31. Transl. Pag. Interrogat Oleaster, quare Leuit. 16. n. 31. *Præcipiebatur sic, Sabbatum sabbati vobis, & humiliabitis animas vestras.* Sic legit Pagninus. Et respondet, *quia sunt multi, qui omnia negotia sua curant, nihilque suorum negligunt in die quo peccatorum suorum pœnitere debent.* Quasi dicat, in die quo inuenire Deum desideras, quem perdidisti propter peccata tua, nihil aliud tractare debes, sed nocte, ac die affligi, cogitando, ac dolendo de Iesu perdito & considerando, si fortè inuenies eum, de quibus contraria facientibus, dicitur per Isaiam cap. 58. n. 3. *Ecce in die ieiunij vestri reperitur voluntas vestra & omnes substantias vestras repetitis, ecce ad lites, & ad contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie.* Quasi dicat, non est via recta, & certa sed perditionis, & malitiæ, actibus exterioribus quærere Deum confitendo peccata, & Sacram Eucharistiam sumendo, & ipsa die cogitare, quomodo voluntas, & desiderium vanitatum, & ludorum adimpleatur in spectaculis, & voluptatibus illicitis assistendo sub prætextu intermittendi tempus & vitam diuertere, cum verum sit, quod Iesus non inuenitur, nisi per pœnitentiam operando, & carnem afflictionibus, & laboribus mortificando & Christum Iesum patientem considerando, sequens Virginis vestigia, quæ per tres dies inscia filij sui cogitationibus dolorosis affligebatur cogitans quid puer pateretur, & quomodo & quando eum inuenire posset.

In die communionis solum orare & dolere de peccatis.

Isai. 58. n. 3. Transl. Pag.

Spectacula publica fugienda. Christiani pœnitentes.

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quare Maria & Ioseph reuersi sunt in Ierusalem quærentes Puerum Iesum?

1514. QVæretur, quare Parentes Iesu reuersi sunt in Ierusalem, quærentes eum?

Euthym. cit. in littera. 1. RESPONSIO est Euthymij in littera citati, qui ait, *Quod vno die festinanter ambulauerunt & in Hierusalem duobus per vicos, & plateas quæsierunt Iesum.* Quasi dicat, quod patienter agant homines, & non vno die crescere velint, tam in corporalibus, quam in spiritualibus, & in spiritualibus paulo ante adnotauimus cum sancto quodam Abbate, *Quod interstitia obseruanda sunt, & non vno die vngere pedes, & caput Iesu*, quia teste S. Thoma, *nemo repente sanctus fit*; neque qui heri latro fuit, vna hora paradisum velit intrare, quia non iterum in cruce pendet Christus, vt tam singulares mercedes faciat, sed in via virtutis paulatim, & patienter procedendum est.

Paulatim crescere debent homines. S. Abbas sup. cit. S. Thom. ibi.

1515. Oleaster in Gen. c. 17. n. 7. Transl. Pag. De periculis vero, quæ inueniuntur inter eos qui festinanter in temporalibus crescunt interrogat Oleaster, *Quare dicitur de Isaac, quem multum diligebat Rex Abimelech, quod crescit, pergendo, & crescendo*, Gen. c. 17. n. 7. secundum translationem Pagnini? Et respondet, *quia optimum consilium datur priuatis, & familiariter cum Regibus, & supremis potentatibus valentibus, non subito crescere, sed paulatim, ne alios vicinos meliores se ad inuidiam prouocare videantur. Vnde Isaac pergendo paulatim creuit.* Quasi dicat; si enim Isaac, qui successu temporis auctus est; Abimelech Rex terræ ferre nequiuit, quomodo eum tulisset, si subito ab eo vidisset in bonis superatum? Et si Rex non caret intellectu, videns ministros suos, qui vna die ex miserrimis, & vilibus terræ facti sunt sicut Cedri Libani diuitiis, & facultatibus crescendo, quomodo Rex, & Regnum non erit diminutum, & in extremis necessitatibus collocatum? Quomodo non sicut hædera Ionæ Prophetæ, vna nocte, non exsiccabatur? Ideo paulatim quærendus est Iesus & patienter inuentus, paulatim crescere, sicut Beata Maria docet, quæ non vno, neque secundo die, sed tertio expectauit anxiè filiū suum quærendo.

Priuati cito crescunt, & cito cadunt.

Ministri Regis crescendo perdunt se & alios.

Ionæ c. 4. n. 10.

Lucæ 2.

2. RESPONSIO est Lyrani in littera citati: *Quærebat Virgo Maria vna & altera die filium dilectum, & anxiè timebat per vicos, & plateas, ne fortè paruulum occideret inuidia.* Quia erat puer Iesus candidus, & rubicūdus, & electus ex millibus, & amor Matris suæ timebat propter istam causam ne occideretur impiorum inuidia. 1516. Lyran. in litter. cit. Cant. 5. n. 10

Interrogat Oleaster, quare Abimelech innocenti Isaac dixit: *Abi à nobis quia potentior factus es valde*, Gen. 26. n. 16. Et respondet propter hoc ipsum; *Quia potentior innocens, & adeo dilectus erat Isaac, vt aduertas quanta mala pariat inuidia, & qualiter inuidus ferre nequit alium meliorem, aut ditiorem, vel sapientiorem.* Et addit Oleaster: *Hoc enim malum inter cætera inuidia habet, vt omnes, quos occupat minimos inter cæteros æstimare se faciat.* Quare Iob 5. n. 2. dicitur, *Paruulum occidit inuidia.* Quasi diceret, erat Rex Abimelech, & tamen tam pusilli animi fuit vt seruo inuideret, & timeret, & à se expelleret. Vnde Reges, & Principes aduertere debent potentes expellere & seruos suos non timere. Et si timent eos rebellaturos propter consanguinitatem traditorum omnino tanquam suspectos contra læsam maiestatem debent à se repellere. Quia sicut amor semper timet damna rei amatæ; *Sic sanguis rebellatorum sine igne inardescit, & feruet*, secundum axioma Hispanorum, *La sangre sin fuego fierue*, & amor pauescit, & timet, etiam si in re propria sit animosus, rem amatam. Ideo Virgo Sanctissima per vicos & plateas timebat quærens dilectum suum, ne aliquid aduersum accideret ei.

1517. Oleast. in Gen. 26. n. 16.

Inuidia paruulū occidit.

Iob 5. n. 2.

Rex pusillanimus regnū perdet.

Consanguinei traditorum à latere Reges repellendi sunt.

Hispana loquutio.

3. RESPONSIO est Glossæ in littera citatæ, quæ ait, *Quæsitus à Patriarchis Christus non est inuentus, sed solum à Gentilibus.* Quasi dicat: O quam immensa est Christianorum aliquorum ingratitudo, qui sic obliti sunt beneficiorum Dei, quasi non acceperint, & sine meritis sed quod tantum Patriarchæ, & Prophetæ desiderauerunt, & quæsierunt ipsi inuenerunt, & non in perpetuum gratificauerunt. 1518. Glossa in litter. cit.

Interrogat S. Chrysostomus in Ps. 137. n. 1. *Quare Dauid in hac consideratione eleuatus dixit: Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei?* Et respondet, *quia quemadmodum nonnulli molles, ac dissoluti, qui antequam quod desiderant, accipiant sunt vehementes orando; postquam autem acceperunt, elanguescunt. Non sic Dauid antequam acciperet vrget; & postquam acceperit perstat agens assiduè gratias.* Quasi dicat, quod fideles grati semper pro acceptis redemptionis beneficiis gratias in- 1519. D. Chrysost. in Ps. 137. n. 1.

Ingrati cum afflicti orant promittunt multa.

Seneca de Benef. desinenter agunt; *sed ingratis quoque pœna cum ipso munere incurrit*, teste Seneca de Beneficiis.

1520. *S. Bern. serm. 17. ex paruis.* Vnde Bernard. serm. 17. ex paruis intertogat quare homo ille, qui in hospitium suum amicum tecepit, ab alio amico petiuit, dicens; *Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus venit ad me, & non habeo &c.* Lucæ 11.n.5.

Luc. 11. n. 5. Et respondet, *nota quod non dicit da, sed commoda mihi tres panes, quasi redditurus; quia Sacerdos peccatori conuerso debet quidem gratiam diuinam impetrare; fructum vero eiusdem gratia non sibi debet, sed Deo referre.* Quasi dicat, *non laudatur peccator in desideriis anima sua*; neque qui prædicat, neque qui docet, neque qui peccatores conuertit in confessione, suam quærat gloriam vanam, & fructum laboris sui, statim petat, & recipiat, val in laudatione, vel in munerum largitione, vel propria elatione, & æstimatione; quia conuertit animas, quia gratiæ fructus, sunt ex Deo, & illi soli tribuendus honor; quia nemo potest ex sa dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto.

Beneficia Dei commodata sunt nobis, vt ea Deo reddamus.

Ps. 10. n. 3.

1 Cor. 12. n. 3.

1521. *Rupert. l. 4.* Vnde intertogat Rupettus lib. 4. quare dicitur Apoc. 4. n 10. *Quod Seniores, qui stabant coram agno adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum.* Et respondet, *quia considerabant quod non suis meritis sed gratia præuenientis, & subsequentis misericordia coronas assecuti sunt.* Quasi dicat, quod gratitudo eos fecit humiles, & ideo senes mittebant ante thronum coronas suas, id est, quidqoid virtutis, & quidquid habebant dignitatis Deo cum gratiarum actione offerebant. Sic & Christiani pro acceptis, collatisque beneficiis, quæ neque Prophetis facta sunt gratias incessanter retribuere debent, vt securiora munera accipiant; quia gratitudo est semen in terram bonam seminatum, quod & centuplum pro vno accipit.

Apoc. l. 4. n. 10.

Ingrati superbi sunt.

Grati fructū centuplum accipiunt.

1522. *Auctoris mens.* Vltima Responsio. *Post triduum inuenitur, quia desideria dilata crescunt.* Quasi dicat, eo ipso quod spes quæ differtur affligit animam, possessio plus delectat; quia asperum, & amarum expectationis; [illegible]it & dulcescit amatis delectationem.

Prouerb. 13. n. 12.

Amor dulcis tortura.

1523. *Oleaster in Gen. 30. n. 26.* Vnde intertogat Oleaster, *Quare septem annis pro pulchra Rachel seruiuit Iacob socero suo Laban*, Gen. 30. n. 26. Et respondet cum translatione Pagnini, *quia fuerunt in oculis eius sicut pauci dies, quia diligebat eam.* Quasi dicat, omnia grauia facit faciles amor, & desideria amoris crescunt cum dilatantur, & pennis, quibus vehitur cor, amoris desideria sunt.

1524. *Oleast. idem Ioan. c. 14. n. 23.* Vnde iterum intertogat Oleaster, quare Ioan. 14. num. 23. dicitur, *Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Nonne diceret, legem meam seruabit?* Et respondet, *quia qui Deum diligit, non lex Christi illi videtur sed sermo gratus & iucundus suauis, & lenis. E contrà timor ex lege vnica multas facit*, vnde Gen. 3. n. 3. *Eua ait Serpenti, de fructu scientia boni & mali præcepit nobis ne comederemus, neque tangeremus illum.* Et addit Oleaster; *non enim Dominus contingere prohibuerat; sed quoniam timore agebatur fœmina ex vnica duas leges fecit.* Quasi dicat, sicut amore dilata desideria crescunt, sic dulciter feruntur & delectabiliter patiuntur; quia amor est carnifex, & tortura delectabilis; timor vero multiplicat dolores crudeliter. Hinc Beata Maria, quo plus puerum desiderabat, plus eum suauiter patiens nimis amabat,

Timor Dei legem multiplicat: amor verò vnam facit.

Gen. c. 3. n. 3.

Amor spei tormenta suauitat.

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quomodo Iesum inuenerunt parentes eius in templo?

1525. QVæritur, quare non alio ciuitatis loco inuenerunt parentes Iesum, sed in templo?

Chrysost. in litter. citat. 1. RESPONSIO est Chrysostomi citati in littera, *Quia nullum miraculum fecerat Iesus in pueritia, & voluit initiare docendo in templo Doctores.* Quasi dicat, hoc primum & admirabile prodigium fecit, quod puer duodecim annorum senes doceret; quia vt Prouerb. 14. n. 18. patet, *Paruuli possidebunt stultitiam*, & cap. 22. n. 15. *Stultitia colligata est in corde pueri.* Quasi dicat, pueri non sunt capaces prudentiæ & scientiæ ergo grande miraculum apparet in puero Iesu in templo docente.

Prouerb. 14. n. 18. c. 22. n. 15.

Pueri sapientia incapaces sunt.

1526. *Hieronym. in Hierem. 14. n. 3.* Intertogat S. Hieronymus, quare Hieremias cap. 14. n. 3. luget sub metaphora populum, qui caret senibus, & à pueris subtilibus docetur. Audiatur Hieremias: *maiores miserunt minores ad aquas, & non inuenerunt: reportauerunt vasa sua vacua, & afflicti operuerunt capita sua.* Quasi dicat: Væh Reipublicæ, quæ per minores, id est, pueros, & iuniores, in quibus cani sapientiæ non sunt, gubernatur, & prædicatur; quia necesse tota gens sitibunda quærit fontes aquarum viuentium. Vnde Hieronymus citat. *Siccitas hæc sæpe accidit in Ecclesiis quando cerui, & onagri inueniuntur in populis, hoc est, homines doctrina auidissimi, & magistrorum penuria contabescunt, sunt qui possunt discere, sed non qui possunt docere.* Quasi dicat, populus periit sitibundus doctrina, vt vulnera peccatorum medeantur, & iuuenes prædicatores verbis cultis, & ornatis flores sine fructu ostentant impudenter.

Pueri Prælati & Prædicatores destructio Populorum.

Theophil. lib. 2. Vnde Theophilus lib. 2. ait, *Indecorum est pueros antequā puerilem egressi sint ætatem supra ætatem sapere; quia quemadmodum ætas, & statura incrementum sumit paulatim; sic etiam prudentia pedetentim augetur.* Ergo his auditis conclusio euidens est, quod fuit inauditum miraculum in pueritia duodecim annorū videre, & audire Iesum in templum docendo senes Doctores.

Paulatim crescere prudentia est.

1527. *Lyran. citat. in littera.* 2. RESPONSIO Lyrani in littera citati, *Inuenerunt puerum, non in theatro, vel ludo, vbi solent pueri inueniri sed in templo orationi constituto, & dicato Deo.* Quasi dicat, fugiant parentes filios & filias ad theatra comœdiarum permittere, vt assistant; quia Chrysostomus in quadam homilia, cuius titulus est, *periculosum est adire spectacula*, c. 1. ait: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Quod si mulier sponte, aut fortè in foro obuia, & neglectius culta, sæpenumero curiosius intuentem lædit ipso vultus aspectu, qui ad specula assistunt, totum sibi desidentes diem in facies fœminarum defixos habentes oculos qua fronte poterunt dicere, quod eas non viderint ad concupiscendum, vbi verba accedunt fracta, lasciuaque; vbi cantiones meretricia.*

A comœdiis Pueri fugiāt.

Et

1528. Et D. Augustinus 1. de ciuitate cap. 32. *Spectacula turpitudinum licentia vanitatum, non hominum vitiis, sed Deorum vestrorum iussis Romanis instituta sunt.* Et Tertull. in Apologetic. cap. 38. *Nihil est, inquit, nobis visu, auditu, dictu cum insania Circi cum impudentia theatri.* Et D. Chrysostom. hom. 57. in Ioannem, *In spectaculis dimidium diei consumimus nulli alij negotio vacantes; Deo autem nos per Prophetas, & Apostolos alloquente, oscitamus, desidemus, hallucinamur, & plurimum fastidimus, quare in forum egredimur; in hyeme vero cum pluuia, & lutum impedit e domi sedemus, at in theatris sine tecto, quo à pluuia defendamur, maxima pars imbre, vento, & frigore luto viæ longitudine contempta insani præstiterunt, nulla eos; neque fœminas causa domi continet, nulla quin ad spectacula frequentes confluant prohibet?* Et addit Sanctus hom. 62. ad Populum: *in theatris visus ineptitudo, diabolicus fastus, effusio temporis & impedimentum; superflua dierum consumptio; mala cupiditatis inductio, adulterij meditatio, fornicationis gymnasium, intemperantiæ schola, turpitudinis exhortatio, risus materia, inhonestatis exempla.*

S. August. 1. de ciuit. cap. 32. Tertul. in Apolog. cap. 38. S. Chrysost. hom. 57.

Theatrum quaritur ab impiis.

Chrysost. hom. 62. ad Popul.

Comœdia fugienda propter innumera inconuenientia.

1529. Et Tertullianus lib. de spectaculis, ait: *Si Scenica doctrina delectant aspice spectacula Christianorum quia ibi satis nobis litterarum est. satis versuum, satis sententiarum, nec fabula, sed veritates fidei. Vis & pugillatus, & ludus præsto sunt. Aspice impudicitiam deiectam à castitate, perfidiam cæsam à fide, sæuitiam à misericordia, contusam, petulantiam à modestia adumbratam, & tales sunt inter nos agones in quibus coronamur. Vis autem & sanguinis aliquid? habes Christi. at supersunt alia spectacula? ille vltimus, & perpetuus iudicij dies, ille nationibus insperatus, qua illa exultatio Angelorum? quæ gloria resurgentium Sanctorum? quale regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Hierusalem? qua tunc spectaculi altitudo? Quid admirer? Quid rideam? vbi gaudia? &c. Tunc magis tragædi audiendi ad inopinantis Christi tribunal palpitantes, tunc histriones cognoscendi solutiores multo per ignem.* Hæc Tertullianus, quem sequitur Cyprianus & Lactantius sententias doctissimas contra spectacula proclamando, vt discant parentes puerus filios suos erudire, & ab huiuscemodi rebus separare & ad templa eos adducere, vbi puer Iesus à Beata Virgine, & Ioseph inuentus est.

Tertul. lib. de spectac. Christianorũ exercitia.

Cyprianus Lactantius citati apud Petrũ Mendoza: Augustinianum Salmanticæ moderatorem: Scoti lib. opuscul.

1530. 3. RESPONSIO Origenis in littera citati, qui ait: *Non inter cognatos inuenitur Christus; neque enim poterat humana cognitio filium Dei continere.* Quasi dicat, diuinitatem ostendere voluit, & quod non de matrimonio Ioseph, & Mariæ conceptus sit; neque ex vi matrimonij poterat inueniri puer Iesus; quia quamuis Ioseph tantum diligebat sponsam suam; non tamen propter carnalem cognationem inueniebatur.

Origen. cit. in littera.

1531. Interrogat Oleaster, *Quare dixit Iacob Laban socero suo, seruiam tibi septem annos pro Rachel,* Gen. 29. n. 18. Et respondet, *quia solebant illo tempore viri vxores pretio acquirere; quoniam licebat reiicere si displiceret fœmina, nunc vero cum dote maxima accipere recusant; quoniam rescindi matrimonium non potest, & coguntur eam retinere. etiam si serpens sit, vnde filios immorigeratos erudiunt, quia dissimiles in qualitatibus, & conditionibus sunt;* puer autem Iesus, qui non de Ioseph, sed de Spiritu Sancto conceptus est, in Virgine gloriosa non poterat cognosci neque inueniri per humanam diligentiam, sed inuentus est in templo, sicut in vtero Mariæ, quæ inuenta est habens de Spiritu Sancto, id est, absque humana cognitione.

Oleaster in Gen. 29. n. 18. Transl. Pag.

Quare filij dissimiles sunt parentibus.

Puer Iesus quomodo inuenitur.

Math. c. 1. n. 19.

Franc. de Rojas in Euang. Tom. I.

DIFFICVLTAS XIII. ad mores.

Quare Puer Jesus in medio Doctorum inuentus est?

1532. QVæreret, quare in medio Doctorum Puer Iesus inuenitur?

1. RESPONSIO Origenis citati in littera, *In medio inuenitur sanctificans quæ à Prophetis dicta sunt, & per Apostolos dicenda, & propter merita Apostolorum præmissa, venit in mundum, & Doctorem iustitiæ misit illum Pater æternus; quia res magna est habere patronos sanctos, propter quos exaudiat nos Dominus.*

Origen. cit. in litter.

Intercessiones Sanctorum quærendæ sunt.

1533. Interrogat Oleaster, *Quare Rachel cum videret se filiorum destitutam, quia sterilis erat, dixit Iacobo marito suo, da mihi filios,* Genes. 30. n. 24. Et respondit duo. Primo, *vt videamus, quam irrationabilia sunt sæpius fœminarum placita.* Secundo (ad nostrum intellectum) *eam virum precibus sibi prolem impetrare quemadmodum fecerat Pater eius vxori sterili, quo nos docet Patronos quærere Sanctos, qui pro nobis petant ea, quæ nos non possumus precibus impetrare.* Idem in medio Doctorum apparet Christus, vt preces Prophetarum sanctificaret, vt Origenes dixit.

Oleaster in Gen. 30. n. 24. Transl. Pag.

Multiplicãda sunt intercessiones Sanctorum.

2. RESPONSIO Bedæ in littera citati: *Quasi fons medius Doctorum sedet, & humilitatem docens, prius interrogat, & audit, quam doceat.* Quasi dicat, quod Prælatus dum assistit suæ Ecclesiæ fons est rigans, docens, & vegetans omnes plantas sibi subiectas; si vero abest, languescunt, & siccantur.

Beda in litt. citat.

1534. Interrogat Athanasius Patriarcha epist. 1. ad Episcopum Cretensem, *Quare cum extra paradisum Adam creauerit Dominus, statim collocauit eum in medio paradisi, vt operaretur, & custodiret illum,* Gen. 2. n. 15. Et respondit, *quia erat Rector, & Pastor omnium creaturarum. Et ideo necesse fuit, vt in medio sisteret, vt custodiret subditos suos. Et illa erat non incongrua operatio felicissimi status sui. Si quis Doctor* (inquit Athanasius) *in Diœcesi, quæ sibi obtigit, vel biduum moretur, experire liceat permulta peccata, & damna non esse futura in populo. Sanè augentur oues, & in tuto sunt, cum præsunt veri Pastores, non autem cum solum ebibunt lac, vt lana tegantur.* Quasi dicat, lupi sunt rapaces Pastores, qui solum quærunt ouium lanam & lac, hoc est, diuitias, delectationes, honores, & vanitates, non vero vigilantiam & periculum, laborum, & opprobriorum propter curam suarum ouium; quia tales non solum fugiunt, cum lupum vident, sed & cum vulpem. Quasi dicat, non solum fugiunt aliqui Pastores, & Præsules propter magna pericula, sed etiam propter minima, & astute, & omni fallacia procedunt; & solum augmentationem, & incrementum mille modis inquirunt non vero fatigantur docendo, & prædicando in

S. Athanas. epist. 1. ad Cretens.

Genes. 2. n. 15.

Prælatus assistere debet sua Ecclesia.

Absentia Prælatorum peccata augentur.

Pastores qui sua quærunt lupi sunt,

Prælati debent prædicare, non thesaurizare.

medio Doctorum: sicut Christus puer fecit cum omni humilitate interrogans, & omnes audiens; modo vero Prælati, neque pauperes audiunt, neque visitant viduas afflictas, sed thesaurizant, & ignorant cui congregant diuitias, Psal.38. n.7.

Psal.38.n.7.

1535. 3. RESPONSIO est nostri Lyrani citati in littera, *In medio stat, vt melius possit omnes audire, & cum eis difficultates conferre.* Quasi dicat: Beatus seruus, quem cum venerit Dominus eius inuenerit vigilantem super gregem suum. Vnde D. Hieronymus lib.2. in epist. ad Galat. c.4. n.27. *Æmulantur vos non bene.* Quasi dicat, *detrahent vos quod multum vigilanter assistitis, quia tunc non solum verbis sed & factis operamini.* Et addit: *si quando Doctor quis in Ecclesia contigerit sermone ornatus & vita; qui audientes quasi stimulis quibusdam concitet ad virtutes, videmus omnem plebem circa opera charitatis feruere.* &c. Quasi dicat: O quam terribile iudicium expectatur his, qui Ecclesiis præsunt, quia videmus cum bonus quis Pastor existit, & prædicat, omnes oues corriguntur, & in virtutes exercentur; cum autem ille recesserit paulatim omnia euanescunt, & languent omnia, quæ prius vigebant. Et concludit Hieronymus citatus; *Precemur Dominum messis, vt mittat operarios ad metendum, qui spicas populi Christiani, quæ stant in Ecclesia futuro tritico preparata metant, colligant, & in horrea comportantes nequaquam perire patiuntur.* Quasi dicat; O Pastores Ecclesiæ festinate docere in medio templi Dei interrogando, & respondendo difficultatibus; *quia messis multa est, & spica tritici Christiana iam congregata sunt.* Sed ignorant, quomodo terantur, & granum à paleis separetur, vt in horreo cælesti congregentur prædestinati, & numero eorum adimpleto resurrectio vniuersalis corporum adueniat & gaudium completum.

Lyran noster sua in glossa.

S.Hieron. in epist.ad Galat.c.4. n.27.

Bonus Pastor excitat oues ad pascua virtutum.

Hieron.cit.

Pastores negligentes dilatant resurrectionem &c.

DIFFICVLTAS XIV. ad mores.

Quare Puer Iesus prius audiebat, & postea interrogabat Doctores?

1536. QVæretur, quare puer Iesus audiebat, & postea interrogabat Doctores?

1. RESPONSIO Origenis citati in littera, *Vt officium pietatis exerceret, pueros docendo, vt prius audiant senes, & expertos, quam docere præsumant.* Quasi dicat, præclara pietatis lectio est iuuenibus consilium dare, vt senes venerentur, audiantque & auscultent consilia eorum, quia fere nunquam longa vita fruuntur iuuenes elati, & moribus immorigerati iuxta illud Martialis.

Origen.cit. in littera

Iuuenum documenta.

Martialis.

Immodici breuis est ætas, & rara senectus.

Quasi dicat, qui nolunt acquiescere seniorum præceptis raro ad senectutem perueniunt, iuxta illud Psalmi 54 n.24. *Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos; iustorum autem vita longa est,* iuxta illud Ps. 9.. n.15. *adhuc multiplicabuntur in, ne.lu vberi.*

Psal.54 n.24

Psal.91 n.15

Iustorum vita longa.

1537. Et si quæras, quare iusti vita prolongatur, cum senectus ipsa morbus sit? Respondeo, *vt maiore gloria præmia capiant, & vt Rempublicam Dei suis exemplis, & consiliis & scriptis sustentent.* Vnde Philo lib. de Sacrificiis Cain & Abel, ait: *Audita morte alicuius senis boni magna tristitia magnoque dolore afficior, non tam ipsorum vicem dolens quam superstitum, illo enim natura ordine necessario manet exitus, vt post vitam feliciter exactam gloriosa mors illos excipiat; isti vero destituti magna potentique manu, qua protecti antea fuerant suorum malorum sensus sentiunt, nisi natura tanquam in arbore, de qua maturi fructus defluunt, alios recentes substituat.* Quasi dicat, quemadmodum arbor, quæ fructus maturos protulit, dum alios spe maturandos reliquit, lætificat videntes; si vero absque fructu remanet ab omnibus parui pendet. Sic Respublica, quæ caret senibus, prudentia & ratione præditis; ab omnibus nationibus vilipenditur, & cum periculo pereundi existit, ex quo pietatis officium Iesus in medio Doctorum exercuit ducens pueros, vt senes audiant, & postea interrogent.

Auctoris sententia.

Philo lib. de Abel & Cain.

Senes sustentacula Reipublicæ.

Arbores & senes in quo similes.

1538. 2. RESPONSIO Bedæ in littera citati, qui ait, *Iudæi inter alta, quæ audiunt, & infirma quæ vident, dubia admiratione turbantur.* Quasi dicat, multoties talis est hominum æmulatio, vt audientes, & videntes sapientiam & scientiam fratrum suorum admiratione vilipendiunt, & opprobria pro mercede retribuunt, sed Deus multiplicat sapientiam, & famam propter opprobria patienter tolerata.

Beda citat. in littera.

Lucubrati opprobrium enerrantur ab impiis.

1539. Interrogat Oleaster, *Quare tot, tantisque filiis, & beneficiis Lia fuit ditata à Deo?* Et respondet, quia Rachel opprobriauit Liam dicens: *Dedi ancillam meam viro meo (id est, Iacob)* Gen.30. n.16 Quasi dicat, Lia maximis muneribus à Deo ditata fuit, quia se contemni æquanimiter ferebat; ideo Puer Iesus ab vniuersis Doctoribus plaudebatur, quia à Iudæis tanquam pauper & filius fabri contemnebatur.

Oleaster in Gen.c.30. n.16.

Opprobriati à Deo honorantur.

1540. 3. RESPONSIO S. Bonauenturæ in littera citati, qui ait, *Antequam loquaris disce.* Quasi diceret, nulla lectio ita necessaria est hominibus, quam discere, tacere vel suo tempore loqui.

S. Bonau cit. in littera

Hispana loquutio. Al buen callar llaman sancto.

1541. Interrogat Oleaster, *Quare furata est Rachel idola patris sui Laban,* Gen.31.n.39. Et respondet, quod in Hebræo, *idola idem est, ac Teraphim, quod significat loquax nimis.* Et sic Zachar.10. n.2. dicitur, *Quia Teraphim loquuti sunt mendacia, id est, idola. Vnde Rachel furata est idola loquacissima, ne Pater ex illis sciret per quod iter abiissent, ipsa scilicet Rachel & Iacob vir eius.* Quasi diceret, etiam Dij debent esse sine linguis, & secreti, si quodlibet negotium nolunt, vt perdatur, quia taciturnitas, & silentium, quasi prima lectio debet ab omnibus sciri, & hoc puer Iesus docebat audiendo, & tacendo postea vero interrogando.

Oleast. in Gen.31. n.39.

Translat. Hebr.

Zachar. c.10.n.2.

Sine lingua debent esse Consiliarij, & senatores.

1542. 4. RESPONSIO Græci in littera citati, qui ait: *Qui audit prudenter, prudentius respondet.*

Græcus in litter.cit.

1543. Interrogat Oleaster, *Quare cum Iacob tot tantisque querelis vulneratus est socerum suum Laban dicens viginti annos in domo tua seruiui tibi, & immutasti mercedem meam datam vicibus,* Gen.31.n.41. Sic Pagninus. Tam suauiter dixit Laban ibi n.43. *Quid possum facere filiis, & nepotibus meis?* Et respondet, *quia prudenter audiuit, prudentiusque respondit, & quia cogitauit Laban sibi*

Oleast. in Gen.31. n.41.

Ibi n.43.

Augustin. ser. 16.

sibi illaturum omne malum quod Iacob intulisset. Quasi dicat, teste Augustino serm. 16. de verb. Domini, *Neminem posse in inimicum sæuire quin sibi maius malum non inferat quam illi: nam prius qui alterum odit, animam suam lædit, & quod facturus est ei, quem odit? tollit pecuniam, numquid fidem? Lædit famam, numquid conscientiam, quidquid nocet, forinsecus nocet, sibi prudenter attendat quid noceat intus. Sibi ipsi inimicus est qui odit alterum; sed quia non*

Qui famam alterius lædit sibi nocet.

sentit quid sibi mali faciat in alterum sæuit eo periculosius viuens, quia non sentit quid sibi male agat; quia sæuiendo sensum perdidit, & sic imprudenter respondet, & agit. Sed qui prudens est, omnia quæcunque sint audit, & prudentius postea cum mansuetudine respondet, vt docet puer Iesus audiendo Doctores, & postea interrogando, & tandem docendo, & inuenerunt in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

Insensati mala quæ sibi fiunt non sentiunt.

TRACTATVS XLI.

AD LITTERAM

In Caput II. Lucæ,

De Puero IESV in templo inuento.

TEXTVS.

47. STVPEBANT autem omnes, qui eum audiebant super prudentia & responsis eius, & videntes admirati sunt, 18. Et dixit Mater eius ad illum: fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. 49. Et ait ad illos, Quid est, quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse? 50. Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. 51. Et ascendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis, & Mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. 52. Et IESVS proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.

EXPOSITIO Litteræ.

1544. *Auctoris mens.* VERISIMILE est, quod Doctores puerum de facilioribus rebus interrogantes, audientésque supra eius captum respondentem difficiliora mysteria, & loca Sacræ Scripturæ explanasse; quod videntes, & audientes admirabantur, non solum Doctores, sed & populus, qui ad spectaculum assistebat.

1545. *Secretò reprehendendum.* Et dixit Mater eius ad illum, meo videri finita disputatione seorsum, & non coram omni senatu Doctorum, Mater Puerum amorosè, & suauissimè alloquuta est, & Ioseph audiebat omnia verba tam Matris, quàm Filij; quia ipse non erat Pater, sed nutritius, & confirmabatur in fide diuinitatis IESV.

1546. Fili quid fecisti nobis, non sunt verba reprehensionis, sed admirationis; quia insciis Parentibus remansisset, vt ignorantia negatiua qua futura, quæ ad rem propriam non pertinent, Maria Virgo nesciebat. Et addit, ecce Pater tuus, & ego dolens, propter humilitatem, & sponso debitam reuerentiam primo ponit Iosephum, teste Augustino serm. de Christi Parent. *Dicit, dolebamus, non quasi dolore de re perdita; quia B. Virgo sciebat conceptum esse Puerum per operationem Spiritus Sancti, qui erat secundum essentiam vna eademque substantia, ac diuinitas: sed dolor erat, quasi de loco Sacræ Scripturæ quæsito, & nondum inuento, licet certissimè sciamus in Biblia adesse.*

Duplex dolor. Aug. ser. de Christi Par.

Quid est quod me quærebatis, nesciebatis, &c. suam manifestè diuinitatem ostendit, siquidem Patris sui æterni mandatis obedire manifestat, & etiam ad quæsitum tacitè respondit. Quasi dicens; si occupationem sciretis, quæ in Patris obedientia consistit, non quæreretis me, neque verba præfata dixissetis. 1547. *Probatio diuinitatis.*

Quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Quasi dicat, non in disputationibus Doctorum, neque in templi sanctificatione, neque prædicatione, sed absolutè negotia Patris 1548. *Voluntas æterni Patris negotia filij.*

ſui voluntatem intelligit; quia ſi cibus Chriſti teſte Euangeliſta Ioanne, *Erat vt faceret voluntatem Patris ſui*, c. 4. n. 34. *Quanto magis negotia filij voluntas Patris ſunt, & ipſi non intellexerunt*, id eſt, Doctores, vel alij, qui curioſe ad audiendam vocem ſermonum Patris, & filij acceſſerant, vel non intellexerunt Ioſeph & Maria, quomodo templum negotia Patris ſui appellaſſet, (teſte Euthymio.)

Ioann. 4. n. 34.

1549. Et deſcendit cum eis Nazareth, & erat ſubditus illis. Quaſi dicat, non remanſit Hieroſolymis Puer Ieſus, ſed deſcendit in ciuitatem matris ſuæ, & erat ſumma cum reuerentia ſubditus parentibus ſuis, & faciebat quidquid illi præcipiebant ei, vt in omnibus exemplum obedientiæ præſtaret.

Euthym. *Reuerentia Parentibus debita.*

1550. Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia. Quaſi dicat, ſi duodecimo ætatis ſuæ anno Doctores ita ſuperabat, quid cum iam ſinguli, & omnes homines ſcientia experimentali, qua creſcebat, experiuntur: nam teſte Carthuſiano, & Theologis Doctoribus Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit plenus ſcientia, & gratia, licèt per mortem, & paſſionem ſuam gloriam corporis meruit, & ſcientia, & ſapientia experimentali apud homines creſcebat.

Dionyſ. Carthuſ. *Quomodo Ieſus ſcientia creſceret.*

TRANSLATIONES
variæ coincidentes cum vulgata.

Vulgata editio.	1.	Et videntes admirati ſunt.
Caietanus in Euang.	2.	Et attoniti facti ſunt, hoc eſt ad ſimilitudinem attonitorum valde obſtupentium.
Tranſlatio ex Syriaca.	3.	Fili cur ita feciſti nobis, quoniam cum multa anxietate quærebamus te.
Tranſlatio Vatabli.	4.	Et eo viſo perculſi ſunt, & dixit illi mater eius, Fili cur ſic egiſti nobiſcum.
Noſter Lyranus	5.	Et valde mirabantur, quia inauditum erat quod acciderat.

DIFFICVLTAS I.

Quare Virgo Maria inuento Puero non vocauit illum Deum, ſed Filium?

QVæretur, quare Virgo Maria, vt diuinitatem Chriſti omnes cognoſcerent, non vocauit illum Deum, ſed filium?

1551. 1. RESPONSIO eſt noſtri Lyrani ſua in Gloſſa; qui ait: *Non vocauit Deum, ſed filium, quia amor excellens Dominium neſcit.* Quaſi dicat, maieſtatem ignorat verus amor. Et ſic Beata Virgo amore incenſa viſcera veritatis non maieſtatis filio ſuo oſtendit. Vnde teſte Simone de Caſſia: *Non potuit affectum amoris Virgo cohibere qui magis hoc nomine filij quam Dei demonſtratur.*

Lyra ſua in Gloſſa. *Amor maieſtatem ignorat.* Simon de Caſſia hic.

1552. 2. RESPONSIO eſt Græci in Catena Sancti Thomæ citati, qui ait: *Miranda vero Deigenitrix maternis affecta viſceribus quantam cum ea mentis inquiſitionem doloſam oſtendit, & omnia ſicut mater, & fiducialiter, & humiliter, & affectuosè exprimit; ideò dixit, fili.* Quaſi dicat, commiſerationis affectus vno verbo epilogauit dicens: fili quid feciſti nobis ſic, quod eſt ſignum demonſtratiuum interni, & intenſiſſimi amoris: *Sic Deus dilexit mundum* Ioan. 3. num. 16. & alibi *ſedebat ſic ſupra fontem*, Ioannis 4. num. 6.

Græc. in Catena cit. Ioan. 3. n. 16. Ioan. 4. n. 6.

1553. 3. RESPONSIO noſtri S. Bonauenturæ ſuper hunc locum, qui ait: *Maria ſanctiſſima Virgo fiducialiter loquitur, & interrogat cauſam dimiſſionis, cum ſciat ſe tanquam veram matrem honorari debere à ſuo filio.* Quaſi dicat, vocauit Maria puerum Ieſum filium; quia ſciebat veniſſe, vt adimpleret legem, quæ præcipit honorare parentes.

Bonauent. in hunc loc.

1554. 4. RESPONSIO eſt Caietani in Euangelia: *Non arguit, ſed querulam neſcientia propria vocem depromit: nec quærit cauſam, cur fecerit, cur intulerit eis dolorem, ſed affectum manifeſtat.* Vnde, & ſubiungit, *ecce pater tuus.* Quaſi dicat, fili mi verè ſcio, quod tu ſis filius Dei viui, & quod omnia quæ facis ſunt menſura, & regula facienda, ſed dolor maternus inſcius euentus torquebat me, ideo conqueror, non quia deteſtor.

Caietan. in Euang. *Amat cum amore conqueritur.*

DIFFICVLTAS II.

Quomodo intelligatur Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te?

QVæretur, quare dicitur, quod Ioſeph, & Virgo Maria dolentes quærebant puerum Ieſum?

1555. 1. RESPONSIO Origenis in Catena Sancti Thomæ citati, qui ait, *Nouerat Virgo ſacrata hunc non eſſe filium Ioſeph, & tamen Patrem vocat illum ſponſum ſuum propter Iudæorum ſuſpicionem æſtimantium vulgò fore conceptum. Dicetur autem fortè ſimpliciùs quod cum honorauit Spiritus Sanctus patris nomine, eo quod puerum Ieſum educauit; artificioſius vero, eo quod genealogiam Ioſeph ex Dauid produxit, ne ſuperflua videretur.* Quaſi dicat, nimis honorat Deus amicos ſuos, & ideo Ioſephum vocat Patrem Chriſti Virgo Maria eius ſponſa, vel quia ex proſapia illuſtri Dauid procedebat, & principales homines ſeruos ſuos æſtimat Deus.

Origen. in Catena. *Nobilitas humana quomodo honoranda.*

1556. 2. RESPONSIO Gloſſæ, *Dolentes, inſinuat Virgo, & mater; quod quærebant puerum, ne quod Herodes in infantia eius patraſſe quæſierat, tunc in pueritia poſitum inuenta opportunitate alij interficerent.* Quaſi dicat, teſte Lyrano, *quia inuidia ſemper vigere ſolet in curia magnatorum ſemper inuidus quærit contra innocentem; ideo parentes Ieſu dolore afficiebantur, ne fortè ſucceſſoru,*

Gloſſa in Luc. 2. *Inuidus contra innocentem viget.* Lyra in Daniel.

successores, & amici Herodis iam defuncti contra puerum Iesum mala molirentur.

1557. Origen. in Catena

3. Responsio sit Origenis in Catena Sancti Thomæ, qui ait, *Cur dolentes eum quærebant, an ex eo quod perierat puer an errauerit? absit. Numquid enim fieri poterat, vt perditum formidarent infantem, quem Dominum esse cognouerant? Sed quomodo si quando scripturas legis quæris in eis sensum cum dolore, non quod scripturas errasse arbitreris; sed veritatem, quam intrinsecus habent, quæris; ita illi quærebant Iesum, ne fortè relinquens eos, reuersus esset ad cælos, & cum illi placuisset iterum descenderet.* Quasi dicat, oportet eum qui quærit Iesum, non negligenter, & dissoluè transire, sicut multi quærunt, & non inueniunt, sed cum labore, & dolore.

Per labores inuenitur Iesus.

1558. Augustin. ser de Christi Parent.

4. Responsio Augustini serm. de Christi Parentibus: *Nouerat Virgo parere filium Altissimi, & erat humillima, nec se merito, nec in ordine nominis præferebat, vt diceret, ego & pater tuus, sed pater tuus, & ego.* Quasi dicat, vrbanitas, & humilitas ad inuicem in Virgine complectebantur, & vtraque primum locum tenere cupiebat in mandatis Dei, & reuerentia sponso suo debita.

Vrbanitas in sanctis reperitur præstantium.

DIFFICVLTAS III.

Quare respondit Puer Iesus, quid est, quod me quærebatis, nesciebatis, quod in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse?

QVæretur, quare Iesus matrem suam, & Iosephum increpat his verbis prædictis?

1559. Græca in Catena,

1. Responsio sit Græci in Catena citati, qui ait, *Ipse Dominus respondet ad omnia, & corrigens quodammodo dictum viri de eo, qui putabatur Pater, & verum Patrem manifestat docens non per infima gradi, sed in altum extolli.* Quasi dicat, increpat locutionem de Patre temporali, & diuinitatem Patris sui manifestare conatur. Vnde inquit Beda loco citato; *Quod potius debebatur ei, qui est æternus filius. Mentis oculos attollere cogit; Et sic dicit, nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse.*

Beda ibi. *Diuinitatis probatio.*

1560. Carthus. in Luc. 2.

2. Responsio Carthusiani in hunc locum. *Charitatiue insinuat, qualiter quærendus sit in his, scilicet, in templo, & cultu Patris mei oportet esse, quia veni, vt indeficienter honorem Patris mei procurem.* Quasi dicat, qui verè, & fideliter inuenire Deum desiderat in templo quærat eum orando, & verba Dei audiendo, & operando.

Oratio continuanda.

1561. S. Bonau. in Luc. 2. Eccl. 7. n. 6.

3. Responsio nostri Sancti Bonauenturæ in Luc. 2. *Dominus dure respondit, & dedit nobis exemplum, vt malimus corripi, quam laudari*, quia Ecclesiast. 7. num. 6. dicitur, *melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.* Quasi dicat, vt adulationes, quæ eliminant omnem veritatem, Christus expelleret, matrem suam plus dignatus est, quasi corripere, quam adulari. De hoc latius in sensu morali.

Adulatio fugienda.

1562. Cyrillus in caten.

4. Responsio Cyrilli in Catena Sancti Thomæ citati. *Hæc igitur dicit ostendens se mensuram humanam transcendere, & innuens, quod sacra Virgo effecta, sed ministra negotiis, cum peperit carnem, ipse verò naturaliter, & verè Deus erat, & filius Patris excelsi.* Quasi dicat, hæc verba protulit Christus, vt confunderet futuros hæreticos Valentinianos, & Hebiones asserentes, quod in Baptismo cœpit Spiritus Sanctus esse cum Christo; quia ipse hodie Patrem æternum suum appellat, adhuc cum esset duodecim annos natus.

Error Valent. & Hebion.

1563. Græca in Cathen.

5. Responsio Græci in Catena Sancti Thomæ: *Dum enim Mariam increpat Dominus quærentem ipsum inter propinquos omissionē vinculorum sanguinis apertissimè suggerit, ostendens quod non contingit metam perfectionis attingere eum; qui adhuc vagatur, in his quæ corpori conferunt, & quod homo deficit perfectioni per affectum cognatorum.*

Consanguinei impediunt perfectionem.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Iesus descendit cum Parentibus, & quomodo erat subditus illis?

QVæretur, quare dicitur, quod Puer Iesus descendit cum Parentibus suis, & erat subditus illis?

1564. Græc. in Cathen.

1. Responsio Græci in Catena citati, *Et totam intermediam Christi vitam, quæ est inter ostensionem ætatis, & tempus Baptismatis, velut immunem alicuius famosi, & publici miraculi, & doctrinæ, Euangelista sub vno verbo colligit dicens, & descendit cum illis, & erat subditus, &c.* Quasi dicat: cesset omnia vana præsumptio desiderans scire quid fecit Iesus tot annis, inter duodecimam ætatem vsque ad Baptisma Ioannis; quia semper fuit subditus parentibus.

Puer Iesus 18. annis subditus parentibus.

1565. Basil. lib. Relig.

2. Responsio Sancti Basilij in libr. Relig. *Ab ipsa primæua ætate parentibus obediens quemlibet laborem corporis humiliter, & reuerenter sustinuit; cum enim homines essent recti, & iusti; egeni tamen necessariorum penuriam patientes, teste præsepi partus venerando ministro, manifestum est, quod sudores corporeos continuò frequentabantur, necessaria vitæ quærentes.* Quasi dicat, Iesus autem obediens illis, vt scriptura testatur, etiam in sustinendo labores subiectionem plenariam sustinebat.

Ioseph pauperem vitam agebat.

1566. S. Anton. de Pad. ser. infr. Oct. Epiph.

3. Responsio nostri Sancti Antonij de Padua serm. infr. Oct. Epiphan. *O rigida superbia, quæ super altitudinem nubium moliris ascendere, super astra cæli solium tuum exaltare in monte testamenti sedere descende obsecro; quia Iesus descendit.* Quasi ad subditos superbos loquitur, quia sua præsumptione, & elatione nemini obedire dignantur. Descendite, inquit, & considerate quod Iesus descendit, & subditus fuit parentibus suis.

Subditi elati Lucifero similes.

1567. Ambros. in catena S. Thom.

4. Responsio Ambrosij in Catena Sancti Thomæ: *Et miraris si patri defert, qui subditur matri? Non vtique infirmitatis, sed pietatis est ista subiectio. Attollat licet caput hæreticus,*

ticus, vt alienis auxiliis, afferat qui mittitur indigere. Numquid & humano egebat auxilio, vt materno seruiret imperio? Deferebat ancillæ, deferebat simulato Patri. Et miraris si Deo detulit, an homini deferre pietatis est, deferre Deo infirmitatis? Quasi contra Arrianos dicat, quid filium Dei minorem reputatis Patre æterno; quia multoties se Patri subdidit, an non etiam matri, & Iosepho subditur. Neque per hoc minor est illis, sed pietatis, & humilitatis omnibus lectio præstatur.

Arrianorum refutatio.

1568. Carthus. in Luc. 2. 5. RESPONSIO Carthusiani in Luc. 2. *Sicut in se ipso humillimus fuit Christus, vt homo, sic vsque profectò in exterioribus humiliauit seipsum, non solum matri, sed etiam nutritio.* Quasi dicat, quicumque humilem se esse desiderat per humiliationes innumeras perueniet ad talem gradum. Sic Christus qui consummatus, & perfectus fuit in omnibus virtutibus voluit exteriores actus humilitatis ostendere humiliando se & matri, & postea nutritio.

Humilitas per humiliationes consequitur.

DIFFICVLTAS V.

Quomodo Virgo Maria conseruabat omnia in corde suo?

QVæretur, quomodo considerabat, & attentè seruabat omnia Virgo Maria?

1569. Beda in Catena. 1. RESPONSIO Bedæ in Catena Sancti Thomæ, qui ait; *Virgo autem siue quæ intellexit, siue quæ nondum intelligere potuit omnia sua pariter in corde; quasi ruminanda, & diligentibus scrutanda recondebat.* Quasi dicat, tanta & tam alta mysteria ex dictis ab Angelo, & reuelata à Deo, virgo considerabat, & videbat adimpleta, quod tacendo omnia ineffabilia esse cognoscebat, & Deum laudabat in corde, attentè ruminando.

Intus considerare prudentia.

1570. Græcus in Catena. 2. RESPONSIO Græci in Catena Sancti Thomæ; *Considera prudentissimam mulierem, veræ sapientiæ matrem, qualiter scholaris sit pueri; non enim vt puero, neque vt viro, sed vt Deo vacabat vlterius, & illius voces diuinas, & opera reputabat. Ideò nil ex dictis, aut actis illi patebat; sed sicut ipsum Verbum prius in visceribus, ita nunc eiusdem modos, & dicta concipiebat.* Quasi diceret, semper Virgo Maria conseruabat omnia, quæ videbat, & expectabat in futurum clarius reuelanda, & hac regula, & lege per totam vitam vtebatur.

Virgo Maria quomodo secretum seruauit.

1571. Carthus. in Luc. 2. 3. RESPONSIO Carthusiani in Luc. 2. *Virgo Maria verba, & facta filij sui tanquam optima, & docillima sapientiæ æternæ discipula, saporis capacissima, ac auidissima: quidquid filius eius de cætero fecit, aut dixit cum summa veneratione pensauit, ac proinde profecit in corde.* Quasi dicat, sciebat Virgo Maria, quod secretum Regis abscondere bonum erat. Et sic absque loquacitate tacebat, & considerabat diuina mysteria, quæ quotidie magis ac magis patebant, quia filius suus, æternique Patris filius veniebat ad illuminationem gentium, & gloriam plebis suæ Israël. Luc. 1. n. 14.

Magistra secreti tū Maria Tob. c. 12. n. 7.

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo Puer Iesus crescebat sapientia ætate, & gratia?

QVæretur, quomodo Christus poterat sapientia, & gratia crescere?

1. RESPONSIO Cyrilli in Catena Sancti Thomæ: *Attende quod non dixit proficiebat Verbum, sed Iesus, ne simplex Verbum proficere intelligas, sed Verbum caro factum.* Quasi dicat, Verbum diuinum non potest crescere sapientia; Christus autem secundum quod homo est, crescebat scientia, & sapientia experimentali apud homines; quia quotidie admirabantur magis de puero. 1572. Cyril. in Catena.

2. RESPONSIO Theodoreti in Catena citati: *Sicut Verbum in carne passum fatemur (quamuis sola caro fuit passa) quod caro Verbi erat, quæ patiebatur. Ita proficere dicitur ex eo quod humanitas proficiebat in ipso.* Quasi diceret, crescebat, non in se, sed in suo mystico corpore, quod sunt fideles, qui in humanitatem Christi credebant magis ac magis quotidie. 1573. Theod. in Catena.

Christus secundum humanitatem crescebat.

3. RESPONSIO Gregorij Naz. orat. 20. in laudem Basilij, qui ait, *Dicitur secundum humanitatem proficere; non quia ipsa suscipiat augmentum; quia ab initio fuit perfecta; sed ex eo quod paulatim manifestabatur.* Quasi dicat; sicut enim sol eandem claritatem, & calorem habet in se prima, & tertia, & sexta hora, tamen quod effectus in meridie magis vrit, quàm summo mane. Ita Christus licet à primo instanti suæ conceptionis plenus esset sapientia tamen quoad nos quotidie crescebat, & lucebat magis. 1574. Greg. Naz. orat. 20. in laud. Bas.

Solū exempli ad probandū quod Christus viuit.

4. RESPONSIO Græci in Catena Sancti Thomæ citati, qui ait, *Gratia crescebat Christus, ea scilicet, qua cum gaudio promouemur credentes in fine obtinere, quæ ab ipso promissa sunt, & hoc dicitur apud Deum, ex eo quod assumpta carne paternum opus peregit; apud homines vero per conuersationem eorum à cultu idolorum ad summæ Trinitatis notitiam.* Quasi dicat, per sapientiam non significatur ipse habitus sapientiæ residens in intellectu, sed ipsum operum, & verborum exercitium, quæ à Christi sapientia proueniebant, in quibus crescebat in dies. 1575. Græc. in Catena.

Habitus gratia in intellectu residet.

Si vero dicas, quod de Christo dicitur: *Creuisse in gratia sicut in ætate, sed in ætate non solum ostendebat augmentum, sed illud verè comparabat, ergo & in gratia?* Respondeo cum Sancto Thoma 3. part. quæst. 7. art. 12. *Christum Dominum non solum crescere ostendendo gratiam suam, & sapientiam, sed etiam progredi in effectibus excellentiora ipsius gratiæ opera exterius faciendo.* 1576.

Auctoris sententia. S. Thom. 3. part. q. 7. art. 12. *Gratia quomodo dicitur crescere.*

TRACTATVS

TRACTATVS XLII.

AD MORES,

In Caput II. Lucæ,

De Puero IESV inuento, & responsis eius.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare Virgo Maria inuento puero filio suo non vocauit illum Deum?

1577. QVÆRETVR, quare Virgo Maria nou dixit, *Fils Dei quid fecisti nobis?*

Lyran. cit. in lit.

1. RESPONSIO est nostri Lyrani; *Quia amor excellens imperium ignorat* Quasi dicat, quia amor amore soluitur, vt Hispani communiter loquuntur, *Amor con amor sepaga.* Vnde Beata Virgo amutem Verbi æterni circa homines considerans, solo intensissimo amore soluere potoit dicendo, fili viscerum meorom quid fecisti, &c.

Hispana locutio.

1578. Interrogat Oleaster, quare præcipiebat Deus in lege Numer. 29. num. 2. *Vt animalia innumera sacrificarent ei, homines in oderem quietis mea*, Vt Pagnious legit. Et respondet, *quia tanta erat dignatio Dei circa homines, vt se fumo adipum odorari, & quiescere videbatur, ne su homines propter peccata seuire cogeretur.* Sed ego Oleastrum interrogo, quare tam facilè nunc erat Deo irato occurrere, vt sat esset adipem iocendere, vt Deom quantumcumque iratum placaret; modo autem nisi in eoide dolor verus peccatorum existat, & amor inteosus diuious adsit, uou remittuntur peccata? Sed facilis est responsio, *Quia quo plus beneficia crescunt plus rationes satisfactionis; & gratitudinis augentur. Et quia in lego gratia sic Deus dilexit homines, vt filium suum vnigenitum daret.* Vnde de peccatrice Magdalena dixit Chrysologus, *totum debitum charitate compensat, quoniam dilexit multum.* Quasi antea quiescebat futur diuinus adipum odoribus, sed tam solo amuris ioeendióqoe cordis fraogitur, mitigatur, & quiescit.

Oleaster in c. 29. n. 2. Numer. Translat. Pagnin.

Auctoris dubitatio. Beneficiis multiplicatis crescit gratitudo.

Joann. 3. n. 16

Chrysolog. ser. de Peccatrice.

1579. 2. RESPONSIO est Græci citati in littera: *Quantum cum lamentis inquisitionem dolosam Beata Maria passa est, expressit, dicens, Fils.* Quasi dicat, vno verbo expressit affectum doloris, & amurem, qoo cor eius frangebatur, mixtumque dolore, & lachrymis gaudium, non plus loqui potuit, sed dixit fili.

Græc. cit.

Iuterrogat Oleaster, quare Numer. 29. n. 23. *In solemnitatibus magnis præcipiebat Deus, quod offerretur Hircus caprarum vnus pro peccato. Nonne Domine nosti inter gaudia tristem fore peccatorum memoriam.* Responder: *Nullum gaudium, nulla solemnitas est ô homo in qua non gratus sit Deo dolor peccatorum.* Quasi dicat, nou putes te Deo ingratam facere rem si inter epulas lachrymas fundas; si antequam comedas, suspires. Si lugeas in præcipuis Domini festiuitatibus: vbique decent, vbique niteot, vbique acceptæ sunt Deo lachrymæ. Fleuit peccatrix illa, & inter epulas, lachrymas sudit. Sed nuuquid hac de causa eiecta, aut repulsa est? Absit. Sed recepta est, sed maximè commendata, quòd pro pedum lotione lachrymas in copia fuderit. Ideò Beata Virgo Maria inuento Puero filio amantissimo, vt ei placeret, lachrymas cum gaudio fudit dicens; fili qoid fecisti nobis sic? 1580.

Oleaster. in Numer. 29. n. 23.

Lachryma inter epulas Deo grata.

Iob. 3. n. 24.

Luc. 7. n. 37.

3. RESPONSIO Sancti Bonauenturæ in littera citati, qui ait: *Fiducialiter Beata Virgo tanquam vera Mater interrogat: quia sciebat quod filius honorare debebat matrem suam.* Quasi dicat, non poterat displicere Deo, quod Mater quæreret filium, & quod filius honoraret Matrem; quia legis terminos hucusque pertingunt, com non impediant parentes vota, & perfecta desideria, quæ filij, & filiæ habent. 1581.

S. Bonau. citat.

Religiosi Parentes dissidentis famante filiorum.

Interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. 30. num. 6. *Si irritando, vel contradicendo* (vt Hieronymus legit,) *irritauerit Pater vota, portabit iniquitatem?* Sic legit Pagninus? Et respondet: *Amittit homo ex sua negligentia ius suum in multis rebus, simili modo dat pœnas, qui sibi vsurpat, quæ sunt alterius iuris, præsertim Dei.* Quasi dicat, aduertant Parentes, & coniugati viri, ne falcem mittant in alienam messem neque vota, & iuramenta dissoluant, quæ non sunt in sua potestate, sed ius suum Domino inuiolatum relinquant. Vnde Beata Virgo, cum sciret legem præcipere Matrem honorare, fiducialiter accessit ad filiom suum, & amorosè dixit, quid fecisti nobis sic? 1582.

Oleaster in Numer. 30. n. 6.

Translat. Hieron.

Translat. Pagnin.

Parentes à Deo puniuntur, cum filios religionem intrare nolunt.

4. RESPONSIO Caietani in littera citati, qui ait: *Querulam nescientia propria vocem depromit.* Quasi dicat, formidolosè Virgo Maria, quod nesciret, vbi esset filius suus in vocem commiserationis erumpit dicens, fili quid fecisti nobis sic? 1583.

Caietan. cit. in litt.

Interrogat Oleaster, quare Deuter. 20. n. 8. 1584.

Oleaster. in Deut. 20. n. 8.

Præcipiebat

Numer. 32. n. 9.
Insidiatores Reipublicæ sunt qui mala nuntiant.

Præcipiebat Deus formidolosos à bello eiici? Et respondet, *quia nocent valdè gerendis bellis viri formidolosi, quibus non fas est timere; sed alios fortes reddere formidolosos.* Vnde Numer. 32. num. 9. dicitur: *Quid remouetis cor filiorum Israel.* Quasi dicat, timorati, & qui nuntiant in Republica, vel Regia Curia casus lamentabiles contra Monarchiam remouent corda multorum, & formidolosos faciunt adhuc fortes, & hi puniendi sunt tanquam insidiatores inimicorum. Vnde Iudæi tanquam polytici mali voluerunt occidere Sanctum Hieremiam, quod ciuitatem tradendam Chaldæis vaticinaretur, & formidinem incutreret militibus tuentibus Vrbem. Non sic Beata Virgo vocem formidolosam depromit in damnum alicuius, sed cum miseratione quærit à filio suo, quare eam desolatam reliquisset, dicens, Fili quid fecisti nobis sic; nam dolentes quærebamus te?

Ieremiã propter metum quem militibus incutiebat occidere Iudæi volebant.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quare Virgo Maria dixit Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te?

QVæritur, quomodo & quare Virgo Maria vocat Iosephum sponsum suum Patrem Iesu Christi?

1585. Origen. cit. in litt.
Suspiciones de proximis mala ferè naturales sunt.

1. Responsio Origenis in littera citati: *Vocat sponsum Patrem Iesu Christi propter suspicionem Iudæorum æstimantium vulgo fore conceptum.* Quasi dicat, naturaliter sunt omnes homines proni ad suspicandum; *Nam Iudas nurum suam Thamar, quæ honestate adhuc viduitatem colebat, suspicatus est esse meretricem* Genes. 38. num. 13. *Assuerus familiarem suum Amanum in preces coram Regina procumbentem suspicatus est ad Reginæ thorum maculandum procubuisse*, Esther. 7. num. 8. *Ioseph fratres suos in Ægypto duriter tractauit*, Genes. 42. n. 20. quia vt Theodoretus ait, *Suspicatus est, quod contra Beniamin malum molirentur, sicut & secum fecerunt, & Tobias suspicatus est, quod necessitate compulsi, hædus furtiuus esset; & ideo ait, cauete, ne forte furtiuus sit.* Tob. 2. num. 21. *Et Dauid dicebat, Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda.* Quasi dicat, placent Deo iudicia simplicia, & sine fraudulenta suspicione. Vnde Chrysostomus homil. de Susana ait: *Maleuola sunt suspiciones calumniantium.* Et addit, *qui beneuolè suspicatur vinci cupit. Tunc enim bene lætatur, quando falsum inuentum, quod malè suspicabatur.* Ideò Beata Maria desiderans, quòd Iudæi non haberent malam suspicionem de Iosepho & de illa vocat illum Patrem, cum tamen filius Mariæ, æterni Patris esset filius.

Genes. 38. n. 13.
Esther. 7. n. 8.
Genes. 42. n. 20.
Tob. 2. n. 21.
Ps. 118. n. 39.
Chrysost. homil. de Susanna.
Omnis occasio à malignis obtrudenda.

1586. Glossa ord. in litt. cit.

2. Responsio Glossæ in littera citati, quæ ait; *Ne quod Herodes patrasse quæsierat in infantia; amici eius in adolescentia perfecissent, & Puerum occidissent.* Quasi dicat, valde dolendi sunt, & timendi homines, qui vindictam, & iram in corde occultatam seruant, & inuenta occasione mucronem vsque ad viscera transfigunt.

1587. Oleast. in Numer. 32. n. 24.
Inuidia, & vindicta reseruata graue peccatum.
3. Reg. 2. n. 5.

Interrogat Oleaster, quod est illud magnum peccatum de quo Numer. 32. dicitur: *Scitote, quoniam peccatum vestrum inueniet vos:* Et respondet, *peccatum vindicta reseruata erat, & sciant huiusmodi impij, quod peccati pœna eos è vestigio sequitur, & licet quandoque non statim inueniat eos, tandem tenebit*, vt 3. Reg. 2. n. 5. *Patet in Ioab, de quo vindictam Rex Sanctus Dauid iussus est in die sua mortis sumere;* quia vir sanguinum Ioab erat, & vindictam, & inuidiam Amasæ multo tempore in corde reseruauerat, & hos peccatores timebant Virgo Maria, & Ioseph; & ideò dolentes insinuat Euangelista, quod quærebant puerum Iesum?

1588. Origen. in litt. cit.

3. Responsio Origenis in littera citati, *Cur dolentes eum quærebant, an ex eo quod puer perierat, vel errauerit? Absit. Id est, fortiter retinebant in corde quem anxie desiderabant, quia multum diligebant.*

1589. Chrysost. hom. in Iob.

Interrogat D. Chrysostomus hom. de B. Iob. *Si propter fortitudinem laborum quos patiebatur, potuit verè vocari Martyr?* Et respondet, *quis est Martyr, cui non possit hic æquari? imò martyres innumeros hic vnus æquat.* Quasi dicat, tolerantia laborum immensam fortitudinem præstat, & fortitudo in fide martyres facit, quia quem non videt diligit, cum fides ex non visis sit; patientia autem impossibiles facit (teste D. Zenone.) Vnde Tertullian. lib. de patientia, cap. 11. *O seruum illum beatum cuius emendationi Dominus instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit.* Quasi dicat, fauores ineffabiles Dei sunt iustis patientibus, cum permittit eos pati, & consolatione carere, vt Dominum suum cum feruore quærant, quem vident iratum, & citò inueniunt placatum, vt Beatæ Mariæ contigit, quæ dolens quærebat filium suum, sed non dubitabat, quod credebat, sed anxie quærebat, quia multum diligebat.

Fortitudo in aduersis demonstratur.
Tertul. lib. de Pat. c. 11.
Fortitudo Mariæ christi solatur.

1590. Augustinus in litt. cit.

4. Responsio Augustini in littera citati, qui ait: *Erat enim Virgo Maria humillima; nec meritò, neque in ordine nominis præferebat, dicendo, ego & pater tuus, sed pater tuus, & ego.* Quasi dicat; discant omnes fideles Christiani, & maximè Religiosi; cessare à Lucifera ambitione, & inuidia propter solam Præfecturam, & meliorem locum habere, & primos, & Prælatos esse.

Religiosi ambiunt ordinem, vt dicat ego, & fratres.

1591. Oleaster in c. 12. Num. n. 1.

Interrogat Oleaster, quare loquuta est Maria, & Aaron contra Moysem Numer. cap. 12. num. 1. Et respondet; *Quia fera pessima ambitio est, & ardet inuidia, & oblita omnium beneficiorum, non solum detractionem, sed sæpius in apertam iniuriam prorumpit; nec fratribus, aut sororibus parcit: quemadmodum legimus de fratribus Ioseph, qui propter inuidiam mercatoribus vendiderunt. Et Aaron non aduertit se fratris gratia ad tantam dignitatem euectum; neque Maria, quæ propter illum consequuta est spiritum prophetiæ.* Quasi dicat, periculosa res est Præfectura, quæ non solum extraneos, sed etiam fratres in se prouocare videtur; quia nouimus, quod fratres obliti fraternitatis, amicitia in fratrem aliqua dignitate fulgentem

Gen. 37. n. 28.
Præfectura periculosissima sunt.

cum

cum hostibus coniunguntur; quia ambitio inuidiosos non admittit consortes,) sed semper
Humilitas Virginis singularis. incipit dicens: *Ego & fratres, aut Pater*; non vero humillima Virgo Maria sic, sed è contra incipit, dicens: *Pater tuus, & ego, &c.*

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quare respondit Christus, quid est, quod me quærebatis, &c.

QVæretur, quare Christus respondet, quid est, quod me quærebatis?

1592. *Græc. cit. in litt.* 1. RESPONSIO Græci in littera citati: *Increpat quodammodo dictum eius de eo, quod putabatur pater eius Ioseph.* Quasi dicat, per ænigma, &, occultè increpauit vocem, quam Mater eius erumpit dicens; *Ecce pater tuus*; quia non fuit detractio, sed veritatis admonitio, & ne scandalizarentur Iudæi, tacitè, & mysteriosè dixit, quid est, quod me quærebatis, nesciebatis, quod in his, quæ Patris mei sunt oportet me esse.

1593. *Oleaster in Numer. 14. n. 1. Translat. Pagnin.* Interrogat Oleaster, *Quare tam grauiter offensus est Deus ex clamoribus, quos dederunt filiis Israel cum exauditis difficultatibus terræ promissionis*, Numer. 14. num. 1. *dederunt vocem suam, & fleuerunt?* Et respondet, *Quia non curant detractores, neque aduertunt, quæ mala detractionem sequantur, quæ si aduertissent, non tam facilè detraherent; ex detractione enim exploratorum, qua terræ detraxerunt fletus iste* *Detractores innumera mala committunt.* *diffidentia, & murmura sequuta sunt.* Quasi dicat, ex publicis murmurationibus resultant multorum scandala, & subsequuntur aliorum passiones, & sic honorem proximorum detrahunt, ex quo ad restitutionem omnes obligati remanent; quia propter detractiones neque accrescit murmuratus, neque aduertit detractor quanta mala resultent; ideo tam ineffabilis error, qualis est vocare Patrem filij Dei Iosephum sub metaphora, & ænigmaticè Christus reprehendit dicens: *Nesciebatis quod in his, quæ Patris mei sunt, &c.*

1594. *Carthusi. in litt. cit.* 2. RESPONSIO Carthusiani in littera citati, qui ait, *Insinuat qualiter quærendus sit, & inueniendus in templo, scilicet, vbi orando cum Patre æterno, negotiatur.*

1595. *Oleaster in Numer. 14. n. 20.* Interrogat Oleaster, *Quare Moyses totum Dei furorem, & vindictam contra populum, tam facilè superauit, & flagella Dei in misericordiam conuertit, dicens, peperci secundum Verbum tuum*, Numer. 14. num. 20. Et respondet, *Quia Moyses in tabernaculo prolixe orabat dicendo, parce Domine, parce populo huic, quemadmodum loquutus es*, ibi num. 19. Quasi dicat: *Ibi n. 19. Oratio in templo Deũ obligat.* *Orauit Moyses, & nititur Deum propriis verbis obligare. Si te ô bone Deus iactas, quod sis tardus ad iram, & multus in misericordia. Cur his non vteris parcendo populo huic. Si medicum te dicis, sana; si misericordem miserere.* *Propriis verbis Deũ orare debemus.* Quibus nos docet Deum ex suis promissionibus vrgere, & si in templo permittit exaudire preces nostras vrgeamus illum orando prolixe in templo, & dicendo: *Tu Domine promisisti inueniri in templo, & omnes ibi negotiari Exaudi ergo nos, & orantes in templo, mercamur inuenire, & videre te.*

3. RESPONSIO est Sancti Bonauenturæ in littera citati: *Vt doceat nos, quòd malimus magis corripi, quam laudari.* Quasi dicat, quos Deus diligit, semper corrigit, vt emendentur, & orent, & ipse parcat illis. 1596. *Bonauent. in litt. cit.*

Interrogat Oleaster, *Quare cum populus ingratus lapidare voluit exploratores missos à Deo*, dixit Dominus ad Moysem, *Vsquequo irritabunt me populus iste.* Sic legit Pagnin. Numer. 14. num. 11. Et respondens Oleaster: Interrogat iterum, *Cur Domine non sæuit in eos, & percutis, nisi prius apud seruum tuum querelas deponas? Et ad vtrumque respondet ô immensa, & ineffabilis pietas, vt furenti, & excitato, seruus precibus occurreret, apud eum iram postponit.* Quasi dicat, corripere, & emendare, non punire, & consummare populum Deus desiderat; & ideo Moysi querelas, dat vt ipse oret pro eis, & ipse corrigat, & pareat. 1597. *Oleaster. Numer. 14. n. 11. Translat. Paguin. Correctio melior quam laudatio.*

4. RESPONSIO sit Cyrilli in littera citati, qui ait: *Hoc dicit, vt ostenderet Christus se mensuram humanam excedere.* Quasi dicat, non curat vindictam opprobriorum puer Iesus neque de sua diuinitate exaltari, & honorem adquirere, sed populum instruere, & veritatem de sua æterna filiatione docere. 1598. *Cyrillus in litt. cit.*

Interrogat Oleaster, quare cùm Deus vindictam de populo ingrato sumere volebat, dicens, *Percutiam eum peste, & te faciam in gentem magnam, vt eum placaret dixit*, Numer. 14. num. 12. *Audient Ægyptij, & quid dicent?* Et respondet; *Quia Vir Sanctus Moyses non curat oblatum honorem, sed periculum, & malum quod Domino eminebat. Sic Puer Iesus non mensuram humanam excedere per diuinitatem, ostendit, vt exaltetur, sed periculum audientium euitare conatur?* Et addit Oleaster: *Nititur Moyses Domino ostendere in se potius sæuiturum, si populum destruat. & sibi maius malum, quam populo facere. Ac si diceat: expende quæso Domine quid in hac facias, aut potius patiaris punitione. Isti impij, vitam, qua indigni sunt, amittent; Tu verò honorem immaculatus, & Sanctus. Considera ergo, quid pluris faciendum sit honore ne aut vita istorum, ideo dicitur, audient Ægyptij, & quid dicent?* Ideò Puer Iesus, non vt opprobrium de filio Ioseph vindicet, mensuram exaltat, sed vt populum instruat in veritate fidei. 1599. *Oleaster in Numer. 14. n. 12. Translat. Pagnin. Honor Dei miserando crescit puniendo minuitur.*

5. RESPONSIO est Græci in littera citati, qui ait: *Increpat Iesus Mariam quærentem, & volentem, eum inuenire inter cognatos.* Quasi dicat, grande malum est operam litteris dare tota vita sanguineis, & cordis sudoribus propter ostentationem honoris, & vanam gloriam consanguineorum: quia Christus in medio Doctorum inuenitur à parentibus, sed non propter illos fecit ostentationem diuinitatis, sed propter gloriam Dei. 1600. *Græc. cit. in litt. Consanguineos Ecclesiastici debent fugere.*

Iterum interrogat Oleaster, quare iratus Dominus in populum ingratum dixit Moysi Numer. 14. num. 12. *Faciam in gentem magnam?* Et respondet tentauit Deus Moysem dicens, *Faciam te in gentem magnam; quia non debet Prælatus cupere, vt sibi bene sit, & plebs* 1601. *Oleaster in Numer. 14. n. 12.*

eius patiatur mala, etiam si Dominus bona offe-rat. Quasi dicat, pulchrè docet Prælatos, non debere Prælaturam, etiam in meliorem mutare. *Miseranda enim res est in Christianismo non videre Episcopum, aut Prelatum, qui propter consanguineos exaltandos aliam Prælaturam maiorem aut pinguiorem non desideret, & ad eam inhiare videatur. Qua in re manifestè ostendunt,* (inquit Oleaster,) *se non oues, sed lac, & lanam in Prælatura concupiscere, si enim plebem suam sicut Sanctus Moyses amarent, non solum si Princip es, sed etiam si Dominus ipse maiorem, & pinguiorem afferret, dignitatem refutarent, vt nullatenus consanguineos exaltarent. Sed propter pauperes, gloriam Dei solum anxiè quærerent, ne à Iesu reprehenderentur, vt hodie parentes suos fecit, quia quærebant eum inter cognatos, & notos.*

Prælati imitentur propter meliores Prælaturas.

Oleaster. citat.

Pauperibus subuenire gloriaque est Dei.

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Ad quid Christus descendit cum parentibus, & erat subditus illis?

QVæritur, ad quid Euangelista dixit, quod descendit Christus cum Parentibus, & quod erat subditus illis?

1602. 1. RESPONSIO sit Græci in littera citati, *Vt omne tempus, quod à duodecimo anno vsque ad triginta sciremus quod Christus semper fuit cum Iosepho, & Maria Matre sua, & subditus illis, adiuuanda nempe illos in laboribus manuum suarum, vt possint vitam pauperem gerere*, teste Bonauentura. Quasi dicat, confundantur curiosi idiotæ quærentes cum hæreticis Valentinis, & Hebion, puerum Iesum per istos annos intermedios in desertum expectantes diuinitatem quam in figura columbæ dedit illi Deus in Iordane, & confundantur igitur vana loquentes circa hoc, quia tanquam ingrati obliti beneficiorum quæ Christus præstat, illis subditus parentibus, vt obedientiam, & humilitatem doceat in varia deliria proruperunt.

Græc. cit. in litt.

Bonauent. sup. cit.

Error Valent. & Hebion.

Curiosi nimis fatentur hæresim.

1603. Interrogat Oleaster, *Quare populus Israel beneficiis repletus in deserto cœpit dicere, vtinam mortui essemus in terra Ægypti*, Numer. 14. num. 3. Et respondet, *Quia extrema ingratitudinis est beneficium maleficium reputare, minus enim malum isti reputabant in Ægypto mori, quam in solitudine cum Domino morari.* Quasi dicat, ingratorum morem esse inconuenientia potius quàm vtilitates in beneficiis explorare, quemadmodum grati vtilitates, vt munus adornet; dicit enim Euangelista, quod descendit Iesus cum parentibus, & quod erat subditus illis, vt gratus animus ornet cor suum virtutibus obedientiæ, & humilitatis, & ingratus quærit, quomodo Christus tot annis incognitus fuit inter homines, & quod fugit in desertum, vel in cœlum, & alia similia deliria, vt non gratificet Deum, & laboret humiliatus vsque ad prædefinitum tempus à Patre.

Oleaster in Numer. 14. n. 3.

Humilitas docetur.

2. RESPONSIO Basilij in littera citati, qui ait; *Ab ipsa primaua ætate parentibus obediens laborem corporis patienter, & humiliter sustinuit.* Quasi dicat, non mireris, si tanta patientia Christus repletus sit, neque ad mortem Crucis, & post mortem, & in æternum patienter agat, & ferat hominum miserias, & peccata; quia à prima ætate nutritus est in nimia patientia & tolerantia. *Et si dicas postquam semel, atque iterum illatam iniuriam patienter tolerabimus, solent homines dicere, non plus sufferam, neque parcam plus, neque patientiam iam amplius habebo:* Quomodo ergo Christus peccatoribus parcit, & sustinet tantum; quia ab infantia patienter sustinuit? Respondet Oleaster, interrogando, *Quare Moyses; vt ad veniam populo ingrato Deum obligaret*, dixit illi Numer. 14. num. 17. *Magnificetur Domine fortitudo tua, quemadmodum portasti ab Ægypto vsque huc.* Non dixit Moyses, *Vindica Domine iniuriam, quoniam iamdiu tulisti eos, impudentes sunt, & venia indigni.* Non sic ait, *sed potius feras, quoniam tamdiu tulisti; parce quoniam sæpius pepercisti.* Quasi dicat; solet enim habitus, seu consuetudo vt Philosophi dicunt inclinare homines ad actus similes, sic Deus noster, quoniam ab initio patientiam habet, & condonat hominibus peccata, inclinatio seu consuetudo quasi vrget eum, vt de nouo id faciat; ideo ab infantia, & pueritia in laboribus fuit, vt in cruce positus quasi pro mercede laniorum laborum, & talis patientiæ ab æterno Patre non vindictam, sed condonationem inimicorum peteret, dicens, *Ignosce illis*, Lucæ 23. n. 34. *Quia consuetudo, & habitus sufferendi non laborem, sed delectationem causare certum est*, iuxta Zenonis dictum; *patientia impossibiles facit, &c.*

1604.

Basil. cit. in lit.

Patientia per actus habitu facit.

Oleaster in c. 14. Numer. n. 17.

Patientia & ingratis tolerantia admirabilis.

Habitus seu consuetudo altera natura.

Philosophorum axioma.

Luc. 23. n. 34.

Patientia impossibiles facit.

S. Zen. cit.

1605. 3. RESPONSIO sit Sancti Antonij de Padua in littera citati, qui ait, *Superbia, quæ super altitudinem cæli moliris ascendere, descende; quia Iesus descendit cum Parentibus, & erat subditus illis.* Quasi dicat: labora ô homo, vt cogitationes prauæ ambitionis quasi ollas superbas maris frangas; quia inquietum, & infernale bellum intra te patietis, si non humiliaueris te, & semper super capita omnium ascendere præsumis, & de nullo benè cogitabis, neque præsumes nisi de te ipso, ita vt neque Deus ipse tibi placebit.

S. Antoni. de Padua cit. in litt.

Superbus inquietus semper.

1606. Interrogat Oleaster, *Quare ingrati Israelitæ ambitiosè agitati dixerunt ponamus caput, & reuertamur in Ægyptum* Numer. 14. n. 4. Et respondet, *Quia consuetum malum est subditos superbos velle nouum Prælatum habere, volentes dominum super se non habere, & illis nullus placet, neque Deus, si illi præsumentes de se non eligantur in Prælaturam.* Quasi dicat: Considera qualiter superbus in malum proficiat, vt tandem Deo subiicere nequeat, & malit super se impium habere hominem, (id est, seipsum) quam Deum, vt patet 1. Reg. c. 12. n. 5. *Cum Iudei, Regem quæsierunt, & Deum abiecerunt.* & in Euang. Matth. 27. num. 22 *Cæsarem & Barrabam potius quam Christum habere petierunt.* Quibus superbis benè Sanctus Antonius dicit, quod descendant à præsumptione sua; quia Christus descendit, & erat subditus.

Oleaster in Numer. 14. n. 4.

Superbus se solum Prælatum quærit.

1. Reg. 12. n. 4.

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS XI. ad mores.

Quomodo Virgo Maria omnia mysteria quæ videbat tacens conseruabat in corde suo conferens?

QVæretur, quomodo Virgo Maria conseruabat omnia hæc in corde suo?

1607. Beda in litt.cit. 1. RESPONSIO est Bedæ in littera citati, qui ait: *Quia Virgo Maria omnia quæ videbat, & audiebat diligentius scrutanda in corde seruabat, (vt doceret nos, quod remedium vllum contra peccatum maius non est, quam recogitare in corde mala, quæ in corde patrata sunt dolere de eis.*

1608. Oleaster. Numer.21. n.8. Interrogat Oleaster, quare Numer. 21. n.8. *Præcepit Deus vt serpens, qui antea mordens occidebat conspectu suo viuificaret?* Et respondet, *vt doceret nos, quod post perpetratam culpam ad eam detestandam multum valet intus recogitare eius grauitatem.* Quasi dicat: *Quantumcumque enim à serpentibus peccatorum sis morsus si postmodum ea quadam animi pœnitudine consideres facillime sanaberis, quia scriptum est,* Isai 38. num. 15. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Vnde Diuus Cæsarius Arelatensis cap. 4. n. 3. ait: *Medela nobis contra morsum serpentis viso serpente confertur, quando peccatum ipsius peccati cognitione curat, & crimen criminis confessione aboletur.* Vnde excellens Virgo dicens peccatores, medicinam peccatorum ruminabat, & cogitabat mysteria, vt & illi peccata patrata dolerent, si cogitarent, & ruminarent.

Recognitio Peccatorum in amaritudine medicina salutifera. Cæsar. Arelatens. c.4. n.3.

1609. Græc. in litt.cit. 2. RESPONSIO est Græci citati in littera, qui ait, *Considera Matris prudentiam, quæ nihil ex dictis aut factis filio petebat, sed sicut in vtero gestans omnia considerabat.* Quasi dicat: assueta enim erat Virgo sacratissima alia fidei mysteria conseruare, & sic dum proficiebat puer ætate, crescebat eius conseruatio, silentium, & contemplatio mysteriorum fidei. E contra verò peccator, si in peccatis assuescit, ita crescere videtur quod neque vna saltem cogitatio est, quæ turpis, & vana non sit.

Maria assueta seruare, & tacere diuina mysteria.

1610. Oleaster. Numer 21. n.5. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare ingrati Israëlitæ dum à Deo ducerentur per desertum, dixerunt Moysi*, Numer. 21. num. 5. *Vt quid nos ascendere fecisti ex Ægypto, vt moreremur in deserto?* Et respondet, *Quia extremum malum est malis assuescere: nam qui in seruitute nati, & nutriti sunt pro libertate seruitutem amplectuntur: & qui in tenebris pro luce eas facilè computant.* Quasi dicat, teste Bernardo, ab Oleastro citato: *Quemadmodum puero in carcere nato, qui quoniam lucem ignorat, in tenebris sedet, & in tenebris ludit, & in tenebris gaudet, sed mater, quæ lucem & libertatem aliquando nouit, plorat, dolet, & tristatur; sic & nobis, quoniam nihil aut parum de spiritualibus, & æternis cognouimus, hæc transitoria, & sensibilia pro veris bonis amplectimur, & exilium nostrum patriam arbitramur;* Quemadmodum Iudæi qui in captiuitate Ægypria nutriti pro nihilo reputabant suam libertatem. At Beatissima Virgo, quæ nutrita erat secreta, & mysteria, fidei audire, & videre, & tacere, quotidie crescebat, & tacebat conferens in corde suo ineffabilia Sacramenta.

Bernard. cit. ibi ab Oleastro. *Puer nutritus in carcere in tenebris ludit.*

3. RESPONSIO Dionysij Carthusiani in litttera citati qui ait, *Verba & facta, quæ contra filium suum dicebant tanquam fidelissima discipula filij sui retinebat.* Quasi diceret, murmurabant multi Doctorum, quod filius fabri tam alta responsa, & scientiam altissimam doceret. Sed quod ipsi in abscondito murmurabant, Beata Virgo in corde suo præmeditabatur conferens quod sapientia diuina quomodo talia doceret. 1611. Carthus. in litt.cit. *Beata Virgo sciebat mysteria fidei.*

Interrogat Oleaster, Numer. 21. num. 6. *Quare murmurantibus, super manna leuissimo cibo de cœlo misso, misit Dominus in populus ignitos serpentes?* Et respondet *optimè pœna perpetratæ culpæ correspondet: mordet detractor veluti serpens in abscondito eum cui detrahit, & quasi ignis deuorat famam eius; ideò Dominus in eum immittit ignitos serpentes, qui & carnem mordeant, & præcordia incendant;* Ideò obseruabat mysteria Beata Virgo in corde suo, vt magis inuidi vrerentur, & murmure torquerentur. 1612. Oleaster in Numer.21. n.6. Translat. Pagnin. *Serpentibus detractores similes.*

DIFFICVLTAS XII. ad mores.

Quomodo intelligatur, quod Iesus proficiebat ætate, & sapientia?

QVæretur, quomodo Euangelista asseuerauerit quod Iesus crescebat scientia, & gratia?

1. RESPONSIO Cyrilli in littera citati, *Non dixit quod crescebat Verbum, sed Iesus, ne simplex Verbum proficere intelligeret, sed Verbum caro factum.* Quasi dicat, quod intus in Christo vniebatur cum humanitate non crescebat; quia eius diuinitas immensa erat; quod autem foras aspiciebatur crescebat quantum ad gratias, quas impartiebatur, & scientias quas omnes docebat. 1613. Cyrillus in litt.cit. *Christus quando crescebat.*

Interrogat Oleaster, quare præcepit Deus Moysi Numer. 21. num. 6. *Fac tibi serpentem ignitum, & pone super pertic am, omnis qui morsus fuerit, videbit eum, & viuet.* Sic legit Pagninus. Et respondet, *Quia quod in serpente externum erat æs erat, sed quod intus ignis erat comburens. Sic & in Christo extra corpus erat, quod crescebat similitudinem serpentis habens, quoniam in similitudinem carnis peccati venit; intus vero erat ignis deitatis omnia peccata nostra consumens & deuorans.* Quasi dicat, serpens qui occiderat non sanabat, sed eius similitudo; quoniam non peccatrix caro, sed eius similitudo nos à peccatis absoluit. Quemadmodum serpens, qui momorderat non suspendebatur, sed eius imago. Ita neque Diabolus suspéditur pro peccatis nostris sed Christus, cuius caro peccatricis carnis gerebat similitudinem secundum quam crescebat, & scientiam augebat non secundum diuinitatem. 1614. Oleaster in Numer.21. n.6. Translat. Pagnin. Ad Rom.8. n.3. *Caro Christi similis serpenti in deserto fixa.*

1615. Theod. cit. in lit. *Quare Christus dicitur crescere.*

2. Responsio Theodoreti in littera citati: *Sicut fatemur quod caro Verbi erat, quæ patiebatur, quamuis Verbum impossibile sit pati. Ita dicimus quod caro Verbi, & scientia crescebat.* Quasi dicat, Verbum diuinum obtutibus nostris repræsentatur, quasi crescens, & docens, & gratiam suam augendo vt per omnia opera humanitatis Christi, quasi Deo vero, & Redemptori nostro gratias incessanter demus, & non fugiamus beneficia à Deo collata gratificare, & benedicere lætanter.

1616. Oleaster in Numer. 21. n. 17. Translat. Pagnin. *Ingratus fugit videre à quo beneficium recepit.*

Interrogat Oleaster, *Quare accepto beneficio, & indulgentia peccati ingratitudinis populus*: dicitur Numer. 21. num. 17. *Tunc cecinit Israel carmen hoc?* Et respondet, *Vt sciamus, quod quotiescumque memoriæ nostræ occurrerint beneficia Dei nobis exhibita, toties in eius laudem cum lætitia prorumpamus.* Quasi dicat; hinc apparet malitia nostra, si enim ab aliquo læsi sumus, quotiescumque ille nobis occurrerit, in mala prorumpimus verba, & vindicare, si possumus, volumus illatum malum: sed si benefactor obuius sit, non solum laudibus temperamus, sed nos abscondimus, ne illum videamus, aut honoremus. *Ruo quis est valde festinans crescere conatur.* Ideo Verbum æternum in actionibus humanitatis suæ dicitur crescere, aut augeri, vt nobis diuinum suum esse ante oculos proponatur, & gratias pro tantis beneficiis, quæ quotidie crescunt incessanter Deo demus.

1617. Naz. in litt. cit.

3. Responsio Nazianzeni citati in littera: *Dicitur Christus crescere, ex eo quod paulatim manifestabatur.* Quasi dicat: Discant aulici, & priuati Regum, qui non paulatim crescere prætendunt, sed subito super capita Principum ascendere conantur, qui ex prosapia ignota, & vilibus principiis progrediuntur, & timeant festinanter crescere; quia ferè omnes priuati Regum, celeriter pereunt; & nullus est qui recogitet, & consideret, & in alieno capite emendetur.

1618. Oleaster in Numer. 21. n. 2.

Interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. 21. num. 2. *Vidit Balach omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, & timuit valde?* Et respondet: *O Bone Deus, quis daret, vt impij Aulici mala, quæ Dominus aliis superbis priuatis infligit, attentè considerarent, & in capite alieno disciplinam acciperent, ac vera remedia sibi acquirerent, quomodo paulatim crescerent, ne subito perirent.* *Aulici ad priuatos infelices non ascendunt.* Quasi dicat, audite aulici superbi, qui subitas ascensiones apud Reges conamini. *Audite quid dicat Ierem. 3. & vidit (ait Dominus,) quod secundum omnes causas, quibus fornicata est, & rebellis Israel dimisit eam, & dedit libellum repudij, & non timuit præuaricatrix Iudæa soror eius, sed abiit, & fornicata est, etiam ipsa*, Sic Pagninus. Ier. cp. 3. n. 8. Quasi dicat, in capite alieno noluit Iudæa discere, & disciplinam capere, sed consuluit mala sua, & emendari noluit; quia superstitiones, & execrationes Dæmonum consuluit, vt progrederetur in viis pessimis, ita vt cresceret festinanter, & noluit paulatim considerare, & crescere lentè, vt Christus docet, qui apud Deum, & homines crescebat paulatim.

1619. Græc. cit. in litt. *Gratia Dei quomodo crescit in hominibus.*

4. Responsio Græci citati in littera, *Gratia Christus crescebat, ea scilicet, qua cum gaudio promouemur, credentes in finem obtinere ea, quæ ab ipso promittuntur.* Quasi dicat, crescere dicitur gratia Dei, cum effectus gratiæ diuinæ in nostra voluntate quotidie augentur, & tunc augentur, cum totaliter in eius voluntate confirmamur, non quando, quod postulamus, & desideramus euenit, quia multoties, quod postulamus cócedit, vt puniat nos, & pereamus. *Concessio Dei irato flagella sunt.*

1620. Oleaster in Numer. 22. n. 20. Translat. Pagnin.

Interrogat Oleaster, *Quare postquam impius Balaam pecuniam acceperat, vt malediceret populo Dei. Quare cum oraret, & interrogaret à Deo, si cum inimicis Dei iuisset?* Responsum datum est illi Numer. 22. num. 20. *Surge, & vade cum illis.* Et respondet; *vt doceremur, nec Deum solicitare in his quæ semel negauerit nobis; quoniam, vt Augustinus dicit, aliquando negat propitius, quod concedit iratus.* Augustin. in Ol. al. cit. citat. Quasi dicat, cor suum Deo aductum habet, non debet fidere his, quæ sibi concesserit Deus, sed magis illa timere; quia crescere in propria voluntate acquisitis, decrescere in diuinis est; *Adhuc escæ eorum erant in ore eorum, & ira Dei descendit super eos*, Psal. 73. num. 30. Et addit Oleaster: Ps. 73. n. 30. *Nouerat enim Dominus Balaam impij fragilitatem, & inconstantiam, & ideò prohibebat illi iter; ipse verò sua inconstantia ignarus ire cupiebat, & propter importunitatem, orationis iratus concessit illi Deus, quod illi non conueniebat*: vt discant qui orationibus, & plegariis consequuntur dignitates huius sæculi non fidere in gratia à Deo irato concessa; quia crescere in huiuscemodi gratiis decrementum est; viri autem perfecti diuinæ voluntati adæquari dicuntur crescere; gratia, & scientia per Iesum tam apud Deum quam apud homines. *Orationes importunè vtentium voluntati diuinæ repugnantes sunt.*

TRACTATVS XLIII.
AD LITTERAM In Caput III. Matth.

De Christo à Ioanne Baptizato.

TEXTVS.

13. TVNC venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem vt baptizaretur ab eo. 14. Ioannes autem prohibebat eum dicens: ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me 15. Respondens autem Iesus dixit ei, sine modo; sic enim decet nos implere omnem iustitiam: tunc dimisit eum.

EXPLICATIO Litteræ.

1621. HIc ponitur testimonium Ioannis de Christo in ipsius præsentia, quoniam laudauit eum coram turba, sicut patet Ioann. cap. 1. *Iste est, de quo vobis dicebam, &c.* Dicitur autem tunc venit Iesus, quia Ioannes baptizabat populum, & prædicabat: nam inter cæteros de populo venit, vt patet Lucæ 3. Factum est cum baptizaretur omnis populus, Iesus quoque baptizatus est, & erat tunc Iesus annorum 29. completorum; incipiens 30. vt patet Lucæ 3.

Ioan.c.1.

Luc. c. 1. *Ætas Iesu cũ incepit prædicare 30. ann.*

1622. A Galilæa; quia ante hoc Iesus in Galilæa semper habitauerat, vbi semper mansit subditus parentibus in ciuitate Nazareth, vbi nutritus fuit, vt patet Lucæ 4. Et in ista vrbe mansit vsquequo venit ad Baptismum Ioannis. Dicitur autem, quod venit Iesus ad Ioannem vt baptizaretur: nam teste Abulense in Matth. cap. 3. *Ad hoc fuerat à Deo introductus Baptismus Ioannis, vt toti populo ostenderetur, & prædicaretur à Ioanne persona Christi.*

Luc.4.

Abulens. in c.3. Matth.

1623. Ioannes autem prohibebat eum dicens, *Ego à te debeo baptizari*: Difficilis apparet quæstio, quomodo dicuntur ista verba à Ioanne absque clara cognitione Christi, scilicet, quod cognouit Ioannes, quod erat filius Dei, & si cognouit, quomodo dicitur postea n.33. *Et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit, super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, ille est, qui baptizat in Spiritu Sancto, Neque placet responsio quod de facie Christi Ioannes inscius erat, non de diuinitatis vnione, quàm in vtero matris suæ cognoscens adorauit, exultans; quia si faciem non cognoscebat propter temporis absentiam, & asperam pœnitentiam Ioannis, quomodo dixit: Ego à te debeo baptizari. Neque satisfacit, quod inscius fuit Ioannes de excellentia Baptismi in Spiritu sancto, & igne; quia si personam diuinam cognouit Ioannes, hoc & plus debebat credere de illo.* Neque quod Abulensis insinuat, *Quod per duplicem reuelationem cognitus fuit Christus à Ioanne. Vna, quia tanquam Vir sanctissimus veniebat audire eum prædicare, & propter talem sanctitatem venerabatur eum, & inspiratus fuit, quod erat Vir sanctissimus; Baptismus autem peccatoribus dabatur.* Secunda reuelatio fuit post Baptismum Iesu, cum columba descendit super caput eius, *Et vox Patris intonuit.* Sed totum hoc non satisfacit; quia Matth. 3. vers. 29. dicitur; *Altera autem die vidit Ioannes Iesum venientem ad se. Et ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; Hic est, de quo dixi post me venit, qui ante me factus est*: Ergo ante Baptismum verè cognouit Ioannes Iesum, & personam, & faciem & excellentiam diuinitatis, siquidem erat agnus cognitus, qui peccata veniebat tollere totius orbis.

Matth. 3. n.33.

Lyra. sua in Glossa sequutus Aug.

Abul.q.76.in Matth.c.3.

Matth. 3. vers 29.

1624. Sed dicendum est, quod Ioannes non intendit hic petere Baptismum à Christo, cum dicit, ego à te debeo baptizari. Sed date causam recusationis suæ scilicet, quare recusabat Iesum baptizare, & hoc comparando personas suas adinuicem, scilicet, tu petis à me baptizari, & non est iustum; quia iustius est, quod ego baptizet à te. Quasi dicat, neque dignus sum te baptizare, sed à te baptizari, & hoc abstrahendo à cognitione diuinitatis, sed tantummodo stando in cognitione veritatis, & sanctitatis.

Auctoris mens. Abstractio cognitionis personæ Christi fuit confessio humilitatis.

1625. Sine modo adimplere omnem iustitiam, id est, iustitia perfecta est Deo obedire, & cum Christus, quod Pater æternus ei disposuerat, adimplebat, ex sua parte iustitiam Dei, & Ioannes obediendo legi ex sua parte adimplebat legem, & tunc omnis iustitia adimpletur cum Deo, & legi Dei obeditur. Deus autem mandauit Christo

Abul.q.70. In c.3.Matt.

Christo homini quod baptizaretur, & Ioanni quod omnes baptizaret, & sic omnis iustitia in obedientia adimplebatur, teste Abulense. *Et addit signum aliud, ad Iesum cognoscendum, super quem videris spiritum descendentem, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto.*

Ioann.c.1. *Ratio sanctos conuincit.*

1626. Tunc dimisit eum, id est, cum Christus dixisset ista videns Ioannes quod rectè dixerat, non recusauit eum baptizare, sed dimisit eum, scilicet, intrare in aquam, & baptizauit eum.

TRANSLATIONES quæ cum vulgata coincidunt.

Vulgata editio.	1.	Tunc accedit Iesus à Galilæa.
Translatio Pagnini.	2.	Tunc accedit Iesus à Galilæa baptizari.
Caietanus in Euang.	3.	Cum Ioannes prædicabat pœnitentiam venit Iesus à Galilæa.
Translatio Vatabli.	4.	Tunc aduenit Iesus à Galilæa.
Abulens. in prologo super c.3. Matth.	5.	Tunc quando Ioannes baptizabat populum, & prædicabat a Galilæa vbi superambulabat venit in Iordanem.
Tertullianus lib.6.de Baptismo	6.	Tunc Christus in aqua tingitur à Ioanne.
Interlinealis.	7.	Tunc venit Iesus qui diu latuerat vt manifestaretur.
Lyranus sua in Glossa.	8.	Tunc venit Iesus, vt populus testimonium Ioannis de Christo, & etiam Dei Patris audiret.

DIFFICVLTAS I.

Ad quid voluerit Christus baptizari, & an fuerit conueniens?

QVæretur ad quid Christus voluit baptizari, & an conueniens fuit?

1627. 1. RESPONSIO ad secundum quæsitum est Abulensis quæst.71. in Matth. qui ait, *Conueniens fuit Christum baptizari à Ioanne; quia si non fuisset conueniens, non fuisset baptizatus ab eo; quia Christus nihil inconuenienter facit.* Quasi dicat, non solum fuit conueniens, sed necessarium, cum Christus dixerit. Sic decet

Abul.q.71. in Matt.c.3.

1628. nos implere omnem iustitiam.

Chrysost. super Luc.

2. RESPONSIO Chrysostomi super Matth. *Conueniens fuit tunc quando Ioannes predicabat pœnitentiam baptizari, vt confirmaret prædicationem ipsius, & vt testimonium acciperet à Ioanne.* Quasi dicat, sicut cum præcesserit Lucifer, lux solis non expectat occasum Luciferi, sed eo præcedēte egreditur, & suo lumine obscurat illius candorem. Sic & Christus non expectauit, vt cursum suum Ioannes impleret, sed adhuc eo docente apparuit.

Lucifer solem præcedit aquas Baptismi Christus sanctificauit.

3. RESPONSIO Sancti Ambrosij super Luc. *Ad mundandum aquas, scilicet, baptizatus est Dominus non mundari volens sed mundare aquas, vt abluta carne Christi, quæ peccatum non cognouit, Baptismus vim haberet.* Quasi dicat, vt relinqueret aquas sanctificatas postmodum baptizandis. Vnde Augustin. serm. de Epiphania ait, *Saluator ideò baptizari voluit, non vt sibi munditiam adquireret, sed vt nobis fluenta mundaret.* 1629.

S.Ambros. super Luc.

Aug.ser.de Epiph.

4. RESPONSIO Chrysostomi super Matth. *Ad Baptismum venit Iesus, vt qui humanam susceperat naturam, totum humanæ naturæ inueniatur impleße ministerium.* Quasi diceret, quamuis Christus non esset peccator; suscepit tamen naturam peccatricem. Propterea & si pro se Baptismate non egebat; tamen malis in aliis carnalis natura opus habebat. Vnde dicit Gregorius Nazianzenus citatus in Abulens. quæst. 71. *Baptizatus est Christus, & totum veteranum Adam mergit in aquam.* 1630.

Chrysost. super Matt. *Totus Adam mersus fuit in aqua.*

Naz apud Abul. q.71.

5. RESPONSIO Augustini serm. de Epiphania, *Ideò baptizari voluit, vt faceret, quod faciendum, omnibus imperabat.* Quasi dicat, vt doctrinam suam non tam verbis insinuaret, quàm actibus exerceret. Vnde ipse Christus Ioanni dixit, *Decet nos nos implere omnem iustitiam.* Vnde dicit Ambrosius super Lucam, *Hæc est iustitia, vt quod alteri facere velis prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo.* 1631.

Augustin. ser.de Epip.

Vera iustitia est prius facere quod docetur

Ambros.in Luc.

DIFFICVLTAS II.

Quare Christus voluit baptizari baptismate Ioannis Baptistæ?

QVæretur, quare non Baptismo instituto à Christo, sed à Ioanne Iesus voluit baptizari.

1. RESPONSIO est Abulensis quæst.72. 1632.
in Matth. 3. qui ait, *Christum decuit baptizari baptismo Ioannis propter conditionem Baptismi Ioannis, qui non baptizabat in Spiritu, sed in aqua sola; Christus autem non indigebat baptismate spirituali; quia ab instanti suæ conceptionis fuit plenus Spiritu Sancto: nam Pater dedit ei spiritum, non ad mensuram,* vt patet Ioann 3. *Si autem baptizaretur baptismo spirituali, id est, noui testamenti, esset in eo superfluus, cum nullam gratiam ei conferret Sacramentum, imo omnia Sacramenta gratiam per eum accipiunt.*

Abul.q.72. in Matt.3.

Ioann. 3. *Christus quare non baptizatus est in Spiritu.*

2. RESPONSIO Augustini in Catena 1633.
Sancti Thomæ: *Hinc ergo dignatus est à Ioanne baptizari, vt cognoscerent serui quanta alacritate debeant currere ad Baptisma Domini,*

August.in Catena. S.Thom.

quando

Minister Sacramentorum etiam pauperrimus aestimandus. *quando ipse non designatus est accipere Baptisma seruus.* Quasi dicat, nemo debet ministrum Baptismi etiam humillimum contemnere; quia Christus immensum erat melior Ioanne, & voluit ab eo baptizari.

1634. S. Isidor. Pelusiota epist. 69. *Ioannis praemium magnum quia Virgini assimilatur.* 3. Responsio D. Isidori Pelusiotae epist. 69. qui ait, *Vita sanctitas hoc praestitit Ioanni, vt incarnatum Deum baptizaret, vt qui dignam tanto Sacramento puritatem adeptus est.* Quasi dicat, voluit à Ioanne Christus suo Baptismo tingi, vt praemium suae puritatis, & vitae poenitentialis in hac vita eo modo acciperet, qualis sola Virgo Maria suscepit, quia sacratissimam carnem Christi lauaret, tangeret, & palparet purissimis suis manibus, & Ioannes virginalibus manibus lauaret. Vnde Euseb. lib. homil. 1. de Ioann. Baptista. *Ioannes ait, humanorum fugit mensuram meritorum.*

1635. Abul. q. 71. citata. 4. Responsio Abulensis q. 71. citata, qui ait, *Decuit quod Christus baptismo Ioannis baptizaretur, vt per hoc Baptismum Ioannis approbaret; nam cum ipse esset tam reuerendus, vt postea apparuerit omnibus Iudaeis ex operibus eius accipiendum Baptismum Ioannis, approbabat illum valde, & magnam ei auctoritatem conferebat.* Quasi diceret, quod etiam in fauorem Christi fuit hoc conueniens; quia Ioannes Missus fuerat, *vt testimonium perhiberet de Christo*, Ioan. 1. Oportebat ergo, vt Ioannes esset magnae auctoritatis propter approbationem Christi: si autem Christus renuisset baptizari Baptismo Ioannis, videretur contemnere illum, & sic ostendere quod opera Ioannis non omnia à Deo erant, & non crederent testimonio; quod de Christo dabat. Ergo etiam Christo conueniens fuit, vt baptismate Ioannis baptizaretur. *Propter honorem suum Christus à Ioanne debuit baptizari.* Ioan. 1.

1636. Beda in Abul. citat. *Praedicator operator sit.* 5. Responsio est Bedae in Abulensi citato, qui ait, *Conueniens fuit, vt Ioannis baptismate Christus baptizaretur*; quia vt patet Luc. 7. *Christus increpabat eos, qui nolebant baptizari à Ioanne. Ergo quod ipse approbabat, & laudabat verbis, opere exercere debebat sicut de facto fecit.*

DIFFICVLTAS III.

Quare Ioannes dixit Christo, Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me?

1637. QVaeretur, quare Ioannes prohibebat Christum baptizare, quando ab eo volebat baptizari?

Lyran. sua in Glossa. Ioan c. 1. 1. Responsio est nostri Nicolai de Lyra, qui ait, *Renuit Ioannes baptizare Iesum, quia cognoscebat esse Messiam, & Deum. Et hoc dupliciter. Primò, per reuelationem diuinam, quando venit ad Baptismum, & tunc dixit ei, ego à te debeo baptizari. Secundò, cognouit eum, quando Spiritus Sanctus descendit super eum in signo visibili. Et quando dicitur, & ego nesciebam eum dicit quod refertur ad tempus praecedens Baptismum in quo Ioannes non cognouit Iesum quantum ad personam determinatam.* Et si quaeras, quare de secunda reuelatione solum fit mentio Ioan. cap. 1. & non de prima. Respondeo, propter multitudinem mysteriorum quae in secunda aperta sunt; quia prima reuelatio, quod Christus esset Messias erat communis Apostolis, & multis cum quibus mirabilia operatus est: at vero videre columbam super caput Iesu soli Ioanni concessum est. *Dupliciter cognouit Iesum Ioannes.* Ioan. c. 1.

2. Responsio Abulensis q. 76. in cap. 3. Matth. qui ait, *Quod Ioannes dixit, hoc ex humilitate, quia licet quantum ad exteriora Ioannes appareret valde sanctior quam Iesus; tamen quia erat Ioannes verè humilis; non considerabat de propria excellentia, sed magis de defectibus suis. De Iesu vero, quamuis inscius erat an esset Messias; tamen tantam sanctitatem in eo attendebat, quod humiliter dixit, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* 1638. Abul. q. 76. in cap. 3. Matth. *Vera humilitas in cognitione sui vili consistit.*

3. Responsio, cui fauet Chrysostomus citatus, apud Abulens. q. 78. in Matth. 3. *Quamuis fateantur, quod in apocriphis libris scriptum sit, quod Ioannes dixit haec verba, ego à te debeo baptizari prius, & asserunt aliqui Auctores, quos citat Abulensis, ibi; Quod Christus postea baptizauit Ioannem, & hic motiuo potest concordare verbum Christi, qui dixit, sine modo, id est, permitte me nunc fieri prius, quod ego petiui, deinde fiat quod tu petisti.* Sed concludit Abulensis; *an vero Christus Ioannem baptizauerit nihil differt, cum nec illi Baptismus esset necessarius, neque de hoc Sacra Scriptura apertè loquatur, neque verum censeo.* 1639. Chrysost. citat. in Abul. q. 78. in Matth. *Apocripha opinio.*

4. Responsio Hilarij in catena S. Thomae. *A Ioanne baptizari prohibetur vt Deus, & ita in se fieri oportere vt homo edocet.* Quasi dicat, cognita diuinitate Iesu abstrahit consensum, & necessitatem baptizandi Ioannes, sed vt Christus homo erat, edocet conuenienter fieri. 1640. Hilar. in cat. S. Thom. *Diuinitatem agnouit Ioannes.*

5. Responsio Chrysostomi in Matth. qui ait, *Vt tu me baptizes, est idonea ratio, vt iustus efficiar; & dignus coelo, vt autem ego te baptizem, quae est ratio?* Quasi dicat, omne bonum descendit de coelo in terram, non de terra ascendit in coelum. 1641. Chrysost. in Matth.

6. Responsio est Theophylacti, *Non ausus fuit dicere Ioannes tu baptizaberis à me. Sed tu venis ad me? tam pius & curialis erat.* Quasi dicat, quis sum ego, vt dignus efficiar tanti beneficij veniendi, scilicet, ad me. Quid autem te baptizem, neque in mente, neque in ore potest capere, quia excedit humanam agitationem videre manum peccatorum super caput Reges Angelorum positum. Et talis vrbanitas à matre generosa & nobilissima Elisabeth didicerat Ioannes; quia ipsa videns Mariam venientem ad se cum festinatione, vt eum visitasset, dixit: *Vnde mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me.* Lucae cap. 1. 1642. Theophil. in caten. *Princeps vrbanitatis Ioannes.* Luc. 1.

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo intelligatur, sine modo nos implere omnem Iustitiam?

QVaeretur, quomodo audiendo Ioannes haec verba, *sine modo* cedit maiori, & baptizauit Christum. 1643.

1. Responsio est Abulensis q. 79. in cap. 3. Matth. qui ait, *Cum absolutè Christus dixit, sine modo. Sic decet nos implere omnem* Abul. q. 79. in cap. 3. Matth.

 iustitiam

iustitiam intellexit voluntatem determinatam Christi esse baptizari à Ioanne, & quia istud erat decens propter tantas causas, & nulla maior quam voluntas Christi; ideo non renuit. Quasi dicat; sicut Petrus attonitus videns ad pedes suos Christum dixit, *Non lauabis mihi pedes in aeternum*, Ioan 18.n.8 Postea vero recognita Christi voluntate ait, *Non tantum pedes, sed manus, & caput.* Ita Ioannes resolutione recepta, & audita voce, *Sine modo adimplere omnem iustitiam obedivit Christo.*

Ioan. 18. n. 8.

1644. 2. Responsio Hieronymi, qui ait, loquens in persona Christi: *Sine modo, vt qui formam serui assumpsit, expleat & humilitatem eius.* Quasi dicat, humilitas est Regina virtutum, teste Ruperto, & illa implet actus humanitatis perfectae, quae ab humilitate incepit, & sic principia, & fines habebunt praemia aequalia; quia propter humilitatem exaltatus fuit Christus & donauit illi Deus nomen, quod est super omne nomen.

Hieronym. in caten.

Humilitas Regina virtutum.

Rupert. sup. cit.

2. ad Philip. 2. n. 9.

1645. 3. Responsio Hilarij in catena Sancti Thomae, *Pulchrè dixit, modo, vt ostenderet Christum in aliquo à Ioanne, Ioannem à Christo in spiritu baptizandum*, vel vt idem Hilarius, *Sine modo, id est, habeo alium Baptismum, quo & baptizandus sum: tu me baptizas in aqua, vt ego te baptizem per me in sanguine tuo, vel aliter erat, & per eum omnis implenda iustitia, per quem solum lex poterat impleri.*

Hilar. in cat. S. Th.

1646. 4. Responsio est Sancti Remigij in catena S. Thomae, *Docet nos implere omnem iustitiam, id est ostendere exemplum omnis implendae iustitiae in Baptismo, sine quo non aperitur aditus Regni caelestis. Vel aliter, discant superbi exemplum humilitatis, dum viderint me baptizari à te Ioanne seruo meo.* Quasi dicat, illa est vera humilitas, quam comes obedientia sequitur. Vnde subditur, tunc dimisit eum, id est, *ad vltimum assensum adduxit, vt baptizaret eum.*

Remig. in caten.

Baptismus ianua regni caelestis.

Obedientia comes humilitatis.

1647. 5. Responsio nostri S. Bonauenturae in Luc. 3. qui ait, *Quod triplex humilitatis gradus sit. Primus, dum se subdit maiori. Secundus aequali. Tertius minori, & hunc adimpleuit Christus, dum Ioanni subijcitur.*

S. Bonau. in Luc. 3.

Triplex humilitatis gradus.

DIFFICVLTAS V.

Quem modum seruauerit Ioannes in baptizando Christum?

1648. QVaeritur, cum Christus fuerit baptizatus à Ioanne, quis modus fuerit seruatus in hoc baptismo?

1. Responiio est aliquorum Auctorum, quos refert Abulensis q.75. in cap. 3. Matth. *Qui putant quod Christus fuerit baptizatus à Ioanne in illa forma, in qua caeteri baptizabantur in nomine venturi Messiae. Sed haec opinio tolerari non potest, nisi dicatur quod Ioannes tunc non cognoscebat Christum esse Messiam quia si baptizaret eum in nomine venturi Messiae praestaret causam magni erroris; quia putarent omnes, quod non erat Christus Messias, qui expectabatur.*

Auctores in Abul. q. 75.

Opinio vera circa formam Ioannis Baptismatis.

1649. 2. Responsio est aliquorum, quos citat Abulensis q.75. in Matth. 3. qui dicebant, *Quod forma qua Ioannes baptizauit Christum, fuit, ego te baptizo in nomine tui ipsius, sed hoc non placet, quia Christus non sperabat in se ipse, nec à se accipiebat virtutem quia nemo à se accipit, sed à maiori, & etiam non baptizaret eum in nomine Patris, &c. quia ista forma Baptismi nondum fuerat data, sed postea à Christo instituta est, etiam quia ista forma pertinet ad Baptismum spiritualem, in quo peccata remittuntur. Christo autem non conueniebat talis Baptismus, quia fuit impeccabilis ex natura sua propter vnionem hypostaticam, & plenus gratia ab instanti suae conceptionis, & propter alias multorum rationes, quas Theologi assignant.*

Idem q. cit.

Auctores apocryphi.

Christus natura impeccabilis.

Axioma Theolog.

1650. 3. Responsio est tenenda, quod Ioannes baptizauit Christum sine aliqua forma verborum, sed solum immergit eum in aquis, nulla verba proferendo. Et ratio est, quia caeteros baptizabat Ioannes in nomine venturi Messiae, vt in eum crederent, & per eum sperarent se saluandos, vt Actor. 19. dicitur. Et vt signaret Ioannes, quod per istum Baptismum disponebat illos ad Christum venturum, Christus autem erat ipse Messias; ideo non erat opus, imo, nec conueniens, quod aliquid istorum sibi diceretur, sed sine verbis baptizaretur.

Auctoris mens.

Actor. c. 19.

Sine forma verborum baptizatus est Christus.

1651. Et si dicas, *Quod populi scandalizarentur, quod Ioannes alteraret modum baptizandi, quia caeteros expressis verbis baptizabat?* Respondeo cum Abulensi q.75. in Matth. cap. 3. *Quod non est scandalum cum operatur id quod debitum est: imo hoc intentum Ioannis fuit, vt tota gens & vniuersi populi cognoscerent personam Christi; quia ipse erat, quem omnes Prophetae expectabant, & quem ipse praedicabat venturum esse, & de hoc omnes gaudebant cum audiebant, quod quem expectabant Messiam iam in ianuis erat.*

Obiectio contra dicta.

Abul. q. 75. Responsio in cap. 3. Matth.

Gaudium de venturo Messia.

***

TRACTATVS

TRACTATVS XLIV.

AD MORES,

In Cap. III. Matth.

De Christo à Joanne Baptizato.

DIFFICVLTAS VI. ad mores.

Quare Christus baptizari voluit, & an fuerit conueniens?

1652. QVÆRITVR, quare baptizari voluit Christus, & ad quid?

Abulens. in littera citat. 1. RESPONSIO fuit Abulensis in littera citati, qui ait, *Baptizari voluit, quia sic conueniebat; quia Christus nihil inconuenienter voluit, neque fecit.* Quasi dicat, quia Ioannes inter natos mulierum maior erat, conueniens fuit, vt Christum baptizaret; quia talis Sacerdos, & minister ad Baptismum Christi, neque fuit, neque erat in mundo. *Ioannis Baptista insignis Sacerdos.*

1653. Oleaster in litter. citat. Leuit. 21. n.6. Transl. Pag. Interrogat Oleaster, quare dicitur Leuit. 21. n.6. *Loquens de Sacerdotibus, Sanctificabis eum, quia panem Dei tui offert, Sanctus erit tibi, quia Sanctus ego sum?* Et respondet, *quia arbitratur populus non sua interesse qualiter viuat eius Sacerdos, siue bene, siue male non curat. Considera quæso Deum non tam hilari vultu munera tua suscepturum, si minister tuus immundus sit.* Quasi dicat, dum is qui displicet ad intercedendum mittitur animus ad deteriora prouocatur. Hoc ergo tibi valet iniquus minister, quod raro, aut nunquam eo intermedio Deo tuo reconciliaberis propter eum: sed propter dispositionem tuam. Ideo Christus à Ioanne voluit baptizari, quia erat superior vita, & sanctitate omnibus Sacerdotibus legis, & filius Zachariæ Sacerdotis Dei, & de vice eius ipse Sacerdos sanctus & perfectus, vt initiaretur Baptismus à perfectissimo Sacerdote, vt Pater æternus facilius placaretur. Ideo dicitur, quod Christus nihil inconuenienter fecit, cum baptizaretur à Ioanne. *Sacerdos impius orando Deum ad iram prouocat si ficto corde orat.* Lucæ 1.

1654. Chrysost. in littera. 2. RESPONSIO Chrysostomi in littera citati, *Conueniens fuit quod Christus baptizaretur, cum Ioannes pœnitentiam prædicabat, vt confirmaret prædicationem illius.* Quasi dicat, indignus est, vt verbum Dei prædicet, qui pœnitentiam non exercet. Vnde Isidor. Pelusiota lib. 3. epist. 39. explicans Ps. 49. n.16. *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum, per os tuum*, addit: *Impurum, ac sceleratum hominem nego, non modo de fidei doctrina, sed etiam de vlla re alia os aperire debere, quoad per synceram pœnitentiam animi maculas absterserit.* Quasi dicat, caueant prædicatores impœnitentes & vitiosi prædicare; quia doctrinæ Dei causam vilipendij præstant: *Quia solent* (inquit idem Sanctus) *ab eorum qui loquuntur existimatione de his, quæ dicuntur sententiam ferre.* Et concludit Doctor iste; *apud Lacedæmonios, qui sermones actionum vmbras esse non immeritò definierunt, & qui turpiter vixisset, ne probam quidem sententiam pronuntiare licebat.* Ideo Christus, quando Ioannes pœnitentiam prædicabat, & faciebat incepit suam prædicationem. S. Isidor. Pelusiota l.3. epist. 39. Ps. 49. n.16. *Prædicator impœnitens fugiendus.* Idem Sanct.

1655. S. Ambros. in litt. cit. 3. RESPONSIO est Sancti Ambrosij, qui in littera citatus, ait, *Non mundari Christus voluit, sed aquas mundare.* Quasi dicat, qui turbidas, & contaminatas aquas peccatorum lauare conatur debet esse Sanctus, & purus quia scriptum est, *Sancti eritis, quoniam ego Sanctus sum*, Leuit. 21. n.8. Leuit. 21. n.8.

1656. Oleaster in Leuit. 13. n.11. Interrogat Oleaster, quare Leuit. 13. n.11. *Præcipiebatur quod si fuerit in cute carnis tumor, vel scabies adduceretur ad Aaron?* Et respondet, *quia voluit Dominus veteris legis Sacerdotes lepræ medicos agere, vt in eis adumbraret nouæ legis ministros deterioris lepræ (scilicet peccatorum) iudices constituendos.* Quasi dicat, si Sacerdotes veteris legis debebant esse omnibus mundiores, quia scabiem, vel lepram curabant. Quanta sanctitate, vel puritate debent esse repleti Sacerdotes nouæ legis, qui manibus suis verbis, & lingua efficiunt, & tangunt corpus Christi. O infelix recordatio, & memoria tristis cum ea, quæ nunc in Sacramentis administrandis aguntur, nam quomodo aquas populorum sanctificabunt, & ad Deum conuertent peccatores; qui voluptatibus & vitiis omnibus inuoluti sunt. *Sacerdotes puriores auro Sacramenta debent administrare.*

1657. S. August. in litter. cit. 4. RESPONSIO Augustini in littera citati: *Fecit Christus quod faciendum omnibus imperauit.* Quasi dicat, Concionator ridiculus populum ignorantem ridere facit. Vnde Hieronymus epist. 2. ad Nepotianum ait, *Docente te in Ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur lachrymæ auditorum laudes tuæ sint.* Et addit: *verba soluere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere indoctorum hominum est.* Quasi dicat, nihil tam facilè, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem; Hieronym. epist. 2. ad Nepotian. *Concionator ridiculus ridere facit auditorium.*

linguæ

linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid nun intelligit plos miratur.

1658. Aug. lib.4. de doctrina Christiana c.21. Ecclesiast. c.9.n.17. Hieron. ibi.
Vnde Augustinns lib.4 de doctrina Christiana c.21 *Quid enim prodest clauis aurea, si aperire quod volumus non potest, aut quid obest lignea, si hoc potest. Sic in veris verum debemus amare, non verba.* Vnde Ecclesiast.cap.9.n.17. *Verba sapientium audiuntur in silentio.* Vnde Hieronymos, ibi: *Quemcumque videris in Ecclesia declamatorem, & cum quodam lenocinio de venustate verborum excitare plausus, ac risus excutere; scito signum esse insipientia, tam eius qui loquitur, quam eorum, qui audiunt, verba quippe sapientium in quiete, & moderato audiuntur silentio.* (*Lingua velox clauis aurea sed iniquitas.*) Ideo Christus eum prædicare incepit, lauari & baptizari voluit à Ioanoe pœnitentiam agente, & ipsam prædicante.

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quare Christus voluit baptizari Baptismate Ioannis?

1659. QVæretur, qoare Christus Baptismate Ioannis voloit baptizari?

Abul in litt. citat.
1. Rasponsio Abulensis q.citata in littera, *Propter conditionem Baptismatis Ioannis, qui non in spiritu, sed in aqua solum baptizabat.* Quasi dicat, erant Ioannes & Christus consanguinei, maximè proximi, quia Virgo Maria, & Præcursor erant filij duarum sororum, & ita conditiones Baptismatis vterque acceperunt, quia facillimè consanguinei, & sine igne sanguis feruet, & proclamat, vt Hispanica vtar loquutione *La sangre sin fuego hierve.* (*Hispanica loquutio.*)

1660. Oleaster Num.25. n.2.
Interrogat Oleaster, quare dicitur Numer.25. n.2. *Comedit populus, & adorauit Deos earum?* Et respondet, *quia non diu esse possunt diuersa religionis, & cultus vir, & vxor.* Et addit: *colere enim solent homines eos, qui sibi necessaria administrant; ideo Ioannes, & Christus tam consanguinei Baptismo vsi sunt vterque quia Christus voluit colere Ioannem, quia ipse venerat vt pararet Domino plebem perfectam.* Quasi dicat, vbi ostenditur omnipotentia Dei, & Principum est prouidere, & honorare quos ministrant, & seruiunt singulariter. Vnde dicitur Oseæ 2. n.5. *Vadam post amatores meos dantes panem meum, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum, id est, illi Regi seruiant, qui mihi necessaria præstauerit.* (Oseæ 2.n.5. *Mulieres tribuentes munera seruiunt & amant.*) Et apud Isaiam cap.3.n.6. dicitur: *Apprehendet vir fratrem suum familia patris sui dicens, vestimentum tibi est, Princeps esto nobis, & dicet, non ero Dominus, quia in domo mea non est panis, neque vestimentum,* Sic Pagnin. (Isai.3.n.6. Transl. Pag.) Quasi dicat, quomodo potest quis Rex esse, qui non habet necessaria suis militibus, & subditis dare; imo tollit & Ps.21.n.3. *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terra in conspectu eius omnes cade .t, id est, Principes, Duces, & Comites, si fame pereunt Regem quomodo adorabunt? vnde populus Israel famelicus cum sibi à Moabitis cibaria oblata essent comederunt, & ado. auerunt Deos earum.* (Ps.21.n.3. *Rex ditare debet multos.*)

1661. Bern.in Ps. qui habitat.
Vnde Bernardus super Ps. qui habitat, *Duæ sunt viæ, quibus facilè homines perdunt, scilicet, via concupiscentiæ, & via propria indigentiæ, seu necessitatis, quare sapiens consulit non ire post concupiscentias, & Psalmista instantissimè petit à suis necessitatibus liberari. Vnde quia qui necessaria tribuit nobis, adoratur vt Rex, vt consanguineus, & vt Deus; qui vero omnia substrahit minimè cognoscitur.* (*Miseri & duriores sunt odio habentur.*) Ideo Christus Baptismum Ioannis voluit suscipere, qoia Ioannes ministrabat, & parabat Christo omnia necessaria, & ipse Christus Ioanni, vt veros Princeps honorem, & quidquid indigebat, tribuit, hoc est Baptismo suo honorem dedit.

1662. Aug citat. in littera.
2. Rasponsio est Augustini citati in littera, *Vt cognoscant homines quanta alacritate debent ad Baptismum recurrere; siquidem ipse Dominus ad serui baptismata peruenit.* Quasi dicat, quia Ioannes alacriter in prodigiosis pœnitentiis Deo seruiebat; ideo alacriter Christus ad eum cucurrit, vt baptizaretur, non vanitatibus, ant honoribus conformans se Ioannes cum Christo, neque Christus cum Ioanne sed pœnitentiis, & lauacro. (*Vanitates Christus aufugit.*)

1663. Oleast.cit. in lib.Num. n.13.
Interrogat Oleaster, *Quare Propheta Balaam qui tam fortiter, & viriliter dixerat; si dederit mihi Balach plenam domum suam argente, & auro non maledicam &c. Quare ista constantia tam cito cucurrit, & lapsa est in peccatum, quod abhorrebat?* Et respondet, *quia Rex vocauit illum, dicens; veni consulam tibi.* Numer.24. n.13. *quia rarus est Sanctus apparens, & reformatus Religiosus, qui à se omnino preces Regias reiiciat; licet enim in multis constantiam seruet, vix tamen in omnibus, etiam si sit in iure prudens, sit & Theologus, si Monachus sit, vix aliquis est, qui se abscondat à calore eius, qui tandem leges diuinas, & humanas non conformet cum beneplacita Regis.* (*Reformati quo plus videntur fugere mundum plus palatia Regum diligunt.*)

1664. 2.Reg.7.n.5.
Voluit Sanctus Daoid domom nomine Domini ædificare. Ad quam rem Prophetam Domini consuluit, qui statim inconsulto Domino sese Regis animo conformauit, & ait 2. Reg.7. num. 5. *Omne quod oculis tuis bonum est, fac. Quid dicis Nathan; nonne nosti quam iniqua sunt aliquando beneplacita Regum? Cur illis consulis facere omne quod bonum fuerit in oculis eius. Cantabis* (inquit Oleaster) *velis nolis Palinodiam, vt discas de cætero esse cum Regibus cautior, & in verbis districtior.* (Oleast.cit.) Respondet, *ideo coactus est Propheta sequenti die verba sua restringere, & fortè cum magno suo auctoritatis dedecore reuocare, in quibus plus quam par erat fuerat liberalior.* Ideo Christus alacriter venit ad Ioannem, quia in prædicatione sua vterque confirmati erant Regibus, & Principibus, Scribis, & Pharisæis veritatem prædicando etiam cum periculo vitæ pro Dei honore, & fidem, quam in Baptismo profitebatur.

1665. Abul. citat. in litter.
3. Rasponsio est Abulensis citati in littera, *Decuit Christum baptismate Ioannis baptizari; quia cum esset tam reuerendus, vt postea Iudæis apparuit magnam auctoritatem Baptismo præstitit.* Sed interrogo, *in quo Christus, qui quasi vermis, & non homo* (Ps.21.n.7.) *& vbi caput reclinaret, non habebat,* Matth. 8. n.29. *in quo reuerendus apparebat?* Respondeo, *quia statura eius* (teste Salomone) *assimilata est Palma,* Cant.7. n.7. *quia qui aliis præesse debet,* (Matth.8. n.29. *Auctoritas mea.* Cant.7.)

&

Paruuli ridiculosi non sunt in dignitatibus collocandi. *& officio, dignitatique reuerentiam exhibere, non debet esse vilis, paruulus & ridiculus; quia vt in plurimum inuidiosi, & cauillosi, & meticulosi sunt tales. Et quod magis expedit intus debent esse decori ante Deum, etiam si abiecti, & contemptibiles apud homines appareant, propter vitæ austeritatem; quia isti honorem, & magnificentiam præstant Dignitatibus, & officiis diuinis.*

1666. Oleaster in Num.c.24. n.5. Interrogat Oleaster, *Quare Balaam Propheta, cum immunda tabernacula Israëlitarum videret; quia quadraginta annis in deserto morata veterascerant, quare tunc videns illa, dixit, quam pulchra tabernacula tua Iacob*, Numer. 24. num.5. Et respondet, *ad significandum quam pretiosa, & pulchra in oculis Domini sit terrena inhabitatio iustorum Religiosorum Apostolicam vitam agentium, licet spurca, & fœda impiis, & his qui sola terrena aspiciunt videantur.* Quasi dicat, quia homo videt ea quæ sunt præ oculis; Dominus autem intuetur cor; sin autem cor & corpus relationem dicant; hic reuerendissimus est, vt Christus Dominus, qui Baptismum honorare dignatus est sua præsentia; quia intus, & foris reuerendissimus erat, licet pauper, & humilis, quia non implicat, sed necesse est.

Reuerendissimi sunt qui sanctitatem celant.

Quare Ioannes Christo dixit, Ego à te debeo baptizari.

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

1667. Quæretur, quare Ioannes renuit Christum baptizare, dicens, Ego à te debeo baptizari.

Lyran. citat. in littera. 1. Responsio est Lyrani nostri in littera citati, qui ait, *Hoc dixit, quia Christum esse Messiam per reuelationem cognouit.* Quasi dicat, magna astutia, & prudentia hominibus necessaria est ad cognoscendas reuelationes, quia inter natos mulierum maior vsquequo vidit ferè nudatum in aquis Christum non cognouit, & tunc ei reuelatum est mysterium, & his temporibus passim mulierculæ, & homines cibis repleti fingunt reuelationes, & à prophanis creduntur.

Reuelationes strictè examinandæ, & paucissimæ credendæ.

1668. Oleast. cit. in littera Numer.22. n.18. Interrogat Oleaster iterum, *Quare Balaam Propheta dixit Regi Balach, si daret mihi Balach domum plenam argento, & auro, non maledicerem Israel*, Numer.22. num.18. Et respondet aliter quam supra, *Quia falsus Propheta speciem gerebat hypocritarum fingentium reuelationes; qui Deo, & mammonæ seruire cupiunt, & in ore Deum, in corde vero pecuniam, & lucrum ferunt.* Quasi dicat, sunt multi spirituales, qui ore pecunias, & commoditates & cibaria fugiunt, sed per modos intrinsecos omnia pretiosa rapiunt, & nulli delectationi, vel cibo suaui parcunt, & timere Deum verbis fingunt; ore vero aurum diligunt. Vnde Theodoretus in Glossa, *Loquens de Balaam ait, Cupiditas apparebat, quæ metu premebatur.* Quasi dicat, reuelationem generauit metus, & hoc extincto, fugit reuelatio, & apparuit cupiditas nummorum. Vnde bene Lyra adnotauit, *Quod tota Præcursoris austeritas necessaria fuit, vt reuelatio Dei super illum caderet & cognosceret Christum ad se venientem, quem refugit baptizare, dicens, Ego à te debeo baptizari.*

Spirituales Patres cupidi ciborum & pecuniarum fugiendi.

Theodoret. in glossa.

Lyranus sua in glossa.

1669. Abul. in litt. citata. 2. Responsio est Abulensis in littera citati, qui ait, *Quod ex humilitate Ioannes dixit hoc, quia licet exterius magis pœnitens, quam Iesus videbatur; tamen interius se recognoscebat humiliter nihil valere.* Quasi dicat, etiam si Ioannes inscius esset, quod Iesus Messias esset, tamen tantam sanctitatem semper præsumpsit de illo, quod diceret hodie, *Ego à te debeo baptizari*; quia Sancti semper de bonis bona præsumunt, & de malè præsumentibus lamentantur.

Præsumptio de vmbra rebus bona.

1670. Oleaster in Numer.22. n.30. Interrogat Oleaster, *Quare tam acriter asina super quam ambulabat Propheta Balaam ipsum percutientem reprehendit*; dicens Numer. 22. n.30. *Nonne sum asina tua super quam equitasti?* Et respondet; *quia nullo modo præsumendum est malum de eo, qui nunquam alicui nocuit, neque nocere consueuit.* Sic asina conqueritur de Balaam, quasi imprudenter ageret, cum semper super eam requiesceret, quare percutiebat eam, præsumendo quod nolebat ambulare, si non impediretur ab Angelo.

Asina plusquam aliqui rationales discurrit & rationabilis conqueritur.

1671. Idē Oleast. Dan.13. n.33. Hinc interrogat idem Auctor, *Quare ancillæ Susannæ famosæ fœminæ amarè flebant illam, cum ad supplicium falso crimine raperetur*, Dan. 13. n. 33. *Nunquid illæ non erant testes suæ innocentiæ, & castitatis?* Maximè. *Sed non deplorabant, nisi quod tale crimen præsumeretur à Susanna, non quod fecisset.* Quasi dicat, quemadmodum de assueto malis facilè mala suspicantur: ita de eo qui semper bona operatus est, bona semper suspicanda sint. Ideo Ioannes Baptista, etiam inscio de Messia Christo præclara de illo semper suspicabatur, & hac præsumptione dixit, *Ego à te debeo baptizari.*

1672. S. Isidor. Pelusiota in litter. citat. 3. Responsio Sancti Isidori Pelusiotæ in littera citati, qui ait, *Vita sanctitas hoc præstitit Ioanni vt mereretur Christum baptizare.* Quasi dicat, etsi Pœnitentia Præcursoris Anachoretas excessisset, tamen pœnitentia præmio cedit, quia Christum vidit, palpauit, & baptizauit.

1673. Chrysost. in litter. citat. Ioan.4. n.38. Interrogat Chrysostomus, quare dixit Iesus discipulis suis, Ioan.4. n.38. *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis?* Et respondet; *quia quod Patriarchæ laboribus, & lachrymis desiderauerūt, Apostoli consequuti sunt.* Et si quæras; *Quod non est comparatio laborum, & martyriorum Apostolorum cum vita ampla & opulenta Patriarcharum?* Respondeo, *quod labores Patriarcharum duriores, ac difficiliores reddebantur absentia præmiorum: at martyria, & labores Apostolorum, licet duriores essent, sed præsentia Christi leuiores faciebat*; Sic in Ioanne, licet indicibili pœnitentia torquebatur, tamen præmium excedit labores, quia vidit, & baptizauit Iesum.

Auctoris ment.

Apostoli præmium maius Apostolis receperunt.

1674. Hieronym. epist. 1. ad Heliodor. Vnde Hieronymus, vt Monachos pœnitentes consolaretur, ait, epist. 1. ad Heliodor. *Paupertatem times, sed beatos Christus pauperes appellat. Labore terreris: at nemo athleta sine sudore coronatur. De cibo cogitas, sed fides famem non timet. Super nudam metuis humum, ex sola ieiunis membra collidere; sed Dominus tecum iacet, &c.* Quasi dicat, *quot labores præmium non capiunt, si Christum habent secum laborantem.* Vnde Salomon pro præmio omnium afflictionum huius vitæ

vitæ solam diuinam sapientiam postulabat, quæ cum illo esset pro præmio suorum laborum; *Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, quasi pro præmio sufficeret, vt Deus cum illo assisteret,* Sap. 9. n. 10. Sapient. 9. n. 10. Quid ergo Ioannes non pro præmio recepit, si Christum baptizauit.

DIFFICVLTAS IX. ad mores.

Quomodo intelligatur: Sine modo adimplere nos omnem iustitiam?

1675. QVæretur, quare dixit Christus sine modo adimplere omnem iustitiam?

Hilar. citat. in glossa. 1. RESPONSIO sit Sancti Hilarij citati in Glossa, *Sine modo, vt à te baptizer in aqua, quæ virtute tactus corporis mei remouebit sanguinem tuum vt ferueat, & ardeat vsque quo effundatur pro me.* Quasi dicat, ex lauacro meo tam feruens exibis tu & ego vt vterque baptismo sanguinis baptizemur pro amore Patris mei, & sanguine meo effuso omnia Sacramenta & legalia veteris legis commouebuntur; quia ex tunc omnia faciam noua, & recedent vetera. *Aqua baptismi Christianos ad martyrium & sanguinem excitat.*

1676. Oleaster in litter. citat. Interrogat Oleaster, *Quare permisit Deus, quod in ingressu terræ promissionis pugnaret Cananæus contra Israël, & prædam ex eo prædaret,* Num. 21. n. 1. Numer. 21. n. 1. Et respondet, *quia solet Dominus permittere impios prædam à piis excutere, vt hac de causa bona auferat impiorum; sunt enim bona iustorum inter bona impiorum, vt pirolæ, quæ à medicis dantur ad euacuandos humores, quæ vt possint ingredi in stomachum aqua sumuntur, & intus dum ingrediuntur omnes persoluunt humores. Sic Cananæus felicem se putauit quia prædam excusserit; sed statim coacti sunt pro parua captiuitate omnes in captiuitatem adire, & omnia bona sua pro parua præda permutare.* Ideo volo à te (inquit Christus) baptizari, vt aqua Baptismi omnia legalia, & Sacramenta vetera moueantur, & ipsa aqua pirolæ, & calicem passionis meæ possint iusti transire. Sed cum ipse sanguis effusus, & ego exaltatus à terra *omnia traham ad me,* Ioan. 12. n. 32. Ioan. 12. n. 32. *& commouebuntur abyssi, & resurgent mortui, & infernus animas iustorum euomet, & pro effusione mei sanguinis, & captione corporis mei in cruce positi omnes Iudæi in captiuitatem perpetuam ibunt, & prædam tartarorum auferam, & gloriabor in sanguine meo cum aqua Baptismi è latere meo mortuo profluente quia alium Baptismum habeo, & baptizabor, & gloriabor in illo, & propter illum coarctor,* Lucæ 12. n. 50. Lucæ 12. n. 50. Vnde ad mores *valde timendum est te habere aliquod ex operibus iustorum, ne cogaris illas cum magno dolore euomere;* quia scriptum est Iob 20. n. 15. Iob. 20. n. 15. *diuitias, quas deuorauit, euomet,* quia intrant interiores eius, & sicut oleum in ossa eius, & sicut fermenti modicum totam massam corrumpit, ita & substantia iusti, & pauperis omnes opes, & bella Regum infelicissima transuertit. *Aqua & sanguis quæ de latere Christi exiuit.* *Bella sanguine paucorum gesta non habebunt victorias.*

1677. Hieron. cit. 2. RESPONSIO Hieronymi in littera citati, qui ait, *Sine modo, vt formam serui assumptam per humilitatem expleam.* Quasi dicat, noli sanctificationem aquarum impedire per meum Baptismum, quia volo Sacramento Baptismi vim dare, & per humilitatem sufferendi, fundare tale Sacramentum, quia virtutum Regina humilitas est, & per illam omnis implebitur iustitia.

Interrogat Oleaster, *Quare postquam Maria & Aaron murmurauerunt contra Moysem dixit textus, & Moyses vir humilis erat valde.* Numer. 12. n. 1. Et respondet; *quia Prælati nunquam magis exaltari merentur, nisi quando humiles sunt, & tunc humiliores apparent, quando murmura, & iniurias in faciem prolatas dissimulare videntur, neque de illis curant (cum possit) ac si in se dicta non fuissent.* Ideo Christus, qui per Baptismum iudicabatur peccator per istam humilitatem adimplere voluit omnem iustitiam. 1678. Oleaster Num. 12. n. 1. *Dissimulatio murmurationes prudentia ingens Prælatorum.*

3. RESPONSIO Sancti Remigij in littera citati, *Sine modo ostendere exemplum omnis iustitiæ per Baptismum adimplendum.* Quasi dicat, quemadmodum per Baptismum omnis iustitia adimpletur, sic per bonum exemplum omnis virtus roboratur, & per malum destruitur. 1679. S. Remig. in littera citat.

Interrogat Oleaster, quare Leuitic. 18. n. 8. *Dixit Dominus Israëlitis secundum opus terræ Ægypti, in qua habitastis non facietis.* Sic legit Pagninus. Et respondet; *quia elaborandum est, ne mala exempla videantur, quæ facilè ad malum nos adducere possunt.* Quasi dicat: attendant Prælati, qualiter subditos admonere debent, ne ad loca, vbi mala videre possint vadant. Vnde cum Hieremias Iudæos in Babylonicam captiuitatem ituros prospiceret, vbi idolorum colluuiem visuri erant de caueuda idololatria clamabat. 1680. Oleaster in Leuit. 18. n. 8. *Mala exempla fugienda.* Hierem. 16. n. 18.

Hinc Abraham vxorem filij sui Isaac ad se adducere conabatur, vt penes se bonos mores addisceret & malos, si fortè haberet, deponeret; quia bonum exemplum maiorum mouet, & roborat virtutes, sicut in Christo patet, qui baptizari voluit, vt per suum exemplum virtutes Ecclesiæ quasi per ianuas ingrederentur. Vndè cum Beatus Rhemigius, *exemplum clausuræ, & norma esset totius Religionis à sancto quodam Monacho attentè auscultaretur, & ab Angelo admonitus, vt reclusorium exiret, & paulisper animum recrearet?* Respondit, *Dominus meus Remigius suo bono exemplo me reclusit, & eo sic stante, & aliud non iubente, non egrediar. Quo responso Angelus admiratus lætus adnotauit, quia exempla Superiorum Deo placent, Angelos lætantur, & subditis fortitudinem & virtutem præstant.* 1681. Gen. c. 18. n. 19. *Ianua virtutum exempla Prælatorum.* *Angeli obseruantes venerantur.*

DIFFICVLTAS X. ad mores.

Quem modum seruauerit Ioannes in Baptismo Christi?

QVæretur, de forma verborum in Baptismo à Ioanne probata? 1682.

1. RESPONSIO

Auctorum sententia ab Abul. citat. 1. RESPONSIO aliquorum, quos citat Abulensis, in littera, qui dicunt *Quod communi forma cæterorum vsus est.* Quasi dicat, singularitates, quæ producunt superbiam semper Deo displicent, sed vnusquisque secundum suam vocationem illi seruiat, non inuidendo, & singularizando se.

1683. Oleaster in Gen. 1. n. 26. Interrogat Oleaster, *Quare fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam*, Gen. 1. n. 26. vel legit Pagnin. in imagine nostra secundum similitudinem nostram. Et respondet, *vt arguat homines superbos, qui nolunt sibi similem habere, qui si viderint vicinum crescere, non solum inuident, sed deturbant eleuatum, si possunt.* Quasi dicat, nunquid tu ô homo maior es Deo, qui sui similem non solum patitur sed facit? nec hoc solum, sed puluerem ita euehit vt omnium creaturarum suarum dominium ei tribuat, ita vt ferè æqualem fuisse arbitreris, ideo dicunt isti auctores, quod Ioannes in Baptismo communi forma verborum cum Christo vsus est.

Singularitates fugiendæ sunt.

Talnis est homo sublematus & excelsus.

1684. Auctores citati ab Abul. in littera. 2. RESPONSIO aliorum Auctorum, quos Abulensis in littera citat, qui dicunt, quod forma Baptismi fuit, *Ego te baptizo in nomine tui ipsius.* Quasi dicat, hoc falsum est, quia Christus, à se non accipiebat virtutem, quia qui accipit, à maiori debet accipere & Christo secundum diuinitatem non est maior aliquis, vt hinc homines vani aduertant se ipsos examinare; quia sunt multi ita elati, quod neque scientia, neque nobilitate, neque sanctitate, neque prudentia, & discretione ab homine humano putant superari, sed omnes posse docere.

Homines de se omnia præsumentes.

1685. Oleaster in Gen. c. 1. n. 4. Interrogat Oleaster, quare creata luce dicitur Genes. 1. n. 4. *& vidit Deus lucem, quod esset bona. Nunquid opus tuum Domine malum esse potest, aut in eo defectus aliquis contingere, vt examine opus sit? & maximè lux, per quam omnia examinantur?* Et respondet: *Puto te optime Deus mihi in hoc dicere velle, vt examinem & discernam opera mea, & inueniam ea tenebras esse quia scriptum est, non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Ps. 81. n. 3. *quia tu solus sanctus, qui omnibus das virtutem, & Baptismo dedisti, ideo in nomine tuo baptizari tu nequiuisti.* Ps. 81. n. 3. Isai 37. n. 16.

Vanus omnia vana cogitat.

1686. Abulens. in littera citat. 3. RESPONSIO est Abulensis citati in littera, *Quod Ioannes nulla verba proferens, sed sub silentio Christum in aquis immergit, vt eum baptizaret.* Quasi dicat, silentio Dæmon capitur, quasi hamo, & vt Christum non agnosceret, in Baptismo Ioannes nulla verba protulit, & sic adimpletum est quod Iob dictum erat cap. 40. n. 20. *An extrahere poteris Leuiathan hamo, vel vt alij legunt, silentio.* Iob c. 40. n. 20.

Tacentes nimis homines graues & prudentes.

1687. Vatabl. Ps. 73. n. 13. Interrogat Vatablus, quare Dauid in spiritu loquens dixit, Ps. 73. n. 13. *Tu conturbasti capita Draconum in aquis?* Et respondet; *quia Dracones in aquis sunt Balenæ, vel pisces monstruosi, & valde muti qui cum magno silentio capiendi de mari sunt, & cum Christus in aquis videretur à Draconibus istis ingredi, vt baptizaretur sine verborum forma, sub silentio exterriti sunt, & conturbata capita Draconum in aquis, quia tali spectaculo attonita manserunt iuxta illud quod scriptum est, muta fiant labia dolosa,* Ps. 30. n. 19. *Ideo Christus voluit à Ioanne sine forma verborum baptizari*, vt silentio Draco ille formatus ad illudendum illusus remaneret, & perplexus, Christum videndo sub aquis immersum, vt aquæ Baptismi sanctificatæ remanserunt. Ps. 30. n. 19.

Silentio dæmones vincuntur.

TRACTATVS XLV. AD LITTERAM, In Cap. III. Matth.

De Christo in Jordane Baptizato.

TEXTVS.

16 BAPTIZATVS autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cœli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. 17. Et ecce vox de cœlis dicens, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

EXPOSITIO litteræ.

1688. Abul. in prolog. sup. Matth. 3. HIc ponitur testimonium Dei Patris de Christo baptizato scilicet, per Spiritum Sanctum descendentem, & per vocem Patris audiuam, in quibus significatur Iesum esse verum filium Dei; Baptizatus autem, confestim ascendit de aqua absque vlla impositione, & manus inclinatione ad Christi caput, vt Ioannes assuetus erat facere cum peccatoribus baptizatis, vt Euthymius dixit, & dixit, *confestim*, quia non ex lauacro (sicut cæteri) ascendit ad perfectiones, quia Christus omnibus rebus dat esse, & perficit.

In Iordane non posuit manū Ioannes super caput Iesu, vt illud inclinaret. Euthymius.

1689. Et ecce aperti sunt cœli; *Non quia cœli fuerint diuisi*, vt noster adnotauit Lyranus, *sed quia*
Lyran. noster in gloss. *videbantur aperiri, sicut in coruscatione fieri videtur, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, id est, Ioannes, & omnes circunstantes viderunt.* Sed dicitur vidit, quia illi dictum erat,
Ioan. 1. *Super quem videris Spiritum Sanctum descendentem, & manentem*, Ioan. c. 1.

1690. Neque putandum est, quod Spiritus Sanctus
August. hic. assumpsit naturam columbæ, sicut verbum naturam humanam. Neque quod ista columba esset creata in totum ad tale ministerium, sed quemadmodum cum Angeli apparent in specie humana assumunt id quod necessarium est ad apparitionem, & hoc ex aëre formatur, aut creatur ex nihilo, & facta apparitione euanuit
Belluga Toletanus lib. de reuelationib. figura, vel species columbæ; nam vt bene notauit Belluga lib. de reuelationibus, *Non assumunt Angeli in apparitionibus viscera & sanguinem, & vterum, & iecur, & ventriculum sed id quod necessarium est ad loquendum, sic accidit in præsenti.*

1691. Et audita est vox Patris, id est, resonauit vox in aëre pronuntians, & articulans terminos istos, *Hic est filius meus dilectus. Istud fuit,*
Abul. citat. inquit Abulensis citatus, *manifestum testimonium, quod nemo negare possit de audientibus illam vocem, cum Deus diceret illum esse filium suum naturalem*; cæteri autem adoptiui sunt, &
Christus consubstantialis, & quare. vocauit eum dilectum; quia Pater diligit eum super omnia, cum sit sibi consubstantialis; creaturæ autem diliguntur à Deo non tamen sicut filius, quia non sunt Dei consubstantiales
Aug. citat. in Abul. & istam dilectionem Patris ad filium, dicit Augustinus esse inenarrabilem.

1692. In quo mihi bene complacui, Remigius sic
Remig. *Officium B. Mariæ in sua conceptione.* exponit, *Quia istum solum reperi sine peccato ex vi suppositi, quia ex gratia vero fuit Maria Mater eius præseruata*, vnde canitur ab Ecclesia in eius officio à Sixto IV. approbato *sola Virgo placuit Deo, ex qua vita redit.* Si autem intelli-
Authoris sententia. gatur, *in quo mihi complacuit, intelligitur sic placitum meum est constituere, vt per eum agerem quæ agenda sunt, scilicet, genus redimere huma-*
Abul. citat. *num, vel potest intelligi cum Abulensi citato, in quo mihi bene complacuit, id est, in quo gaudeo, scilicet, magis gaudeo in isto, vel de isto, quam in omnibus hominibus quia iste est filius meus dilectus.*

TRANSLATIONES, quæ cum nostra vulgata coincidunt.

Translatio Abul. 1. Immersus in aquam Iesus postea ascendit.

Translatio Pagn. 2. Iesus autem ascendit protinus ab aqua.

Tertull. lib. 6. de Baptismo. 3. Et ecce aperti sunt cœli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se.

Caietanus in Matt. 3. 4. Et per immersionem, seu submissionem baptizatus est Iesus à Ioanne.

Translatio Græc. 5. Descendit Spiritus Sanctus quasi columba.

Lyranus sua in glossa. 6. Aperti sunt cœli sicut in coruscatione fieri solet.

August. serm. de Epiph. 7. Abluitur Saluator, & aqua sanctificatur.

DIFFICVLTAS I.

Quomodo Baptizato Christo cœli aperti sunt.

QVæritur, quomodo aperti sunt cœli, an rupti sunt Christo baptizato? 1693.

1. Responsio est Hieronymi in catena Sancti Thomæ, qui ait, *Aperti sunt cœli, non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis, sicut & Ezechiel in principio voluminis sui apertos esse commemorat.* Quasi dicat, non cortinæ cœlorum sunt apertæ materialiter; quia sic totus orbis habitatores cœlorum videret; *Sed sicut Ezechiel vidit gloriam Dei, & cœlos apertos*, Ezech. 1. n. 1. *Stephanus*, Act. 7. n. 44. *Sic spiritu Ioannes vidit cœlos apertos.* S. Hieron. in caten. S. Thom. *Quomodo cœli aperiantur.* Ezech. 1. Act. 7. n. 44.

2. Responsio Abulensis q. 80. in Matth. dicendum ergo est secundum Lyran. & alios multos, quod licet ista apertio non fuit realis realiter visum fuit quod aperiebantur propter aliquem motum vel figurationem physicam in nubibus secundum quam cœli videntur aperiri & sæpe hoc fit & vocantur tales impressiones hiatus, vt patet ex 2. Meteororum. Abul. q. 80. in Matth. Arist. 2. Meteor.

3. Responsio est Chrysostomi in Matt. *Fortè erant tunc inuisibilia quædam, & obstacula, quibus obstantibus animæ defunctorum non poterant intraire in cœlos. Sed baptizato Christo aperti sunt cœli; postquam vero tyrannum vicit per crucem, quia non erant necessariæ portæ in cœlo nunquam claudendæ idea non dicunt Angeli, aperite portas; iam enim erant apertæ, sed tollite portas.* Quasi dicat, obstacula, quæ interposita erant, vt in cœlum nullus Sanctorum intraret in Baptismo Christi deuoluta sunt, & Christo in cœlum ascenso, portæ Paradisi non solum reseratæ, sed ablatæ sunt, Ps. 23. n. 9. 1694. Ps. 23. n. 9.

4. Responsio Augustini serm. 37. de tempore, *Existimo quod aperti sunt cœli, vt in cœlestibus esset miraculum de his, quæ agebantur in terris*, sicut dicit Scriptura, *in quem concupiscunt Angeli prospicere*, 1. Petr. 1. n. 12. *Quomodo enim poterant non mirari virtutes cœlorum, Dominationes, Cherubin, & Seraphin, cum viderent Dominum Sabaoth, in fluuio à Ioanne baptizari.* Quasi dicat, amanti semel aspexisse non sufficit, teste Gregorio, & sic aperti sunt cœli, vt in tam nouo habitu, & tali pignore amoris ornatum verbum incarnatum baptizatum viderent Angeli iterum, atque iterum. 1695. Aug. ser. 37. de tempore. 1. Petr. 1. n. 12. Gregor. sup. Euang.

5. Responsio est Remigij in Catena Sancti Thomæ: *Sicut autem omnibus per Baptismum renatis aperitur ianua Regni cœlorum; ita omnes in Baptismate accipiunt dona Spiritus Sancti.* Quasi dicat causa debet proportionari 1696. S. Remig. in cat. S. Th. *Amor intentat singulares inuentiones.*

cum

cum effectibus, & è contra. Ita si per Baptismum ianua aperitur Ecclesiæ omnibus Christianis, eodem modo portæ cœli aperientur omnibus in Christo quiescentibus.

DIFFICVLTAS II.

Quare & quomodo Spiritus Sanctus in specie columbæ apparuit super caput Iesu?

QVæretur, quare Spiritus Sanctus in specie Columbæ apparuit, & quomodo fuit ista apparitio?

1697. Abul.q.89. in Matt.3.

1. RESPONSIO fuit Abulensis qu. 89. in Matth. 3. qui ait, *Nemo qui aliquid sapiat circa hoc dubitat, an Spiritus Sanctus verè super Christum descenderit per aliquem motum, aut mutationem large dictam, quæ in eo fuerit, sed dicitur Spiritum Sanctum descendisse super Christum; quia super eum verè descendit illa similitudo columbæ ad significandum Spiritum Sanctum descendere; qui tamen non descendebat, sed in Christo realiter erat.* Quasi dicat, Spiritus Sanctus, nihil ibi operabatur, sed solum demonstrabat personam Christi, qui repletus erat Spiritu ad omnes operationes, sed solus Angelus mouebat columbam; quia si Spiritus Sanctus moueret illam, etiam Pater, & Filius, quia actiones ad extra sunt indiuisæ.

Christus non realiter descendit, sed Angelus mouebat columbam.

1698. Augustinus ser. de Trin.

2. RESPONSIO est Augustini serm. 9. de Trinit. qui ait, *Spiritus visibiliter ostensus est, non vt appareret inuisibilis eius substantia; sed vt corda hominum exterioribus visis commota ad occultam æternitatem conuerterentur.* Quasi dicat: *non sic assumpta est creatura, in qua Spiritus Sanctus apparuit in vnitate, scilicet personæ, sicut assumpta est humana illa forma ex Virgine;* Neque enim columbam beatificauit Spiritus Sanctus aut sibi, id est, personæ suæ in vnitatem in æternum coniunxit, sed tantum fuit signum demonstratiuum ad placitum, vt Christum Filium Dei demonstraret.

Non est Spiritus Sanctus naturæ columbæ vnitus.

1699. Ansel.3.in Luc.

Quare autem in columbæ specie descendit Spiritus Sanctus sit 3. Responsio ex Anselmo 3. in Lucam: *Quia rectè sicut columba descendit, vt eius mansuetudinem nobis intimaret. Et sic homo pro hominibus factus mitem se hominibus præbuit.* Quasi dicat signum columbæ fuit significans, quod cum mansuetudine Christus recipere promittebat omnes peccatores ad se venientes.

1700. S.Pasch. lib. 2. in Matth.

4. RESPONSIO Sancti Paschasij lib. 2. in Matth. *In columba specie merito apparuit, vt per eam nos doceret, quod ipse in nobis gerat, vel ipse in eo quales esse debeamus, solet itaque nidificare in foraminibus petræ, seu cauerna maceriæ, petra autem est Christus, in cuius lateris foramine omnis Ecclesia nidificat, dum eius sanguinis pretio consecratur.* Quasi dicat, Ecclesia inuitatur, & vocatur per significationem columbæ descendentis ad caput Christi, quia scriptum est Cant. 7. num. 11. *Veni columba mea in foraminibus petræ;* quia ex latere Christi defuncti omnia Sacramenta fluxerunt, teste Augustino, & Ambrosio in Lucam, quia in sanguine Eucharistia significatur, & in aqua Baptismus.

Cant.7.n.11. August cit. Ambros. in Luc.

Ex latere Christi Sacramenta manarunt.

1701. S.Chrysost. in Matth.

5. RESPONSIO est Chrysostomi in Matth. *Ideo autem Spiritus Sanctus speciem columbæ suscepit, quoniam præ omnibus animalibus hæc cultrix est charitatis; omnes autem iustitiæ species, quas habent serui Dei in veritate possunt habere serui Diaboli in simulatione; solam autem charitatem spiritus, non potest immundus spiritus imitari.* Ideo ergo priuatam speciem charitatis sibi seruauit Spiritus Sanctus, quia per nullius testimonium sic cognoscitur, vbi est Spiritus sanctus, sicut per gratiam charitatis.

Diabolus nō potest in columbæ specie apparere.

1702. Abul.q.90. in Matth.

6. RESPONSIO Abulensis quæst. 90. in Matth. *Conueniens fuit tunc, quod visibiliter aliquo signo visibili demonstraretur Spiritus Sanctus, qui in Christo erat, non solum per gratiam, sed etiam consubstantialiter, ita vt non possit ab eo separari,* vt patet Ioann. 14. *Ego in Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus in me est. Vnde aliqua apparitio Spiritus Sancti videbatur in Baptismo,* vt patet Actor. 19. num. 8. *De baptizatis à Paulo, super quos descendit Spiritus Sanctus, & loquebantur linguis.* Et Act. 8. num. 18. *Quod Simon Magus, quod per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, vt darent ei istam potestatem.* Et sic Spiritus Sanctus descendebat per aliquod signum; aliàs Simon non desideraret tenere id quod per aliquod signum non videbat; nunc vero confirmata iam fide non est necessarium signum exterius in Baptismate, vt credamus, & plus mereamur, quod datur inuisibilis gratia.

Ioann. 14. n. 11. *Spiritus Sanctus non solū per gratiam, sed consubstantialiter est in Christo.* Act.8.n.18. Act.19.n.8. *Simon magus quare pecunias obtulit.*

DIFFICVLTAS III.

Quomodo vox de cælo audita est, hic est filius meus dilectus?

QVæretur, quomodo formata, & audita fuerit talis vox de cœlo missa?

1703. Abul.q.91. in Matth.

1. RESPONSIO est Abulensis quæst. 91. in Matth. 3. qui ait, *Quod ista vox non fuit formata à Patre, neque ab aliqua de personis diuinis, neque ab omnibus tribus simul. Sed fuit formata ab aliquo Angelo: nam Deus non potest aliquam vocem formare; quia vox est sonus quidam continuus; & quamdiu durat ipse sonus actualiter necesse est, quod impellat, & frangat aerem, ad formationem vocis, & ista actio est cum successione: Deus autem nil potest facere cum successione. Neque in instanti poterat Deus formare vocem, & subito audiri, quia hoc repugnat naturæ vocis articulare; de cuius esse est habere partem extra partem in prolatione. Et si in instanti formaretur, vox non posset audiri neque intelligi, cum auditus non immutetur, nisi per successionem. item, quia si Patris esset vox, esset etiam filij, & Spiritus Sancti;* quia teste Augustino 4. de Trinitate, *Opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa.*

Angeli voces formant. *Diffinitio vocis articulatæ.* *Vox in instāti formatur non auditur.*

1704. August 4. de Trinit.

2. RESPONSIO Augustini serm. de Epiph. *Non enim vt ante per Baptismum aut Prophetas, nec per typos, aut figuras venturum in carne Pater filium docuit; sed planè monstrauit dicens, hic est filius meus dilectus.* Quasi dicat, teste Abulense, solum Patrem esse pro quo ista vox ab Angelo declarata est, licet per eum dicta non fuerit.

Idem ser. de Epiph.

1705. S.Hilar.in caten. 3. RESPONSIO Sancti Hilarij in catena S.Thom. *Vt ex his quæ consummabãtur in Christo cognosceremus post aquæ lauacrum, & de cælestibus portis Sanctum in nos spiritum immolare, & cælestis nos gloriæ vnctione perfundi, & paternæ vocis adoptione filios Dei fieri.* Quasi dicat, vox quæ audita est, declarauit, per quem nos filios adoptiuos Dei in Baptismo regenerauit, quia Christus filius naturalis Dei nos redimere intentabat.

Quare tres dicuntur filij Dei adoptiui.

1706. Cyprian. in Matth. 4. RESPONSIO Cypriani in Matth. 3. *Hoc testimonium datum est, quia filius Dei quem Ioannes tenebat in manibus verus homo, verus Deus, vnicus Patris dilectus immerito nos dilexit.* Quasi dicat, vox de cœlo audita est, tantis Sacramentis plena, vt obligaret nos diligere eum, qui tantus ac talis & filius Dei naturalis erat.

Vox de cœlo incitatiua amoris diuini.

1707. S.Hilar.in Ps.138. 5. RESPONSIO Hilarij in Ps.138. *Probationem mox consecuta est cognitio, & quem humilitas probabilem fecerat, hunc paterna vox filium ostendit.* Quasi dicat, quia Christus tanquam peccator baptizatus fuerat, & exinanitus per talem actum humilitatis, necesse fuit voce paterna exaltari vsque ad summum dicente, *Hic est filius meus dilectus.*

Qui se humiliat exaltabitur.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, in quo mihi bene complacui?

1708. S.August. lib.de concord.Euãg. QVæretur, quare vox de cœlo dixit filio Dei, in quo mihi bene complacui?

1. RESPONSIO est Augustini lib.de concordia Euangelistarum, qui ait; *Quia in aliquibus libris inuenitur, in te complacuit mihi, licet diuersa sint verba, eadem tamen sententia est; quia cum dicitur in te complacui, significatur, quod Deus sibi ipsi complacuit in filio: si autem dicitur in te complacuit mihi, significatur quod Deus placuit hominibus per filium suum.* Quasi dicat, si quæras inquit Sanctus, quod horum sonuerit in voce, quodlibet accipe, dummodo intelligas eos, qui nondum eandem loquutionem retulerunt eamdem retulisse sententiam.

Sensus duplex verborum.

2. RESPONSIO est Carthusiani, qui ait, *In quo mihi complacui, id est, de eius perfectione complacentiam, delectationemque habeo tanquam qui talem filium genui tam speciosum, tam sanctum, & mihi omnino simillimum.* Quasi dicat, loquens cum Christo humiliter in aquis emerso, vt baptizaretur, *Filius meus, & tu, ego hodie genui te*, Ps.2.n.7. quia taliter mihi places, quod amplius dilectio extendi non potest, quia si per diuinitatem admirabilis, & æqualis mihi es, per humilitatem multum amabilis. 1709. Carthus.in hunc loc.

Humilitas facit amabiles.

3. RESPONSIO Remigij in catena Sancti Thomæ, qui ait, *Si ad humanitatem Christi referatur, si legatur, in quo mihi bene complacui, quia istum solum reperi sine peccato.* Si vero legatur, *in quo mihi bene complacuit subauditur placitum meum constituere, vt per eum agerem quæ agenda sunt, id est, genus humanum redimerem.* Quasi dicat, Christo placuit implere, quod Patri placuit. 1710. S.Remig. in caten. S.Thom.

Voluntas resignata Deo complacet.

3. RESPONSIO est Abulensis q. 97. in Matth.3. qui ait: *Decuit istam vocem, & complacentiam Patris & totius Trinitatis super Christum demonstrare propter fidem Trinitatis, quam in Baptismo profitemur, & Christiani efficimur; quia non sufficiebat quod Ioannes diceret, quis esset Christus nisi vox de cœlo intonasset dicens, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* 1711. Abul.q.97. in Matth.3.

Vox de cœli honorificauit Baptismum.

TRACTATVS

TRACTATVS XLVI.

AD MORES, In Caput III. Matth.

De Christo à Ioanne in Iordane Baptizato.

DIFFICVLTAS V. ad mores.

Quomodo aperti sunt cœli Christo Baptizato?

1712. QVÆRETVR, quomodo cœli aperti sunt post Baptismum Christi?

Hieron. in lit. cit. Ezec. c. 1. 1. RESPONSIO fuit Hieronymi in littera citati, qui ait, *Non reseratione cœlorum, sed spiritualibus oculis, sicut in Ezechiele probatum est.* Quasi dicat, non omnes, sed Ioannes apertum cœlum viderunt; quia Ioannes in absconditis eremi morabatur, & prodigiosam pœnitentiam agebat; vt discant homines prudentes fugere homines, qui fingunt reuelationes Dei visas in curia Regum, & coram populo acclamatas.

Reuelationes fictæ quales.

1713. Oleaster in Exod. 34. n. 3. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaster, *Quare Moyses, cum Deus daret ei tabulas legis, decreuit & gloriam suam illi ostendere*, dixit illi Exod. 34. num. 3. *Vir non ascendat tecum, neque videatur, neque iumentum pascatur à regione montis.* Sic legit Pagninus. Et respondet: *Quid facitis filij Adam, vanissimum genus quærentes populi frequentiam, ac populosas vrbes, ad ostendendam gloriam, ac diuitias vestras, & falsas reuelationes enarrare, cum videatis Deum vestrum tam latenter velle ostendere diuitias gloriæ suæ, vni soli in solitudine, & secretiori montis supercilio, à quo homines, & iumenta arcere iubet.* Quasi dicat, homines qui credunt publicantibus reuelationes gloriæ Dei, & loquutiones vanas cum Deo, quasi pro iumentis reputantur; quia solus Ioannes, qui in asperitate pœnitentiæ tota vita sua versatus fuerat videt cœlos apertos. *Vnde aduertere debes quod huiusmodi fallaces homines, qui reuelationes fingunt, si aliquod iniuriosum pati decernunt euenire, latebras & solitudinem quærunt; honores vere, & dignitates, applaususque hominum publicos anhelant adipisci; quia non sunt sectatores, neque imitatores Christi, qui ad transfigurandum se ascendit in montem excelsum, & separatum, & cum tribus discipulis, quibus secretum commendauit; ad patiendum vero, & crucifigendum, & dedecora patiendum coram omni populo.*

Hypocritæ plateas, & Palatia regū quærunt.

Spirituales ficti opprobria fugiunt audire.

Matt. 17. n. 1.

2. RESPONSIO est Lyrani in littera citati, qui ait, *Non fuit realis apertura, cœlorum, sed per corruscationem, quam Aristoteles vocat hiatus terræ.* Quasi dicat, sunt ita zelo imprudenti, & feruoroso aliqui Prælati, & ministri repleti, quod hiatus ignis oculis, & motibus proiiciunt propter aliquem defectum, & istis, neque cœlum aperitur, neque zelant honorem Dei, aut Regis, sed suam propriam vindictam intentant. 1714. Lyran. in litt. cit.

Furiosi ministri, & Præsules fugiendi.

Interrogat Oleaster, *Quare cum populus vitulum conflatilem fabricauit*, dicitur Exod. 34. num. 10. *Quod dixit Deus, ego Dominus Deus fortis, pius, & misericors tardus ad iram?* Et respondet, *quia sunt homines fortitudine prædi- diti, sed qui eam ad crudelitatem exercent, qui ad hoc solum potentes sunt, vt alios opprimant aut ad vitia exercenda, vel vindictam sumendam; non sic autem Dominus, qui etsi fortis sit ad facies hostium debellandas; non tamen ad hoc fortis esse vult, sed ad miserias releuandas, non hiatus furoris ostendit, sed patienter tolerat defectus humanos.* 1715. Oleaster in Exod. 34. n. 10. Translat. Pagnin.

Potentes crudelitatibus iniquissimi.

Et vt hoc plane videas, interrogo à te, quare Dauid loquens cum Domino Deo suo dixit, *Fortitudinem meam ad te custodiam. Nunquid est aliquis ita fortis, quod possit cum Deo debellare, & fortitudinem suam cum Deo intentare?* Respondere potest Rex qui conditionem Dei tam bene cognoscebat: *non extendam fortitudinem meam in opprimendis miseris, non ad inimicos meos debellandos, sed ad te placandum, & infirmandam, custodiam: hac in re neruos virium mearum, & hiatus ex præcordiis meis hauriam, vt te iratum placem, & ad benignitatem reducam, & tunc cordi meo pauido, & timido cœli aperti erunt, quia te mitem, & placatum considerabo.* 1716. Ps. 58. n. 10.

Iusti solum Deum desiderant pium habere.

Vnde iterum interrogo, quare cum Discipuli à Christo petierunt Lucæ 9. *Vt ignis de cœlo contra Samaritanos descenderet ad extinguendos propter eorum scelera, & opprobria audita?* Respondit Christus, *Nescitis cuius spiritus estis*, Luc. 12. num. 25. Quasi dicat, non estis filij hiatus terræ, non filij iræ, & zeli imprudentis, neque filij spiritus commotionis, qui illatam iniuriam statim vindicant, sed spiritus lenitatis, & mansuetudinis, qui omnes iniurias facilè tolerat: *Filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare*, Lucæ 9. num. 56. Quasi dicat, ille vere fortis est 1717.

Auctoris mens, & interrogatio.

Luc. c. 12. n. 25.

Fortis quis apud Deum.

Luc. 9. n. 56.

Iusti Deum pium semper desiderant.

est qui cum sit potens iram, & potentiam non ostendit per hiatus, & coruscationes igneas; sed cum lenitate cor mundum habet; quia de istis scriptum est. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*, Matth. 5. num. 8. id est, tibi cœli semper aperientur, & Deo fruentur.

Matth. 5. n. 8.

1718. Augustin. in litt. cit.

3. Responsio Augustini in littera citati, qui ait, *Aperti sunt cœli, vt prodigium in cœlis notum fieret. Videndo Angeli Christum Regem suum in Iordane baptizari à Ioanne.* Quasi dicat, si omnes Angeli desiderant videre vultum verbi diuini; vt glorificentur quare cœli non aperirentur, vt tale prodigium videntes homines admirarentur? Vnde August. *Si videbant Angeli à summo cœlo egressio eius, & excursus eius vsque ad summum eius*, Psal. 18. num. 7. *Quomodo non admiraretur?* Et addit: *Humilis misericordia infra omnes, fortis maiestate super omnes, exultauit ad currendum viam.* Quasi dicat, nunc voluit Christus ab Angelis videri immersus sub aquis, quia tūc exaltabitur vehementer; quia humiliatus ad infima, incipiebat cursum humilitatis ab eo desideratum in æternum, & vltra.

Angeli videntes Christum sub aquis admirati. 1. Petri n. 2. Ps. 18. n. 7.

1719. Ambros. in Ps. 8. n. 8. *Humilitas Christi Angelicam excedit.* Ioan. 1. n. 5.

Interrogat Ambrosius, quare dixit David Psalm. 8. num. 6. *Minuisti eum paulominus ab Angelis?* Et respondet; *Quia qui primus fuit in æternitate, fuit vltimus in humilitate.* Quasi dicat, quod humilitas Christi hodie apparuit subiecta, naturæ Angelica. Vnde scriptum est Ioann. 1. num. 5. *Videbitis Angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium hominis.* Quasi dicat, cum ad humilia ministeria descendebant Angeli supra filium hominis monebant; quia quantumcumque esset horum humilitas profundior erat humilitas Christi, & hoc desiderabant videre Angeli, sicut Petrus ait, *In quem desiderant Angeli prospicere* 1. Petr. num. 12. Et ad hoc aperti sunt cœli in Iordane; quia quod repræsentatum illis erat ab æternitate, Christi scilicet humilitatem desiderabant videre, & quod Rex eorum in humilitatis gradibus immersum eos excedebat.

1. Petr. n. 12. *Quale desiderium Angelorum.*

DIFFICVLTAS VI. ad mores,

Quomodo Spiritus Sanctus apparuit super Caput Iesu?

QVæritur, quomodo in specie columbæ apparuit Spiritus Sanctus?

1720. Abulens. cit. litt. *Signa & prodigia non sunt ab vilipendium patienter.*

1. Responsio Abulensis, qui ait; *Quod similitudo columbæ demonstrauit Christum esse ab instanti suæ conceptionis plenum Spiritus Sancti gratia.* Quasi dicat, ferè triginta annos Christus habebat cum signa de cœlo apparuerunt, vt demonstrarent quod esset filius Dei; quia miracula Sacramenta non sunt vilipendenda nec rogare debent cum eis ministri, sed petenda, & quærenda à peccatoribus.

1721. Oleaster in Exod. 7. n. 9. Transl. Pagnin.

Interrogat Oleaster, quare dixit Dominus Moysi, & Aaron ad Regem iuros, Exod 7. num. 9. *Si loquutus fuerit ad vos Pharao dando date portentum.* Et respondet; *Quia non debent serui Dei temerè signa facere, etiam si possint, sed rogati, aut inuitati.* Quasi dicat, valde reprehensione digni sunt, qui incessanter inuitant se ad prædicandum, promittunt se signa facere, id est, si eis pecunias dant, vel honores, & vanitatem promittunt; neque minus reprehendēdi sunt, qui ad domos Principum inuitant se pro confessionibus audiendis, & aliis ministeriis diuinis peragendis, ex quo vilipendium Sacramentorum procedit. Vnde Christum nūquam legimus miracula ex curiositate, sed ex necessitate fecisse; quia neque columba in Iordane descendisset, si necessitas non vrgeret, vt ostenderet mundo, quod Christus esset filius Dei.

Sermones pecunia comparati fugiendi.

1722. Anselm. in litt. cit. *Mansuetudo necessaria superioribus monstra.*

2. Responsio Anselmi in littera, *In columbæ specie Spiritus Sanctus apparuit, vt mansuetudinem instrueret.* Quasi dicat, primum quidem sermonem Spiritus Sanctus fecit super doctrinam Iesu Christi incipientis prædicare mansuetudinem, & tolerantiam in sufferendis ingratis.

1723. Oleaster in Numer. 16. n. 5. Translat. Pagnin. *Humilis sibi mala imputat.*

Interrogat Oleaster, *Quare cum Datan, & Abiron voluerunt lapidare Moysem*, Numer. 16. num. 5. *Iratus valde Moyses, dixit ad Dominum, ne aspicias Domine ad oblationem illorum?* Et respondet; *Vt aspiceas, maiores ira Sanctorū quales sunt: nam cū iratus Moyses malum inferre inimicis precatur? num aut à terra absorbeantur, quemadmodum fecit Dominus, aut moriantur? Absit. Sed tantum precatur, vt non aspiciat Deus ad oblationem illorum.* Quasi dicat, si illi mala mihi arbitrantur, & offerunt hostias, vt eos exaudias; ego à te misericordiam obsecro; quia forsitan ignoranter peccaui, ideo mansuetudo de inimicis certam habet victoriam: propter quod post tolerantiam diluuij columba portans ramum oliuæ Genes. 8. num. 11. reuersa est ad arcam Noe, quasi propter eius tolerantiam victoriam promittens.

Columba symbolum mansuetudinis. Genes. 8. n. 11.

1724. D. Pasch. cit. in litt.

3. Responsio D. Paschas. citat. in littera, qui ait: *In specie columbæ apparuit Spiritus Sanctus, vt doceret nos, quid ipse nobis erat: nam columba granos candidiores sempe eligit, & nos debemus amicos, & socios candidos, & sinceros quærere; quia mala societas peruertit cor.*

1725. Oleaster in Numer. 16. n. 2. Translat. Pagnin. *Societas malorum fugienda.*

Interrogat Olesster; *Quare Core surrexit contra Moysem, & Aaron ministros Domini?* Numer. 16. num. 2. Et respondet cum translatione Pagnini; *Quia accessit Core cum Dathan. & Abiron, & omnes perierunt à terra deuorati.* Quare valde cauendum est, ne ambitiosis iungaris; quia in instanti isti ambitiosi inuenerunt ducentos quinquaginta viros, qui irent in eorum sententiam. Quasi dicat, ô quam periculosa res est sociari cum impiis: nam rusticus non concupiscit regnum, neque simplex Sacerdos Pontificatum. Sed Dux vel Cardinalis, quæ sibi videntur proxima esse. Sic Pharisæi videntes Ioannem parum à Messia distare, tentant eum cum nomine Messiæ. Et Diabolus superbus Christum de superbia tentat, offerendo ei regna mundi; quia semper superbus de elatis rebus tractat: Ambitiosus de officiis; humilis vero de rebus paruis, quæ sunt candidiora grana apud Deum, quibus reuelata sunt diuina mysteria quia Spiritus Sanctus tanquam pura, & pretiosa grana eos eligit, sicut columba facit.

Matth. c. 4.

4. Responsio

1726. Chrysost. in litt. cit. 4. Responsio Chrysostomi in littera; *Quia columba symbolum charitatis est, & Spiritus immundus speciei charitatis assimilari non potest, neque imitari simulatione, vel fraude.* Quasi dicat, tanta, & tam auida est rabies Diaboli contra hominem, quod neque fingere potest charitatis specimen cum illo; imo perire mauult quam non sæuire contra eum. Vnde Hieronym. in cap. 9. Isai num. 5. *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. De Diabolo, & sociis eius explicat ita: quibus si optio detur magis eligent perire quam prædam perdere.* Quasi dicat, ardores, & flammas infernorum multipliciter eligunt pati Dæmones magis quam flammam charitatis exercere erga homines.

Dæmõ neque fingere speciẽ columbæ potest. Hieron. in c. 9. Isa. n. 5.

1727. V. Beda in c. 6. Tob. n. 3. Interrogat Venerabilis Beda, *Quare piscis ille quem Tobias ex aqua extraxit, & Diabolum significabat, Quare apprehendere se reliquit, & non fugit de manibus Tobiæ, siquidem extractus in siccum cepit palpitare ante pedes eius*, Tob. 6. num. 3. Et respondet, *Quia perire magis maluit, quam non sæuire in Tobiam.* Quasi dicat, speciem charitatis ita abhorret Dæmon, quod etiam cum suo periculo non vult eam cogitare, sed perire sicut ante pedes Tobiæ mortuus remansit; ideò columbæ speciem fugit, quia nimis charitatis est cultrix.

Tob. 6. n. 3. *Columba nimis cultrix charitatis.*

DIFFICVLTAS VII. ad mores.

Quomodo vox audita est, hic est filius meus dilectus?

QVæretur, à quo prolata sit ista vox de cœlo, hic est filius meus, &c.

1728. Abulens. in litt. cit. 1. Responsio Abulensis, qui ait: *Quod ab Angelo, quia vox frangitur in partes in aëra.* Quasi dicat, *inspirationes, quibus Angeli custodes nos admonent voces sunt, quæ nos aduertunt, vt à peccatis fugiamus antequam celeriter pereamus.*

Angeli custodes inspirando vociferantur.

1729. Oleaster. Numer. 16. n. 15. Interrogat Oleaster, quare dicitur Numer. 16. num. 15. *Quod filij Israel fugerunt à facie eorum, id est, Core, Dathan, & Abiron?* Et respondet, *quia cum operuit eos terra non permansit terræ hiatus, seu apertura, sed statim terra se coniunxit; ita vt solum sonitus in aere percussus ex clamoribus eorum permansit, & cum istum audiuit populus recesserunt fugientes, vt docerent nos flagella Dei audientes, quasi voces, & inspirationes Angelorum audire, & fugere iram Dei per pœnitentiam, & dolorem cordis nostri.*

Flagella sunt timenda.

1730. August. in litt. cit. 2. Responsio Augustin. in littera, *Iam non per Prophetas aut figuras, sed vox Patris dicit, hic est, filius meus, &c.* Quasi dicat, nulla iam excusatio hominibus remanet, ad repellendos fidei errores, siquidem per vocem Patris quotidiè prædicabat veritatem.

1731. Hieron. in ep. ad Galat. 4. n. 20. Vnde interrogat Sanctus Hieronymus, quare D. Paulus ad Galat. 4. num 20. scripsit dicens: *Vellem autem apud vos esse, & mutare vocem meam?* Et respondet, *quia scriptura diuina adificat lecta; sed multo plus prodest, si de literis vertatur in vocem, vt qui per epistolam docuerat, præsens instruat audientes.* Sed proh dolor; quia iam sunt multi, qui tanquam canes muti, neque ad latrandum, sed manducandum valent, superiores, qui neque scripturam legunt neque prædicant, neque in publicum reprehendunt, vt ab omnibus laudentur, & hominibus placeant, vt magis valeant, etiamsi Deo displiceant. Et addit Hieronymus: *Magnam quidem vim habet vox viua, vox de auctoris sui ore resonans, quæ ea pronuntiatione distinguitur ab ea quæ in hominis corde generata est.* Sciens itaque Apostolus maiorem vim habere sermonem, qui ad præsentes fiunt cupit vocem suam litteris comprehensam in præsentiam commutare; quia non est excusatio, quæ possit valere non obedientibus vocibus de cœlo descendentibus, *Hic est filius meus dilectus, obedite ei.*

Voces Prælatorum multũ valent. *Prælati tacẽant vt valeant.* Hieronym. citat.

1732. Hilarius in litt. cit. 3. Responsio Hilarij in littera citati, qui ait: *Quem humilitas probabilem reputat, filium paterna vox ostendit.* Quasi dicat, humilitas Christi, & sublimitas vocis paternæ contendunt; quia iustus quo plus extollitur, plus apud se humiliatur.

Humilitas fundamentũ virtutis.

1733. Oleaster. Deuter. 16. n. 15. Interrogat Oleaster, quare Deuteron. 16. num. 15. dicitur, *Non poteris sacrificare Phase intra vnam è portis tuis.* Et respondet, *Quia non vult Dominus, vt illi gratiam accepti beneficij referas in domo tua, sed in domo sua. Vnde cum Dominus per Nathan Prophetam multa Dauidi, & præclara promisisset indignum putauit Rex Sanctus Domino illi gratias agere; sed ingressus templum eius, sedens in terra dicere cœpit, quis sum ego Domine, & quæ est domus mea, quia eduxisti me vsque huc*· 2. Reg. 7. num. 18. Quasi dicat, hæc est consuetudo humilium, vt tunc maximè se deprimant, cum se magis videntur exaltari à Deo, quia insolescunt, & tunc eleuantur impij successibus bonis; Viri vero iusti humiliores sunt. Hinc Christus quia submersus in aquis fuit, audiuit vocem dicentem, *Hic est filius meus dilectus.*

In domibus proprijs non debent celebrari missæ. 2. Reg. 7. n. 18. *Impij euanescunt successibus bonis.*

DIFFICVLTAS VIII. ad mores.

Quomodo intelligantur verba, in quo mihi bene complacuit?

QVæretur, sic legendo in quo mihi bene complacuit quomodo intelligatur?

1734. August. in litt. cit. 1. Responsio S. Augustini in littera citati, *Quia Deus hominibus placuit per filium suum.* Quasi dicat, causa principalis gaudiorum vitæ æternæ hominibus præparatorum per Christum venit. Ideo Christum homines intueantur, & sequantur, si gloriam ingredi conantur. Vnde Bernardus serm. 1. de Verb. Isaiæ ait: *Similis eris illi (id est Christo) cum videris Deum sicuti est, esto & nunc similis ei videns eum sicut propter te factus est.* Quasi dicat; *Si enim nec in humilitate similitudinem eius abnuis certa tibi sublimitatis quoque similitudo debetur; quia nunquam Christus socium tribulationis à communione gloriæ patietur arceri.*

S. Bern. ser. 1. de Verb. Is.

Interrogat

1735. *Beda in Matth. 20, n. 23.*
Interrogat Venerabilis Beda, *Quare Discipulis loca sublimia appetentibus respondit Christus, calicem quidem meum bibetis*, Matt. 20 n. 23. & responsum dat, *Quia cælestis eos Magister, quid primo quærendum esset insinuans reuocat ad viam laboris, qua ad brauium pertingere possint retributionis.* Quasi dicat, procul à veris gaudiis aberrat, qui per viam Iesu Christi non tendit. Vnde addit Euthymius, *Christus respondit, non est meum dare vobis non quidem propter impotentiam, sed propter iniustitiam; quia inquit, gratis sibi dari primatum petebant.* Quasi dicat, qui dat non ex iustitia, sed ex liberalitate tribuit Deo contradicit; quia gaudia cœlestia hominibus placuit dare per filium suum, id est, per gradus, celsitudinis per quos ascendit filius eius.

Euthym. ibi in Matt. 20.

Impotens est Deus vt sine meritis det gloriam.

1736. *Carthus. in his sil.*
2. RESPONSIO est Carthusiani, qui ait: *In quo mihi bene complacui hoc est de eius perfectione complacentiam, & infinitam delectationem habeo.* Quasi dicat, summam dilectionem ostendit Pater æternus in filium suum, & ineffabilem venerationem, & honorem, cum eum humiliatum, nudum, & in aquis immersum prospexit, vt doceret nos non superbire, & parentes, & consanguineos pauperes honorare, cum fortuna in altum nos euehat.

Pauperes Parentum & consanguineorum non contemnenda.

1737. *Oleaster Exod. 18. n. 7. Translat. Pagnin.*
Interrogat Oleaster, quare dicitur Exod. 18. num. 7. *Quod egressus est Moyses in occursum soceris sui, & adorauit, osculatusque est eum?* Et respondet, *quia præter gratitudinem, & humilitatem docet Sanctus Moyses eos, qui ex humili progenie ad magna euehuntur officia, suos humiles non spernere, sed summe honorare.* Quasi dicat, taxat, & arguit eos qui cum in sublimi loco sint, humilitatis suæ & suorum non amplius recordantur; imò neque parentes, fratres, aut alios consanguineos in sua sublimitate cognoscunt. *Moyses enim erat Præpositus, & vice Deus in populo Dei, cum Socerum Æthiopem, nigrum, & pauperem honorasset, & quod summa humilitatis est, adorat; quia Filij Dei tanto sunt humiliores, quanto Deo propinquiores, & quanto magis à Deo euehuntur. Hinc cum Christus hanc vocem audiuit de cœlo, hic est filius meus dilectus statim ieiunare, & affligere se incepit, & à Diabolo tentari permisit, quod summa humilitatis actionis fuit.*

Iethro Æthiops adoratur à Moyse.

Matt. 4. 6.

1738. *Remig. in litt. Amor filij exiguus.*
3. RESPONSIO est Remigij citati in littera: *In quo mihi bene complacui, quia per eum agere decreui, quæ agenda sunt.* Quasi dicat, Amor diuinus in filium ad omnia ardua, & difficiliora se exponit, & vi sua amoris, & dilectionis fulcitur.

1739. *Oleaster in Genes. 27. n. 7. Amor muneribus conseruatur.*
Interrogat Oleaster, quare Isaac circa diem mortis suæ vocauit filium suum, & ait illi: *Fac mihi cibos quemadmodum dilexi*, Genes. 27. num. 7. Sic legit Pagninus. Et respondet primo, *Vt aduertas qualiter parentes magis solicitantur pro filiis ditandis, quam ipsi filij. Sic Deus Pater propter filium suum quæcumque peragenda decreuit.* Secundò dicit: *Fac mihi cibos, quia amor adhuc inter Patrem, & filios muneribus conseruatur, & augetur.* Idcò Pater æternus decreuit dilectionem suam, erga filium suum in operibus sine verbis collocare.

1740. *Abul. in litt. cit. Fides remunerat laborum.*
4. RESPONSIO Abulensis in littera citati, *In quo mihi bene complacui propter fidem Trinitatis quam in Baptismo, quem instituit Christus profitemur.* Quasi dicat fides in Baptismo recepta merces, & præmium omnium laborum Christianorum est.

1741. *Oleaster in Gen. 15. n. 1. Translat. Pagnin.*
Interrogat Oleaster, *Quare post immensos labores dixit Dominus Abrahæ*, Genes. 15. n. 1. *Ego scutum tuum, & merces tua valdè multa.* Sic legit Pagninus. Et respondet, *Quia quod fides, & fiducia in Deum nobis valeat, ostendit Dominus; nil enim de Abraham, tam præclarum hucusque legimus quam fidem propter quam omnia consequutus est.* Quasi dicat, merces à Deo non semper datur propter labores, & sudores, sed propter fidem laboribus, & operibus fiducia adiunctis, quam in Deo habemus, & propter obedientiam, qua in arduis vocibus eius obedimus; Tum etiam quia propter fidem Trinitatis quam in Baptismo profitemur, omnia quæ Christus gessit, & passus est nobis in præmium æternum promittuntur.

Fiducia in Deum propter fidem præmi est.

Præmium vitæ æternæ merces fidei & spei cum operibus.

Cui Laus, & Gloria pro laboribus huius primi Tomi; quia Secundus incipiet (Deo Volente) à nuptiis quæ in Cana Galilææ factæ sunt, vt in proœmio promisimus.

INDEX

INDEX LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ,
QVÆ IN HOC VOLVMINE EXPLICANTVR,
illuſtrantur, & expenduntur illis omiſſis,
quæ obiter tanguntur.

p, *paginam*, n, *verò numerum marginalem deſignat.*

Vetus Teſtamentum.

Ex Geneſi.

Cap. 1. n. 26. *FECIT Deus hominem ad imaginem.* p. 229. n. 1683

4. *Vidit Deus lucem quod eſſet bona.* p. 223. n. 1635

2. 15. *Poſuit Dominus Adam, vt cuſtodiret Paradiſum.* p. 132. n. 892

Vt operaretur, & cuſtodiret. p. 209. n. 1534

3. 12. *Mulier, quam dediſti mihi decepit me.* p. 8. n. 30

14. *Maledictus eris ſuper omni beſtia agri.* p. 88. n. 573

6. *Vidit mulier quod bona eſſet arbor.* p. 89. n. 585

3. *Præcepit nobis Deus, ne comederemus.* p. 100. n. 660

14. *Terram comedes.* p. 124. n. 818

11. *Quis indicauit tibi, quod nudus eſſes.* p. 125. n. 823

3. *Præcepit nobis Deus, ne comederemus.* p. 135. n. 827

1. *Et ſerpens erat callidior omni beſtia agri.* p. 166. n. 1179

3. *De fructu ſcientiæ boni, & mali præcepit.* p. 208. n. 1524

4. 10. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* p. 27. n. 152

15. *Loquar ad Dominum, cum ſim puluis.* p. 46. n. 288

10. *Sanguis eius clamat ad me de terra.* p. 187. n. 1360

4. *Reſpexit Dominus ad Abel.* p. 187. n. 1382

6. *Iratus eſt Cain in fratrem ſuum.* p. 187. n. 1365

13. *Maior eſt iniquitas mea.* p. 188. n. 1368

6. 4. *Gigantes autem erant ſuper terram.* p. 132. n. 888

2. *Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ.* p. 172. n. 1232

4. *Gigantes autem erant ſuper terram.* p. 172. n. 1235

5. *Vidit Deus, quod multa malitia hominum eſſet.* p. 173. n. 1240

7. 1. *Te inueni iuſtum coram me.* p. 79. n. 517

18. *Et multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam.* p. 80. n. 521

8. 9. *Et non inuenit locum, vbi requieſceret.* p. 19. n. 892

11. *Reuerſa eſt ad arcam portans ramum.* p. 234. n. 1724

11. 4. *Venite faciamus turrim.* p. 116. n. 763

5. *Deſcendit Dominus, vt confunderet facientes ciuitatem.* p. 123. n. 809

12. 16. *Ditauit Abimelech Rex Abraham.* p. 26. n. 145

15. *Et laudauerunt eam apud Pharaonem.* p. 75. n. 490

3. *Benedicam benedicentibus tibi.* p. 145. n. 1004

13. 1. *Noli timere Abraham, ego protector.* p. 155. n. 1083

14. 2. *Non accipiam ex omnibus quæ tua sunt.* p.116.n.767

24. *Non accipiam quidquam à te.* p.133 n.901

14. *Puella quæ dixerit bibe, & camelis tuis.* p.166.n.1174

15. 5. *Suscipe cælum, & numera stellas, si eris semen tuum.* p.9 n.36

15. *Suscipe cælum, & numera stellas.* p.163.n.1148

9. *Sume mihi vaccam trinam.* p.148. n.1028

16. *Nondum est completa puuitio Amorrhaeorum.* p.164.n.1157

16 8. *Vnde venis, aut quo vadis.* p.74 n.482

17.15. *Proprio filio suo non pepercit.* p.80. n.523

2. *Percussit Deus fœdus cum Abraham.* p.164.n.1157

4. *Statuam pactum meum tecum.* p.173 n.1243

7. *Creuit pergendo, & crescendo.* p.207. n.1515

18.27. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* p.45.n.273.

12. *Desierant enim in ea fieri muliebria.* p.104.n.692

4. *Requiescite sub arbore ilice.* p.172. n.1237

19.18. *Seruiam tibi septem annos pro Rachel.* p.209.n.1531

21. 9. *Vidit Sara filium Ægyptiæ ludentem.* p.36.n.214

10. *Non erit hæres filius ancillæ cum filio meo.* p.37.n.216

22. 2. *Offer mihi filium tuum in holocaustum.* p.155.n.1091

2. *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac.* p.13 n.62

Leuauit oculos suos procul, & vidit locum. ibid.

24. 3. *Pone manum tuam subter femur meum.* p.40.n.241

53. *Prolatis vasis argenteis dedit Rebeccæ.* p.142.n.977

Protulit vasa argentea & aurea, & dedit Rebeccæ. p.166.n.1177

26. 3. *Ego ero tecum, & benedicam tibi.* p.42.n.256

6. *Abi à nobis, quia potentior factus es.* p.207.n.1517

27. 7. *Fac mihi cibos, quemadmodum dilexi.* p.236.n.1739

Scutum tuum, & merces tua. p.236. n.1741

28.12. *Angelos quoque ascendentes, & descendentes.* p.206.n.1506

1. *Ex omnibus bonis eius portans secum accessit.* p.165.n.1166

13. *Et vocauit nomen illius Bethel.* p.99. n.652

29.20. *Et misit illi hædum.* p.151.n.1054

30.26. *Et seruiuit Iacob septem annis pro Rachel.* p.20⁻.n.1518

24. *Da mihi filios.* p.209.n.1532

16. *Dedi ancillam meam viro meo.* p.210.n.1539

31.39. *Et furata est Rachel idola Patris sui.* p.210.n.1541

41. *Viginti annos in domo tua seruiui tibi.* 210.n.1543

37. 8. *Nunquid regnando, regnabis super nos.* p.99.n.654

22. *Non effundamus sanguinem eius.* p.100.n.656.

Nitebatur liberare eum de manibus. p.664.n.658

17. *Cur adduxisti nobis virum Hebræum.* p.101 n.666

10. *Num ego & mater tua, & fratres.* p 107.n 710

Ecce somniator venit. p.108.n.713

21. *Reuersusque Ruben vidit mala.* p.108 n.715

20. *Venite occidamus eum.* p.132.n 800

30. *Puer non comparet, & ego quo ibo.* p.201.n 1?47

38.26. *Iustior me es.*

39.10. *Et mulier molesta erat adolescenti.* p.96 n.627

17. *Introduxisti seruum, vt illuderet mihi.* p.36.n.215

12. *Et retinuit pallium apud se.* p.96. n.633

11. *Non est quisquam ex viris domus Domini.* p.100.n.663

7. *Iniecit vxor Domini eius oculos.* p.182.n.1323

45. *Pro salute vestra misit me Deus ante vos.* p.36.n 211

49.10. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* p.75.n.491.

Ex Exodo.

Cap.1. 1.7 *Mortuus est Ioseph, & filij Israël creuerunt.* p 76.n.498

17. *Et timuerunt obstetrices Deum.* p.77. n.502

16. *Præcepit obstetricibus, vt masculos occiderent.* p.151.n.1058

11. *Posuerunt super filios Israel.* p.153. n.1069

10. *Venite sapienter opprimamus eum.* p.152.n.1059

8. *Surrexit Rex nouus in Ægypto qui ignorabat.* p.153.n.1070

16. *Dixit Rex obstetricibus suffocate innocentes*

innocentes. p.153.n.1072
2. 11. *Egressus est Moyses ad fratres suos.* p.113.n.1074
9. *Dabo tibi mercedem tuam.* p.161. n.1137
12. *Et percussum Ægyptium abscondit sabulo.* p.28.n.159
6. *Vidit eum quod pulcher esset.* p.77. n.504
14. *Quis posuit te Ducem super nos.* p.135. n.913
Nunquid occidere me tu cogitas. p.135 n.918
24. *Clamauerunt, & suspirauerunt filÿ Israël.* p.144.n 989
3. 9. *Audiui clamorem filiorum Israel.* p.14.n.65
11. *Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem.* p.35.n.206
2. *Vocauit Dominus Beseleel filium Vri, & impleuit.* p.62.n.402
11. *Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem.* p.64.n.422
Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem. p.97.n.638
6. *Et vidit mulier quod bona esset arbor.* p.38 n.585
11. *Quis sum ego, vt vadam ad pradicandum.* p.134.n.905
7. *Vidit Deus filios Israël, & cognouit eos.* p.135.n.918
Vidit Deus, &c. p.154 n.1078
18. *Ibimus viam trium dierum.* p.202. n.1482
4. 11. *Aaron frater tuus scio quod eloquens fis.* p.35.n.206
2. *Quid est, quod tenes in manu.* 97.n.636
25. *Misit Dominus Angelum, vt occideret filium.* p.174.n.1252
5. 9. *Interficiet eos manus mea* p.22.n.121
6. *Adiicietis dare paleas populo.* p.174. n.1250
Otio vacant. p.174 n.1251
8. *Otio torpetis.* p.175.n.1263
6. 6. *Redimam vos in brachio extento.* p.94.n.68
2. *Et scietis, quia ego Dominus, qui eduxi de oneribus.* p.14.n.71
3. *Et incircumcisus labiis ego sum.* p.15. n.75
1. *Et omnes intuiti sunt eos ad malum.* p.174.n.1254
7. 11. *Vocauit Pharao sapientes suos.* p.17. n.83
12. *Et deuorabit virga Moysis, virgam, &c.* p.18.n.84
13. *Ego indurabo cor Pharaonis.* p.16.n.78
11. *Et fecerunt Magi Ægypti suis incantationibus.* p.172.n.1227
10. *Quæ versa est in Draconem.* p.87. n.566
18. *Et aqua conuertentur in sanguinem.* p.101 n.568
4. *Non posuit cor suum etiam ad hoc.* p.97.n.640
9. *Si locutus fuerit ad vos Pharao dando date portentum.* p.234.n.1721
8. 15. *Sacrificate Domino in terra hac.* p.161.n.1136
9. 8. *Orate Dominum, vt non sint tonitrua.* p.175.n.1261
10. 1. *Ego indurabo cor Pharaonis.* p.142. n.972
Et comedit residuum, quod euasit. p.142.n.974
21. *Et erunt tenebræ super terram.* p.143 n.981
17. *Altare plenum erit aromatibus, & teges illud auro.* p.186.n.1352
14. 13. *Viderunt Ægyptios mortuos super littus.* p.153.n.1085
15. 6. *Et submersi sunt in mari.* p.174. n.1252
21. *Videat Dominus super vos, & iudicet.* p.175.n.1264
19. *Interficiet eos manus mea.* p.116. n 766
17. 3. *Non est Deus in medio nostri.* p.98. n.647
7. *Et vocauit nomen illius tentationem.* p.95.n 652
13. *Aaron & Hur sustentabant manibus* p.95.n.650
18. 7. *Egressus est Moyses in occursum soceris sui.* p.34 n.1737
24. *Quibus auditis fecit omnia Moyses quæ ille suggesserat.* p.48.n.305
20. 25. *Altare terreũ facietis.* p.152.n.1164
21. 12. *Si Dominus seruum occiderit.* p.152 n.1061
23. 1. *Ne suscipias auditionem mendacem.* p.50.n.319
Ne ponas manum tuam cum impio vt sis testis. p.50.n.320
3. *Pauperem non decorabis in causa sua.* p.52.n.329
11. *Terra non seminabitur, sed vno anno vacua relinquetur.* p.54.n.338
29. 20. *Capies de sanguine arietis, & pones.* p.184.n.1337
30. 6. *Altare plenum erit aromatibus, & teges illud auro.* p.186.n.1352
32. *Super carnem hominis non vngetur.* p.182.n.1327
9. *Qui tetigerit altare sanctificabitur.* p.185.n.1373
31. 15. *Sex diebus facietis opus in die septimo, &c.* p.63.n 411

7. *Altare ponetur super propitiatorium.* p.183.n.1329
32. 2. *Tabernaculum Ecclesiæ & arca munda erunt.* p.63.n.415
15. *Et accepit Moyses tabulas lapideas scriptas digito Dei.* p.63.n.412
20. *Non poterant eum videre, neque alloqui pacificè.* p.131.n.883
33.23. *Posteriora mea videbis.* p.9.n.33
3. *Non ascendam in medio tui, ne fortè consumam te.* p.64.n.420
12, & 13. *Non scire me fecisti, quem missurus es.* p.65.n.427
23. *Posteriora mea videbis.* p.65.n.428
Ego ostendam tibi omne bonum. p.65. n.431
34.19. *Omne masculum adaperiens vuluam* p.188.n.1371
3. *Vir non ascendet tecum.* p.233. n.1713
10. *Ego Deus fortis, pius & misericors.* p.236 n.1745
37.18. *Videntes eum fratres machinati sunt occidere eum.* p.131.n.882

Ex Leuitico.

Cap.10. n.12. *Potui Domino in caremoniis placere mente lugubri.* p.187. n.1362
11.42. *Omne reptile volans ambulans super pedes, &c.* p.204.n.1492
12. 2. *Septem diebus mulier immunda erit.* p.189.n.1370
Si fœmina peperit immunda erit duabus hebdomadis. p.192.n.1403
3. *Octauo die circumcidetur masculus.* p.154.n.1092
13.45. *Leprosus caput habeat nudum.* p.205. n.1500
46. *Leprosus solus habitet.* p.205.n.1504
12. *Si operuit lepra omnem carnem.* p.196.n.1430
14.38. *Si homo plenus sit lepra vel scabie.* p.195.n.1428
6. *Domus leprosi sanguine passeris purificabitur.* p.197.n.1436
21. *Si pauper fuerit, accipiet agnum vnum.* p.197.n.1438
24. *Septem vicibus aspergetur oleo.* ibid.
19. *Si creuerit macula nigra.* p.204. n.1498
15. 3. *Si mundus fuerit fluens à fluxu suo.* p.206.n.1508
16.31. *Sabbatum sabbati vobis.* p.207. n.1513
26.11. *Ponam tabernaculum meum in medio vestri.* p.110.n.731
Eroque vobis in Deum. ibid.
27.32. *Omnis decima ex seminibus terræ detur,* p.112.n.741

Ex Numeris.

Cap.11. n.29. *Quis mihi det, vt omnis populus prophetet.* p.20.n.96
12.10. *Et populus non est reuersus donec, &c.* p.43.n.264
1. *Et Moyses vir humilis erat valde.* p.228.n.1678
13.11. *Si fuerit in cute carnis tumor vel scabies.* p.226.n.1656
14. 2. *Vtinam mortui essemus in terra Ægypti.* p.61.n.394
Murmurauerunt aduersus Moysem, &c. p.61.n.397
4. *Ponamus caput, & reuertamur in Ægyptum.* p.61.n.398
16. 5. *Ne aspicias Domine ad oblationem illorum.* p.234 n.1723
2. *Surrexit Core contra Moysem & Aaron.* p.109.n.1724
15. *Et filij Israël fugerunt à facie Core & Dathan.* p.235.n.1729
6. *Fac tibi serpentem ignitum.* p.219. n.1614
17.13. *Ostendit promissionis terram, sed ingressum ad illam prohibuit.* p.8. n.29
18. 8. *Secundum opus terræ Ægypti.* p.228. n.1680
21. 5. *Vt quid nos ascendere fecisti ex Ægypto.* p.219.n.1610
6. *Misit Dominus in populo ignitos serpentes.* p.219.n.1612
17. *Tunc cecinit Israël carmen hoc.* p.220.n.1616
2. *Vidit Balac omnia quæ fecerat Israël Amorrhæo.* p.220.n.1618
6. *Sanctus erit tibi quia Sanctus ego sum.* p.225.n.1652
1. *Et pugnauit Chananæus contra Israël,* p.228.n.1676
22.18. *Si dederit mihi Balach.* p.227. n.1668
30. *Nonne sum asina tua super quam equitasti.* p.227.n.1670
20. *Surge & vade cum illis.* p.222. n.1628
24. 5. *Quam plena tabernacula tua Iacob.* p.227.n.1666
13. *Veni consulam tibi.* p.226.n.1663
25. 2. *Comedit populus & adorauit Deos eorum.* p.226.n.1660

Ex

Ex Deuteronomio.

Cap.3. n.6. EGo sum Dominus tuus. p.66. n.437
4. 1. Audi Israël iudicia. p.141.n.967
5. 9. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te, &c. p.61.n.427
26. Accede tu, & audi. p.66.n.438
7. 1. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. p.90.n.587
25. Non concupisces quæ sunt proximi tui. p.67.n.439
3. Cum alienigenis, neque pactum, neque verbum. p.5.n.4
16.15. Non poteris sacrificare Phase intra vnam de portis tuis. p.235.p.1733
20. 8. Formidolosi à bello eiiciantur. p.215. n.1584.
22. 5. Non induetur mulier veste virili neque è contra. p.32.n.183
31.17. Irascetur furor meus contra eum in die. p.41.n.253
33. Cornua Rhinocerotis cornua illius. p.24.n.134
34. 8. Et fleuerunt filij Israël, &c. p.159. n.1119
Fleuerunt filij Israël, &c. p.6.n.14

Ex libro Iosue.

Cap.5. n.25. IVssit Iosue, quod omnis populus circumcideretur. p.155.n.1093
10.12. Et Solem detinere fecit. p.8.n.11.28
14.30. Sepelierunt Iosue, sed non fleuerunt. p.198.n.1448
24.20. Sepelierunt in finibus possessionis suæ. p.195.n.1422

Ex libro Iudicum.

Cap.2. n.7. ET nouerunt omnia opera Domini. p.84.n.549
5. 22. Vt caderet ante pedes eius. p.8.n.28
6. 18. Gladius Domini & Gedeonis est. p.16. n.78
7. 15. Qui lingua lamberent aquas sicut canes. p.24.n.133
8. 2. Quid enim tale facere potui quale vos fecistis. p.16.n.77
9. 15. Venite, & sub vmbra mea requiescite. p.184.n.1338
11.13. Vos eiecistis me tanquam spurcum, nunc autem, &c. p.142.n.970

Ex libro 1. Regum.

Cap.1. n.16. QVare aggrauatis corda vestra sicut, &c. p.87.n.570

2. 6. Dominus pauperem facit, & ditat, & humiliat. p.23.n.128
8. Suscitans de puluere egenum. p.42. n.262
13. Videbis æmulum tuum in templo. p.187.n.1363
4. 13. Et cecidit de sella, in qua sedebat, & mortuus est. p.198.n.1443
8. 21. Et audiuit Samuel omnia verba populi. p.36.n.213
13.2.& 6. Expectauit iuxta placitum, &c. stultè fecisti. p.106.n.703
14. 6. Ascendamus sequere me. p.107. n.707
15.30. Honora me coram senioribus populi. p 99.n.655
17.32. Ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philistæum. p.165.n.1162
20. 3. Viuit Dominus, & viuit anima tua, &c. p.143.n.979
Viuit Dominus quoniam vno gradu, &c. p.96.n.632
24.21. Scio certè quod regnaturus sis. p.71. n.462
29. 9. Scio quod bonus es tu in oculis meis sicut Angelus. p.101.n.669

Ex libro 2. Regum.

Cap.1. n.20. NOlite nuntiare hæc in Geth, ne fortè lætentur. p.49.n.311
2. 14. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur. p.87.n.567
6. 4. Et percussit Dominus Ozam super temeritate tua. p.111.n.732
7. 5. Omne quod oculis tuis bonum est fac. p.226.n.1664
18. Quis sum ego Domine, & quæ est domus mea. p.235.n.1733

Ex libro 3. Regum.

Cap.2. n.21. DEtur Abisac Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. p.119.n.779
12. Non deduces canitiem eius pacificè ad inferos. p.110.n.727
15.29. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. p.140.n.957
17. 1. Viuit Dominus in cuius conspectu sto. p.11.n.43
20. Et percussit Regem Israël inter pulmonem. p.108.n.719
21.20. Inueni quoniam fecisti malum. p.108. n.718
In loco, in quo linxerunt sanguinem. p.109.n.723
22. 5. Scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam. p.109.n.720

Ex libro 4. Regum.

Cap. 5. n. 15. *Verè scio quod non sit alius Deus in vniuersa terra.* p 85. n. 552
17. *Non faciet vltra seruus tuus victimam, aut holocaustum.* p. 84. n. 551

Ex libro 1. Paralipomenon.

Tua Domine sunt omnia, & quæ de manu tua, &c. p. 180. n. 1311
Num Consiliarius Regis es? Quiesce, ne interficiam te. p. 64. n. 416

Ex libro 2. Paralipomenon.

Sedit & luxit diebus multis. p. 154. n. 1080

Ex libro Tobiæ.

Cap. 2. n. 21. *Cauete ne furtiuus sit.* p. 216. n 1585
Cœpit palpitare ante pedes eius. p. 235. n. 1727

Ex libro Iudith.

Cap. 2. n. 4. *Factum est verbum in domo Nabuchodonosor, &c.* p. 49. n. 312
14. 13. *Egressi sunt mures de cauernis suis.* p. 85. n. 556

Ex libro Esther.

Cap. 5. n. 13. *Regina quoque Esther nullum alium ad conuiuium vocauit.* p. 8. n. 27.
5. 12. *Nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum.* p. 87. n. 569

Ex libro Iob.

Cap. 1. n. 7. *Vnde venis? circuiui terram, & perambulaui eam.* p. 98. n. 645
9. *Nunquid frustra Iob timet Deum.* p. 36. n. 213
2. 10. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* p. 33. n. 901
20. *Quare misero data est lux, & vita.* p. 37. n. 223
4. 7. *Quis vnquam innocens periit.* p. 35. n. 202
Quoniam non estis loquuti coram me ibid.
12. *Et quasi furtiuè suscepit auris mea.* p. 88. n. 572
16. *In secreto calami dormit.* p. 116. n. 764
5. 2. *Paruulum occidit inuidia.* p. 207. n. 1517
18. *Vulnerat, & medetur.* p. 141. n. 972
9. 26. *Quasi naues poma portantes.* in Prologo.
20. 15. *Diuitias, quas deuorauit, euomet.* p. 228. n. 1676
22. 18. *Quid est homo quia magnificas eum, &c.* p. 13. n. 61
37. 18. *Forsitan cum eo fabricatus es cælos qui solidissimi &c.* p. 13. n. 58
40. 10. *Fænum quasi bos comedet.* p. 124. n. 818
41. 13. *In collo eius demorabitur fortitudo.* p. 132 n. 886
42. 7. *Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos.* p. 35. n. 201

Ex Psalmis.

Ps. 1. n. 1. *Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum.* p. 98. n. 647
4. 8. *Abyssus abyssum inuocat.* p 78. n. 509
3. *Filij hominum vsquequo graui corde.* p. 115. n. 758
7. *Signatum est super nos.* p. 184. n. 1342
8. 10. *Quis est iste Rex gloriæ.* p. 189. n. 1375
9. 22. *Vt quid Domine recessisti longe despicis &c.* p. 37. n. 223
11. *Sperant in te, qui nouerunt nomen.* p. 88. n. 573
10. 3. *Laudatur peccator in desideriis.* p. 208. n. 1510
18. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* p. 190. n. 1385
11. 6. *Quoniam exaudiuit Dominus gemitus.* p. 195. n. 1424
2. *Saluum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus.* p. 23. n. 127
9. *In circuitu impij ambulant.* p. 41. n. 246
6. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum.* p. 53. n. 336
Ad Dominum cum tribularer, clamaui. idem p. 53
9. *Cornu eius exaltabitur in gloria.* p. 145. n. 1003
13. 2. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* p. 185. n. 1344
16. 15. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* p. 155. n. 1090
4. *Non loquatur os meum.* p. 195. n. 1426
5. *Perfice pedes meos in semitis tuis vt non moueantur.* p. 38. n. 225
Et super excelsa deducet me victor. p. 38. n. 226

14. Domine à paucis de terra diuide eos. p.40.n.148
17. 27. Et cum peruerso peruerteris. p.52. n.328
43. Fiant tanquam puluis ante faciem venti p.140.n.962
18. 5. In omnem terram exiuit sonus. p.83. n.541
11. Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum in Prologo.
6. Exultauit vt gigas ad currendam viam. p.34.n.196
20. 4. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus. p.68.n.448
21. 7. Ego sum vermis, & non homo. p.124. n 816
3. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ. p.226.n.1660
23. 1. Domini est terra & plenitudo eius. p.196.n.1434.
7. Attollite portas Principes vestras. p.135.n.919
30. 7. Odisti obseruantes vanitates. p.107. n.712
19. Muta fiant labia dolosa. p.229. n.1687
33. 9. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. p.135.n.913
34. 16. Dissipati sunt, neque compuncti. p.174. n.1150
35. 12. Non veniat mihi pes superbiæ. p.31. n.177
10. Quoniam apud te est fons vitæ p.144. n.986
36. 7. Aures autem perfecisti mihi. p.190. n.1385
37. 7. Miser factus sum, & conturbatus. p.196. n.1434
38. 7. Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit. p.210.n.1535
10. Fortitudinem meam ad te custodiam. p.233.n.1716
39. 9. In capite libri scriptum est de me. p.144 n.985
43. 5. Dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui. p.11.n.43
22. Propter te mortificamur tota die. p.163.n.1146
44. 4. Accingere super famur tuum potentissime. p.80.n.524
Sagitta tua acuta. ibidem p.80
33. Diffusa est gratia in labiis tuis, &c. p.123.n.812
17. Constitues eos Principes super omnem terram. p.134 n.919
8. Propterea vnxit te Deus Deus tuus. p.189.n.1375
46. 2. Omnes gentes plaudite manibus. p.117. n.771
Omnes gentes plaudite manibus. p.114.n.755
47. 8. In spiritu vehementi. p.181.n.1321
48. 19. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. p.98.n.646
16. Cum diues factus fuerit homo peribit p.195.n.1424
49. 16. Peccatori autem dixit Deus. p.225. n.1654
54. 7. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. p.197 n.1436
24. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. p.210. n.1537
57. 5. Furor illis sicut aspidis surdæ. p.150. n.1021
6. Furor illis secundum serpentes. p.131. n.880
63. 9. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ. p.121.n.795
64. 14. Et valles abundabunt frumento. p.86. n.561
66. 2. Illuminet Dominus vultum suum super nos. p.15.n.71
67. 4. Exultent iusti in conspectu Dei. p.11. num.43
15. Dum discernit cælestis Reges super eam niue. p.66.n.433
68. 10. Et opprobria exprobrantium tibi. p.197.n.1441.
71. 14. Ex vsuris, & iniquitatibus redimet. p.195.n.1424
Ex vsuris, & iniquitatibus redimet. ibidem p.195
6. Orietur in diebus eius iustitia. p.114. n.753
7. Orietrr in diebus eius iustitia. p.117. n.770
72. 7 Transierunt in affectum cordis. p.174. n.1254
73. 13. Tu commouisti capita Draconũ. p.229. n.1687
14. Dedisti escam populis Æthiopum. p.37. n.217
12. Operatus est salutem in medio terræ. p.83.n.543
30. Adhuc esca eorum erant in ore eorum. p.220 n.1620
79. 2. Qui sedes super Cherubin manifestare. p.205. n.1502
81. 3. Quia non iustificatur in conspectu tuo. p.229. n.1685
82. 13. Qui bibunt sicut aquam iniquitatem. p.197.n.1440.
82. 12. Pone illos vt rotam, & sicut stipulam. p.197. ibidem.
83. 11. Elegi abiectus esse in domo Dei mei. p.66.n.438
87. 16. Pauper sum ego à iuuentute mea. p.67. n.439

90.18. *Angelis suis Deus mandauit de te.* p.140.n.960

91.13. *Iustus vt palma florebit.* p.98.n.647

15. *Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi.* p.210.n.1537

94.3. *Quoniam Rex magnus Dominus super omnes cælos.* p.14.n.69

97.13. *Viderunt omnes fines terræ.* p. 83. n. 543

98.3. *Veni in altitudinem maris.* p.21.n.1085

101.24. *Et audiuit gemitus compeditorum.* p.203.n.1486

102.20. *Ad audiendum verba sermonum eius.* p.42.n.262

105.4. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum.* p.12.n.52

7. *Et irritauerunt ascendentes in mare* p.68.n.438

108.28. *Maledicent illi, & tu benedices.* p.145.n.1004

110. *Intellectus bonus facientibus eum.* p.186.n 1355

111.10. *Dentibus suis fremet.* p.195.n.1424

111.1. *Beatus vir qui timet Dominum.* p.197 n.1435

112.17. *Suscitans à terra inopem, & de stercore.* p.32.n.262

114.11. *Pars autem Domini populus eius.* p.86. n.561

116.11. *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* p.165.n.1169

118. *Erraui sicut ouis quæ periit.* p.43. n.263

52. *Viam mandatorum tuorum cucurri.* p.67.n.434

39. *Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum.* p.100.n.657

Erraui sicut ouis quæ periit. p.154. n.1076

39. *Amputa opprobrium meum, &c.* p.216.n 1585

Custodiuit anima mea testimonia tua. p.186.n.1357

120.4. *Ecce non dormitabit, neque dormiet.* p.57.n.359

121.1. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.* p.15.n.71

136.2. *Quomodo cantabimus canticum nouum.* p.68.n.446

5. *In salicibus in medio eius suspendimus.* p 68.ibidem

138.24. *Et vide si via iniquitatis est in me.* p.98.n.642

139.13. *Cognoui quia faciet Dominus iudicium.* p.175.n.1265

140.4. *Non communicabo cum electis eorum.* p.24.n.128

Singulariter sum ego, donec transeam. p.24.ibidem.

143.15. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* p.110.n.731

145.4. *Exibit spiritus eius, & reuertetur.* p.115.n.759

147.18. *Emittet Verbum suum, & liquefaciet ea.* p.578.n.576

Ex libro Prouerbiorum.

Cap.1. n.17. *Frustra iacitur rete ante oculos.* p. 181.n.1318

3.16. *In sinistra illius diuitiæ, & gloria.* p.196.n 1432

4.18. *Iustorum semita quasi lux splendens.* p.155.n.1090

6.26. *Non concupiscat cor tuum pulchritudinem fœminæ.* p.172.n.1233

7.12. *Stultus, vt luna mutatur.* p.98.n.644

8.41. *Et delitiæ me esse cum filiis hominum.* p.112.n.741

9.1. *Sapientia ædificauit sibi domum.* p.141. n.694

8. *Auerte faciem tuam à muliere compta.* p.172.n.1232

10.1. *Filius sapiens gloria patris.* p. 205. n.1505

12.21. *Non contristabit iustum quidquid ei acciderit.* p.130.n.878

19. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.* p 134.n.910

31. *Non contristabit iustum quidquid acciderit ei.* p.196.n.1431

13.12. *Spes quæ differtur affligit animam.* p.208.n.1523

20. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit.* p.58.n.1366

14.14. *Non alligabis os boui trituranti.* p.12. num. 51

13. *Extrema gaudij luctus occupat.* p.133. n.898

Inrisu dolebit cor. p.136.n.920

18. *Paruuli possidebunt stultitiam.* p.208. n.1525

15.1. *Responsio mollis frangit iram.* p. 53. n.333

22. *Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium.* p.49.n.310

20.8. *Rex qui sedet in solio suo dissipat intuitu suo.* p.184.n.1338

21.1. *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis.* p.178.n.1282

12. *Princeps qui libenter audit verba mendacij.* p.170.n.1211

22.15. *Stultitia colligata est in corde pueri.* p.208.n.1525

25.20. *Nitrum aceto delibutum amittit omnem vim.* p.54.n.340

27.2. *Laudet te alius, & non os tuum.* p 94. n.613

19. *Quomodo in aquis resplendet vultus prospicientium.* p.16.n.81
28. 1. *Iustus quasi leo sine terrore.* p.130.n.878

Ex libro Ecclesiastes.

Cap. 1. n.4. *Terra autem in æternum stat.* p.12.54
12. 4. *Obsurdescent omnes filiæ carminis.* p.51. n.321
12. *Faciendi libros, nullus est finis.* in Prol.

Ex Canticis Canticorum.

Cap. 1. n.7. *Indica mihi vbi cubes in meridie.* p.9.n.34
8. *Si ignoras te, egredere, & abi post vestia gregum.* p.9.n.34
7. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi cubes.* p.65.n.427
8. *Si ignoras te ô pulcherrima* p.65.n.427
10. *Muranulas aureas faciemus tibi.* p.142. n.811
2. 5. *Nuntiate dilecto, quia amore langueo.* p.37.41.n.224.& 253
12. *Vox turturis audita est in terra nostra.* p.41.54.n.252.& 341
7. *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis.* p.79.n.518
16. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* p.85.105. n.553.& 698
10. *En dilectus meus loquitur mihi.* p.194. n.1416
5. *Fulcite me floribus.* ibidem.n.1420
3. 3. *Num quem diligit anima mea.* p.26.37. n.1472.& 223
4. 3. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum.* p.9.n.31
4. *Sicut turris Dauid, quæ ædificata est.* p.103.n.686
3. *Hortus conclusus emissiones tuæ paradisus.* p.166. n.1177
5. 2. *Ego dormio, cor meum vigilat.* p.108. n.714
6. *Anima mea liquefacta est.* p.190.n.1384
10. *Candidus & rubicundus electus ex millibus.* p.201. n.1472
6. 4. *Capilli tui sicut greges caprarum.* p.201, n.1467
7. 7. *Statura tua assimilata est palmæ.* p.226. n.1665
11. *Veni columba mea in foraminibus.* p.231.n.1700
8. 13. *Quæ habitas in hortis amici auscultant te.* p.144.n.993
8. *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis.* p.190.n.1388
6. *Dura sicut infernus æmulatio.* p.99. n.655.
13. *Quæ habitas in hortis amici auscultant te.* p.24.n.132

Ex libro Sapientiæ.

Cap. 2. n.11. *Fortitudo vestra lex iustitiæ.* p.20. num.96
3. 7. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ.* p.116.n.762
19. *Fili in mansuetudine opera tua perfice.* p.39.n.235
4. 7. *Iustus autem si morte præoccupatus fuerit.* p.26.n.144
5. 3. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus, &c.* p.14.n.69
6. *Ergo errauimus à via veritatis.* p.84. n.546
4. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus, &c.* p.87.n.570
3. *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum.* p.195.n.1424
6. 7. *Potentes potenter tormenta patientur.* p.152.n.1063
7. 11. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* p.41.n.253
9. 10. *Mitte illam à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit.* p.227.n.1674

Ex libro Ecclesiastici.

Cap. 1. n.1. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* p.115.n.756
7. 6. *Melius est à sapiente corripi, quam stultorum.* p.213.n.1561
9. 9. *Propter speciem mulieris multi perierunt.* p.185.n.1350
17. *Verba sapientiæ audiuntur in silentio.* p.226.n.1658
10. 13. *Initium omnis peccati superbia.* p.112. n.742
18. 19. *Antequã loquaris, disce.* p.203.n.1490
21. 11. *Lata est via quæ ducit ad perditionem.* p.181.n.1320
2. *Quasi à facie colubri fuge peccatum.* p.98.n.642
22. 13. *Luctus mortui septem dies; fatui autem.* p.154.n.1079
23. 31. *Vox Pauperis penetrat nubes.* p.150. n.1035
25. 23. *Ira mulieris est implacabilis.* p.19.n.93
27. 12. *Stultus vt luna mutatur.* p.37.n.223
33. 5. *Præcordia fatui quasi rota currus, &c.* p.98.n.646
40. 24. *Tibia, & Psalterium suauem faciunt melodiam.* p.88.n.575
41. 1. *O mors quam amara est tua memoria.* p.198.n.1445
46. 20. *Intonuit de cælo Dominus, & in sonitu magno, &c.* p.173.n.1246

Ex

Ex Isaia.

Cap.1. p.1. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem, &c. p.86.n.563
14. Odiuit anima mea celebritates vestras. p.119.n.781
Odiuit anima mea calendas vestras. p.135.n.915
2. 4. Non leuabit gens contra gentem gladium. p.114.n.753
40. Conflabunt gladios in vomeres. p.114. n.753
4. Non leuabit gens contra gentem gladium. p.116.n.763
13. Sanctitas Domino Israel primitia. p.154.n.1078
3. 6. Apprehendet vir fratrem suum. p.226. n.1660
5. 8. Propter scelus populi mei occidi eum. p.135. n.919
6. 2. Vidi Dominum sedentem super solium. p.26.n.1441
3. Sanctus, Sanctus, Sanctus sine requie. p.135.n.919
2. Et velabant faciem suam. p.162. n.140
8 Quis ibit nobis, &c. Ecce ego mitte me. p.194. n.1418
7. 4. Ecce Virgo concipiet, & vocabitur nomen eius, &c. p.160 n.1127
8. 4. Antequam puer sciat vocare patrem. p 124.n.816
9. 21. Et vocabitur nomen eius admirabilis. p.114.n.753
6. Puer datus est nobis. p 162.n.1140
10. 5. Va Assur virga furoris mei. p.91. n.397
11. 1. Ecce virgo concipiet p.94.n.609
19. 5. Ascendet Dominus super nubem leuem. p 66 n.437
21, 11. Custos quid de nocte, custos quid de nocte. p.145.n.997
24. 23. Erubescet luna, & confundetur. p. 5. num. 3
28. 19. Vexatio dabit intellectum. p. 86. n.564
30. 2. Quis consiliarius eius fuit. p.49.n.310
33. 7. Angeli pacis amare flebunt. p.34. n. 98
35. 2. Germinans germinabit sicut lilium. p 719. n.781.
40. 3. Vox clamantis in deserto parate viam. p.81 n.528
5. Et videbit omnis caro salutare Dei. p 85.n 581
45. 15. Vere tu es Deus absconditus. p.5 n 75
Vere tu es Deus absconditus p.26.n.147
8. Rorate cœli desuper, & nubes pluant. p.123.n.876
48. 22. Non est pax impiis. p.130.n.878
49. 2. Posuit me quasi sagittam electam. p.80. n.524
52. 7. Regionem vestram alienigeni deuorabunt. p.71.n.462
53. 7. Sicut ouis ad occisionem ductus est. p.21. n.109
55. 1. Omnes sitientes venite ad aquas. p.83. n.544
10. Canes muti non valentes latrare. p.183.n.1332
Nos quasi caci palpabimus parietem. p.65.n.431
58. 3. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur. p.....n.....
6. Hoc ieiunium quod elegi vt soluas. p.63. n. 411
59. 3. Manus vestra sanguine plena sunt. p.198.n.1444
60. 8. Qui sunt hi, qui vt nubes volant. p.68. n.447
63. 3. Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. p.197.n.1436
65. 17. Ecce ego creo cœlum nouum, & terram nouam. p.12.n.54
8. Quemadmodum inuenitur mustum in botro. p.141.n.974

Ex Ieremia.

Cap.2. n.32. Non potest virgo obliuisci ornamenti sui. p.95.n.619
6. 14. Pax, pax, & non erat pax. p.130. n.877
7. 4. Nolite confidere in verbis mendacibus. p.196.n.1430
31. 34. Omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum. p.22.n.118
20. Nõne filius pretiosus est mihi Ephraim. p.112.n.741
Vox in Rhama audita est ploratus. p.149. n.1039

Ex Threnis Ieremiæ.

Cap.1. n.14. Vigilauit iugum iniquitatũ meorum. p.187. n.1360
2. 15. Defixa sunt in terra porta eius, perdidit & conticuit vestes. p.25.n.141

Ex Ezechiele.

Cap.1. n.1. ETerat rota in medio Rota. p.197. n. 1440
16. Et apparuit rota in medio rota. p.162. n.1144
2. 3. Ecce cum scorpionibus habitas. p. 38. n.228
3. 3. Comede volumen istud. p.38.n.228

4.2. Porta

4. 2. *Porta manens omnino clausa.* p.104. n. 687
11. *Aquam in mensura bibe.* p.133.n.901
24.14. *Non recedam, & non parcam, & non pænitebit me,* p.112.n.741
27.26. *In aquis multis adduxerunt te remiges tui.* p.96.n.629
28. 12. & 13. *Tu signaculum similitudinis.* p.182. n.1327

Ex Daniele.

Cap. 2. n.10. *Videbam in visione capitis mei.* p. 187. n.1359
2.31. *Suscitabit Dominus Deus cæli & terræ.* p.71.n.457
4.2. & 3. *Numeravit Dominus regnum tuum.* p.51.n.325
5. 25. *Et facies Regis immutata est.* p.45. n.230
5.6. *In eadem hora apparuerunt digiti* p.49. n.309
16. *Munera tua sint tibi.* p.76. n.497
6.6. *Rex in æternum vive.* p.37.n.219
13. *Egressa est sententia, ut omnes perirent.* p.38.n.230
8. *Qui iubente Rege indutus est purpura.* p.53.n.332
8.17. *Fili hominis intellige visionem hanc.* p.25.n.137
13.35. *Immisit Dominus spiritum veritatis in Danielem,* p.101.n.666
42. *Et clamavit Susãna voce magna.* p.155. n.1088
33. *Sed & ancillæ flebant amarè.* p.227. n.1671.

Ex Osea.

Cap. 2. n.5. *Vadã post amatores meos.* p.226. n.1661
5. 6. *Ibunt cum bobus, & muneribus.* p.112. n.741
11. 1. *Ex Ægypto vocavi filium meum.* p.137. n.928
4. *In funiculis Adam traham eos.* p.37. n.224
13.14. *O mors, mors ero tua, ero morsus tuus inferne.* p.21.n.110

Ex Ioel.

Cap. 1. n.4. *Residuum erucæ comedit locusta.* p.142.n.975
2.14. *Quis scit, si ignorat Deus, & relinquat.* p.142. n.974
32. *Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem.* p.5.n.4

Ex Iona.

Cap.1. n 8. *Quæ est terra tua, aut quo vadis.* p 74.n.483
12. *Mitte me in mari, & cessabit tempestas.* p.89.n.597
4.10. *Quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte periit.* p.31.n.179

Ex Michæa.

Cap.5. n.2. *Ex te ô Bethlehem exiet, qui regat populum meum.* p.89.n.583
Et tu Bethlehem terra Iuda. p.185. n.1345.

Ex Nahum.

Cap.1. n.1. *Impij quasi spinæ invicem complectuntur.* p.74.n.485

Ex Habacuc.

Cap.2. n.6. *Væ ei qui multiplicat non sua.* p.77.n.506
3.1. *Domine audivi auditum tuum, & timui.* p.120.n.793
19. *Ponet pedes meos quasi cervorum.* p.38.n 225

Ex Sophonia.

Cap.2. n.8. *Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina.* p.32. n.183.

Ex Zacharia.

Cap.9. n.11. *Tu autem in sanguine testimonij tui eduxisti.* p.2 .n.109
10.2. *Et idola loquuta sunt mendacia.* p.210. n.1541
13.8. *His plagatus sum in medio illorum qui diligebant me.* p.135.n.914
44.3. *Princeps ipse sedebit in ea* p.190.n.1388

Ex Malachia.

Cap.2. n.10. *Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit.* p.29.n 165
5.15. *Calcabis olivam, & non ungeris oleo* p.132.n.887

Ex lib. 1. Machabeorum.

Cap.2. n.12. *Ex quo recessimus à te invenerunt nos mala.* p.41.n.252

NOVVM

NOVVM TESTAMENTVM.

Ex Matthæo,

Cap.1. n.1. CHRISTI generatio sic erat. p.166.n.1172
33. 3. Ego à te debeo baptizari. p.221.n.1621
29. Altera autem die vidit Ioannes Iesum. p.221.n.1623
4. 19. Venite post me, faciam vos fieri piscatores. p.34.n.200
17. Pænitentiam agite appropinquauit, &c. p.42.n.262
2. Et cum ieiunasset quadraginta diebus. p.134.n.903
5. 8. Beati mundo corde. p.233.n.1717
19. Qui fecerit, & docuerit magnus vocabitur. p.183.n.1332
Ad nihilum valet vltra nisi, vt conculcetur. p.184.n.1338
37. Sit sermo vester, est est, non, non. p.17.n.681
13. Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras. p.85.n.556
6.24. Nemo potest duobus Dominis seruire. p.67.n.443
Væ vobis diuitibus qui hic habetis. p.97. n.637
8. 19. Sequar te quocumque ieris. p.28. n.158
Sequere me. p.34.n.200
10.16. Estote simplices sicut columbæ. p.131. n.885
11.25. Reuelasti ea paruulis. in Prologo.
2. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi. p.18.n.86
8. Qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. p.31.n.180
Venite ad me omnes qui laboratis. p.54.n.340
15. 1. Audiuit Herodes famam Iesu. p.30. n.172
17. Etiam Domine nam & catelli comedunt. p.53.n.336
Etiam Domine nam & catelli comedunt. p.99.n.649
16.13. Quem dicunt homines esse filium hominis. p.25.n.138
28. Et venient cum eo omnes Angeli eius. p.7.n.24
17.1. Ascendit Iesus in montem excelsum. p.233.n.1714
20.34. Potestis bibere calicem, quem ego, &c. p.9.n.34
24. 3. Non relinquetur lapis super lapidem. p.5.n.1
25.37. Quando te vidimus, vel audiuimus. p.80.n.525
26.41. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. p.184.n.1341
27. 6. Et laqueo se suspendit. p.86.n.564
23. Causam nullam inuenio in homine isto. p.53.n.334
Quid enim mali fecit. p.53.n.334

Ex Marco,

Cap.6. n.13. HErodias autē insidiabatur Ioanni. p.19.n.88
18. Non licet sibi habere vxorem fratris tui. p.75.n.492
7. 17. Arguebat Ioannes Herodem propter Herodiadem. p.18.n.86
13. 1. Magister aspice quales lapides. p.5. num.1
28. A ficu discite parabolam. p.10.n.40
16. 1. Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. p.86.n.558

Ex Luca.

Cap.1. n.58. ET audierunt vicini & cognati, & congratulabantur ei. p.14.n.69
6. Erant ambo iusti ante Deum. p.165. n.1170
7. Euangelizo vobis gaudium magnum. in Prologo.
2. 5. Nunc dimittis seruum tuum Domine. p.9.n.35
42. Fili, quid fecisti nobis sic. p.37.n.224
13. Factum est, vt impleti sunt dies officij sui. p.144.n.987
4. 13. Et recessit ab illo vsque ad tempus. p.152.n.1067
5. 16. Cupiebat implere ventrem suum de siliquis. p.40.n.245
6. 1. Redde rationem villicationis tuæ. p.27. n.156
7. 18. Annuntiauerunt ea Ioanni discipuli eius. p.19 n.95
11. 5. Amice cōmoda mihi tres panes. p.208. n.1520
12.25. Nescitis cuius spiritus estis. p.233. n.1717

15.10. *Gaudium est in cælo super vno peccatore.* p.41.n.254
17.17. *Nonne decem mundati sunt.* p. 61. n.394
19.35. *Quia inde erat transiturus.* p.43. n.265
21.25. *Erunt signa in sole, & luna.* p.5.n.1
32. *Non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant.* p.12.n.52
28. *Respicite & leuate capita vestra.* p.14.n.69
33. *Cælum & terra transibunt, verba mea, &c.* p.15.n.73
22.20. *Accipite & manducate.* p.89.n.584
35. *Quomodo misi vos sine pera, &c.* p.59. n.377
23. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis.* p.23.n.122
34. *Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* p.183.n.1334
24.35. *Et cognouerunt eum in fractione panis.* p.89.n.584

Ex Ioanne.

Cap.1. n.30. *Et confessus est, & non negauit.* p.17.n.82
45. *Quem scripsit Moyses, & Propheta inuenimus.* p.22.n.116
3. *Omnia per ipsum facta sunt.* pag.59. n.373
A Nazareth potest aliquid boni esse. p.118.n.773
11. *In propria venit, & sui eum non receperunt.* p.121.n.803
12. *Et sui eum non receperunt.* pag. 135. n. 914
2. 19. *Soluite templum hoc, & in triduo.* p.202.n.1483
15. *Fecit quasi flagellum.* p.76.n.500
3.16. *Sic Deus dilexit mundum.* p.212 n.1553
4.6. *Sedebat sic supra fontem.* ibidem.
53. *Nisi manducaueritis carnem.* p. 139. n. 948
34. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei.* p.190.n.1388
38. *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.* p.227.n.1673
7.49. *Hic est verè Propheta, qui venturus est.* p.21.n.111
8. 13. *Tu de te ipso testimonium perhibes.* p.21.n.114
54. *Est Pater meus qui glorificet me.* p.84. n.548
47. *Qui ex Deo est verba Dei audit.* p.190. n.1386
9. 1. *Vidit hominem cæcum sedentem.* p.43. n.265
10.16. *Et erit vnus Pastor, & vnum ouile.* p.89.n.582
12. *Nunc glorificatus est filius hominis.* p.80. n.523
31. *Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham.* p.228.n.1676
13.23. *Qui supra pectus Domini in cœna.* p.141.n.965
14.23. *Si quis diligit me sermonem meum seruabit.* p.208.n.1524
15.5. *Sine me nihil potestis facere.* pag. 59. n.375
24. *Si non fecissem opera, quæ nemo alius fecit.* p.19.n.94
19.27. *Et accepit illam Discipulus in sua.* p.93.n.606
33. *Hoc factum est, vt adimpleretur scriptura.* p.139.n.954
34. *Exiuit sanguis & aqua.* pag. 157. n.1100
27. *Mulier ecce filius tuus.* p.194.n.1410

Ex Actibus Apostolorum.

Cap.1. n.10. *Et nubes assumpsit eum.* pag. 7. num. 22
11. *Sic veniet, quemadmodum vidistis eum.* p.7.n.21
2.37. *Quid faciemus, væ nobis.* pag. 83. num. 535
4.13. *Comperto quod essent homines idiotæ.* p.6.n.17
24. *Multæ te litteræ ad insaniam conuertunt.* p.53.n.336
Non insanio optime Feste pag. 53. num. 336
5.41. *Quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu.* p.60.n.387
7.36. *Video cælos apertos, & Iesum stantem.* p.191.n.1391
9.4.& 5. *Domine quid me vis facere.* p. 88. num. 576
3. *Ego sum Iesus Nazarenus.* pag. 160. num. 1130
17.27. *Cum non longe sit ab vnoquoque nostrum.* p.65.n.431
28. *In ipso viuimus, mouemur, & sumus.* p.59.n.373
20.20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi.* p.43.n.263

Ad Romanos.

Cap.1. n.12. *Cupio venire ad vos, vt aliquid spiritualis gratiæ.* p.48.n.307
3. *Factus ex semine Dauid secundum carnem.* p.104.n.689
8. 2. *Postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* p.41.n.254

3. *In similitudinem carnis peccati.* p.219. n.1614
13.12. *Nox præcessit; dies autem appropinquauit.* p.128.n.844
14. *Induimini Christum.* pag. 212. num. 1551

Ex Epistola 1. ad Corinth.

Cap.1. n.31. Q*Vi gloriatur in Domino glorietur.* p.95.n.621
Qui gloriatur in Domino glorietur. p.206.n.1506
1. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* p.212.n.1553
2.9. *Neque auris audiuit, neque oculus vidit.* p.41.n.253
4. *Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis.* p.97.n.639
14. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei.* p.124.n.817
4. *Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis.* p.134.n.906
4.3. *Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer.* p.79.n.517
5.1. *Omnino auditur inter vos fornicatio.* p.205.n.1504
6.17. *Qui adhæret Deo vnus spiritus fit cum eo.* p.163.n.1151
11.15. *Mulier si comam nutriat; gloria est illi.* p.32.n.186
11. *Mulieres in Ecclesia velare caput propter Angelos.* p.204.n.1497
12.3. *Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu Sancto.* p.212.n.1553
13. *Nemo potest dicere Dominus Iesus.* p.210.n.1541
13.7. *Charitas omnia credit, omnia sperat.* p.88.n.573

Ex Epistola 2. ad Corinth.

Cap.3. n.5. N*On sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis.* p.65.n.431
Idem. p.102.n.676
7.10. *Tristitia quæ secundum Deum pænitentiam operatur.* p.155.n.1082
8.9. *Qui cum diues esset, pro nobis egenus factus est.* p.191.n.1394
18. *Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est.* in Prologo.
12.4. *Arcana Dei, quæ non licet homini loqui.* p.108.n.714

Ex Epistola ad Galatas.

Cap.4. n.12. E*Stote sicut & ego, quia & ego sicut vos.* p.88.n.576

Ex Epistola ad Ephesios.

Cap.5. n.3. F*Ornicatio aut immunditia neque nominetur.* p.144.n.991

Ex Epistola ad Philipenses.

Cap.1. n.3. C*Vpio dissolui, & esse cum Christo.* p.198.n.1445
2.9. *Et donauit illi nomen, quod est super omne.* p.224.n.1644
10. *In nomine Iesu omne genu flectatur.* p.105.n.700

Ex Epistola ad Colossenses.

Cap.2. n.4 D*Elens quod aduersus nos erat Chirographum.* p.157.n.1103
11. *Circumcisi enim estis circumcisione manufacta.* p.158.n.1110

Ex Epistola ad Timotheum.

Cap.2. n.4. M*Vlieres in habitu ornato cum verecundia.* p.33.n.188

Ex Epistola ad Titum.

Cap.1. n.16. Q*Vi confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* p.84. n.549

Ex Epistola ad Hebræos.

Cap.10. n.5. H*Ostiam, & oblationem noluisti, corpus autem.* p.163.n.1145
11.37. *Circuierunt in melotis, in pellibus.* p.201.n.1467

Ex Epistola 1. Petri.

Cap.1. n.12. I*N quem concupiscunt Angeli prospicere.* p.230.n.1695
3.7. *Ignis iudicij perueniet.* p.12.n.54
4.8. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* p.125.n.823
5.8. *Quia aduersarius vester Diabolus tanquam Leo.* p.192.n.1408

Ex 2. Petri.

Cap.1. n.10. S*Atagite vt per bona opera certam faciatis vocationem vestram.* p.40.n.245
1.19. *Habemus firmiorem Propheticum sermonem.* p.89.n.583

Ex

Ex Epiſtola Ioannis.

Cap.5. n.15. *Mundus poſitus eſt in maligno.* p.198.n.1445

Ex Apocalypſi.

Cap.1. n.5. *Primogenitusmortuorum, & Princeps Regum.* p.162.n.1140
2.2. *Et vidi cælum nouum, & terram nouam.* p.12.n.54
5. *Niſi pœnitentiam egeritis.* pag. 197. n.1439
3.15. *Vtinam calidus, aut frigidus eſſes.* p.54.n.339
4.6. *Et in circuitu ſedis ſtabant quatuor animalia.* p.143.n.984
10. *Et mittebant coronas ſuas ante thronum.* p.108.n.1521
5.11. *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere diuinitatem.* p.15.n.74
5. *Nemo dignus eſt aperire librum.* p.53. n.332
12. *Dignus eſt agnus qui occiſus eſt.* p.135. n.919
7. *Et accepit de dextera ſedentis in throno librum.* p.196.n.1432
12. *Agnus occiſus ab origine mundi.* p.164.n.1158.
7.9. *Vidi turbam magnam quam dinumerare.* p.83.n.542
10.11. *Oportet te iterum prædicare.* in Prologo.
16.10. *Centum quadraginta quatuor millia.* p.146.n.1010
19.11. *Et ecce equus albus & qui ſedebat.* p.119.n.862
12. *Et in capite eius nomen ſcriptum, &c.* p.160.n.1128
22.14. *Lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.* p.197.n.1436

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HAC AVREA CATENA Sanctorum Ecclesiæ Doctorum continentur.

p, *paginam*, n, *verò numerum marginalem designat.*

A.

Abatissa.

ABATISSA à maiori statu dicitur sicut & maiestas. p.7.n.24

Abraham.

Abraham coram Loth non est ditatus. p.187.n.1363.

Absentia.

Absentia charitatis in sole, & in luna quomodo fiet in extremo die iudicij. p.5.n.2.& 3.

Abulensis.

Abulensis Diabolum pro sole obscurandum esse ante diem iudicij refert, & refutat. p.5.n.5

Abulensis quomodò explicat quòd virtutes cœlorum mouebuntur ante diem aduentus Domini. p.6.n.11

Abulensis sicut cometæ; quæ per aëra volitant, virtutes cœlorum mouendas tenet. p.6.n.13

Abusus.

Abusus festorum in nocte Natiuitatis Domini abiiciendus. p.121.n.807

Abusus Diabolicus ostendere mulieres pectora, & vbera, & terga nuda. pag. 122. n.807

Accessus.

Accessus intempestiuus ad superiores insipientiæ, & ignauiæ signum est. *in Prologo.*

Adam.

Adam totus fuit mersus in aquis Iordanis. p.96. n. 630

Aduersitas.

Aduersitas amica Dei. p.14.n.66

Adulator.

Adulatores placent impiis. p.37.n.218

Adulatores homines crudeles, & impij. p.45. n.275

Adulator fortissimus hostis. p.50.n.316

Adulatores filij huius sæculi. p.50.n.328

Adulatores sunt ministri, & Prædicatores Regum. p.185.n.1345

Adulatores fugiendi sunt. p.213.n.1561

Afflictio.

Afflictionibus torquetur cor. p.102.n.676

In afflictionibus ad Deum clamandum. p. 175. n.1265.

Afflictus.

Afflicti calumniis, & persecutionibus ad Deum clament. p.176.n.1266

Ambitio.

Ambitio voluntatem impiam generat & omnia bona opera destruit. p.125.n.826

Ambitiosus.

Ambitiosi memores sunt dignitatum antiquarum, & torquentur memoria illorum. p.78.n.508

Ambitiosi audaces nimis sunt. p... n.446

Ambitiosi cito similes inueniunt. p.234.n.1715

Ambitiosi sunt soliciti nimis. p.170.n.1220

Ambitiosi spe fraudati diuersis modis quærunt honores. p.185.n.1347

Ambitiosi manibus reptát,& volant.p.204.n.1494

Ambitiosi diuites audiunt, non pauperes. p.203. n.1486

Amicus.

Amicorum subleuatio impios facit. p...n.553

Vere amici non terrentur p.24.n.155

Amicus Dei dilectus, qui de omnibus beneloquitur. p.35.n.203

Amor.

Amor mulierum captiuos facit. p.19.n.93

Amor delectat amantis auditum. p.26.n.145

Amor Dei Mariam delectabat. p 26.n.145

Amor absentia orquetur. p.41.n.254

Amor amicorum cor transfigitur pœnis æqualibus. p.96.n.633

Amor Iesu totum bonum desiderat. p.106.n.702

Amoris naufragium calma vocatur. p.119.n.784

Amor transcendit vocem amantis. p.144.n.993

Amor Dei est ineffabilis. p.173.n.1248

Amores veri sunt opera,non verba. p.180.n.1311

Amor non admittit consortium in re amata.p.207 n.1516

Amor spei tormenta suauizat. p.208.n.1524

Amor auscultat amantem. p.24.n.132

Amatores

Amatores dulciter audiunt rem amatam. p.6.n.13
Amor absentia solidatur. p.37.n.224
Amoris effectus omnes difficultates planat. p.84. n.550
Amor coniugatorum quomodo. p.92.n.597
Amoris vis in Ioseph. p.94.n.612
Amoris Dei proprietas. p.98.n.641
Amor Dei prouocat ad diligendos proximos. p.135. n.914
Amor omnia difficilia vincit. p.142.n.976
Amor est infatigabilis in laboribus. p.143.n.978
Amoris vis in Christo Domino ab incunabulis ingens. p.161.n.1133
Amor operibus perficitur. p.186. n.1357
Amor Dei maior est quam legis adimpletio. p.186. n.1357
Amor delectatur rem amatam cogitando. p. 194. n. 1418
Amor absens doloribus viget. p.201.n,1468
Amor absens carnifex cordium. ibid. p.201
Amor doloribus anxiatur, & consumitur. p.201. n.1469
Amor absens sol in orizonte. p.201.n.1470
Amor animosus in propria tuta rei amatæ timet. p.201. n.1471
Amor timet rem amatam. p.201.n.1473
Amor fugas facit, vt res amata plus ametur. p.205. n.1501
Amor est dulcis tortura. p.208. n.1522
Amor maiestatem nescit.
Amor cum piè conqueritur non detestatur. p.212. n.1554
Amor semper inuentiones intentat pro re amata. p.230.n.1695
Amor filiorum ingens valdè. p.236.n.1739
Amor muneribus conuersatur. p.236. n.1740

Anachoreta.

Anachoretæ Ægyptij sane Patres omni reuerentia dignissimi. p.142.n.972

Angelus.

Angeli punitiones, & flagella diuina olim exercebant. p.129.n.864
Angelorum beneficia circa homines. p. 130. n 870
Angelus veneratur obedientes. p.228. n.1681
Angeli admirantur videntes Christum sub aquis. p.234. n.1718
Angeli inspirando vociferanrur. p.235. n.1728
Angeli quando & cur homines vocantur. p. 41. n. 250
Angeli sunt, qui discordias cõponunt. p.109.n.724
Angelus fuit qui Moysi apparuir. p.128.n.845
Angeli annuntiarunt mysteria fidei. p.128.n.847
Angeli quare milites vocantur. p.130. n.869
Angelus mouebat columbam in Iordane. p.131. n.1697
Angelus timet ex magna reuerentia nominare nomen Iesu. p.159.n.1123
Angelos etiam prostrat pulchritudo fœminarum. p.174.n.1233
Angeli in Dæmones conuertuntur propter mulierum pulchritudinem, & libidinem. p. 172. n.1233

Angustia.

Angustiæ inexplicabiles in die iudicij hominibus euenient. p.6.n.8
Angustia indicibilis solem videre obtenebrati. p.5.n.6
Angustiæ, & obscuritas solis non fient per Eclypsim. p.5.n.7
Angustias, & obscuritas solis durabunt per quatuor, vel tres horas. p.5.n.7
Angustiæ & obscuritates solis in opinione Platonis quomodo accident. p.5. n.2
Angustiæ indicibiles cum quis tractando periclitatur. p.6.n.8

Anima.

Anima conuersa ad Deum cumulatur virtutibus. p.83.n.534
Anima conuersa, ouis quæ lamentatur quærens Pastorem suum. p.154.n.1078

Antiquus.

Antiquorum opiniones sequendæ. p.49.n.309

Apostoli.

Apostoli præmium maius quàm Patriarchæ receperunt. p.227.n.1675

Aqua.

Aquas Baptismi Christus sanctificauit. p. 222. n. 1629
Aqua Baptismi Ioannis sanguinem feruorizabat. p.228. n. 1677
Aqua & sanguis quare de latere Christi exiuit. ibidem.

Arbor.

Arbores arefactæ sanguine innocentium rigatæ florescunt. p.146.n.1108

Arrius.

Arrius hæreticus æqualitatem filij cum Patre abhorrebat. p.214.n.1567

Artifex.

Artifex mendaciorum mulier. p.101. n.666

Auctor.

Auctores librorum quasi in speculo lætantur in operibus suis. p.205. n.1505
Auctores librorum ignotos quasi sol excæcant. p.206.n.1506

Aulicus.

Aulici signa timent cœlestia. p.8 n.28
Aulici semper sunt timidi. p.8.n.27
Aulici Pharaonis non audientes verbum Dei. p.16. n. 78
Aulici potentes nihil trepidant. p.16.n.80
Aulicorum verba semper à contrario sensu intelligenda. p.16.n.81
Aulicorum conditio fallax. p.17. n.82
Aulicorum nuncia accelerata. p 21. n.119
Aulici in Palatio inuidi. p.35.n.206
Aulici volunt esse singulares. p.36.n.207
Aulici cautelosè loquuntur. p.49. n.311
Aulici raptores cautelosi. p.50.n 314
Aulici Regem inuitant ad peccandum. pag. 75. n.490
Aulici in diuinis rebus rustici sunt. p.131.n.880
Aulici sine Dei timore citò peribunt. pag. 144. n. 991
Aulici Hispani in aquis delectationũ Regibus deseruiunt, non in sanguine tribulationum. p.163. n. 1146
Aulici & eorum vxores superstitiosis incantationibus credunt. p.163.n.1148
Aulici politici fugiendi, neque audiendi. p.165. n.1169
Aulici festinant crescere infatigabiliter. p. 220. n.1618

B.

Balena.

BAlena piscis grandis, & mutus. pag. 129. n.1687

Baptismus.

Baptismus Ioannis disponebat ad Christum. p. 57. n.358

Baptismus Ioannis quomodo operabatur. p. 58. n.368

Baptismus Ioannis gratiam non præstabat, p. 73. n.478

Baptismus Christi maior quam Ioannis. p. 80. n.524

Quo Baptismo baptizatus est Christus, p. 223. n.1632

Baptismus ianua Regni cœlestis. p.224. n.1646

Baptismum quare Christus honorauit. ibid. n.1660

Beda.

Beda cœlorum formidines in extremo die iudicij futuras tenet. p.6.n.15

Bedely.

Bedely arboris proprietates. p.9.n.30

Bellua.

Belluæ sine ratione offensæ conqueruntur. p.228. n.1670

Bellum.

Bella inter Reges quare durant, p.228.n.1677

Bella propter scelera diuitum eueniunt, & pauperes soluunt illa. p.14.n.1424

Bene.

Bene amatores nulli cedunt. p.206.n.1508

Bene operari in die communionis. pag. 207. n.1513

Bene præsumere de omnibus semper. p.227.n.1670

Beneficia.

Beneficia semper sunt recolenda, p.15.n.71

Beneficia recolenda ab homine. p.121.n.800

Beneficia ingentia debent Deo dare Prædicatores, & Doctores. p.130. n.866

Beneficia Dei commodata nobis sunt vt ea Deo reddamus. p.208.n.1510

Beneficiis multiplicatis gratitudo crescit. p.215. n.1578

Bifrons.

Bifrontes erant legati missi ad Ioannem. p.56. n.349

Bifrontes sunt nimis cauti. p.61. n.394

Bimatus.

Bimatus idem est, ac puer duorum annorum. p.146. n.1006

Bonum.

Bonum in communi quærendum. p.65.n.424

B. Brigitta.

B. Brigittæ reuelationes. p.119.n.781

B. Brigittæ reuelatio cur natiuitatem Christi insinuat. p.119.n.782

C.

Calceamenta.

CAlceamenta soluere quid sit. p.59. n.383

Calceamenta soluere humilitatis indicium. p.60.n.385

Callidus.

Callidus semper est inquietus. p.98.n.646

Caluinus.

Caluini error circa munus prædicandi. pag. 73. n.476

Captiuus.

Captiui facilè suam libertatem credunt. p. 88. n.573

Carcer.

Carcer est locus, vbi impij detinentur. p.19.n.91

In carcere fuit Præcursor Domini 14. menses. p.19. n.92

In carcere fuit Præcursor vt terreretur. p.19.n.93

Cautela.

Cautela ad peccandum necessaria. p.100. n.663

Cæremonia.

Cæremoniæ valde obseruandæ sunt in Religione. p.42. n.259

Christiani.

Christianæ captiuæ facilè fidem abnegant. p. 74. n.486

Christus.

Christus est caput iustorum. p.190.n.1386

Christi diuinitas multipliciter apparuit. p. 211. n.1547

Christus secundum humanitatem crescebat. p.214. n.1573

Christi corpus sicut sol crescebat. p.214.n.1574

Christus nō baptizatus fuit in spiritu. p.222.n.1632

Christū oportuit baptizari à Ioanne propter proprium honorem. p.223. n.1635

Christi natura impeccabilis. p.224. n.1649

Christus consubstantialis Patri est. p.227.n.1672

Quare ex Christi latere Sacramenta fluxerunt. p.231. n.1700

Christus & Præcursor eius ignoti fuerunt multis annis. p.46.n.283

Christi dignitas abscondita. p.58.n.371

Christus calceamenta non portauit. p.59 n.378

Christus Pastor qui posuit pacem, p.61.n.429

Christus non portauit calceamenta. p.66. n.432

Christus fecit vtrumque populum vniri. p. 71. n.438

Christi iugum quomodo sit iugum. p.82.n.531

Christus Pastor oues ad se conuertit. p.84. n.545

Christus vniuersis rationibus clarior. p.89.n.581

Christi natiuitas fuit in instanti. p.119.n.782

Christus nascitur peccatoribus tenebrosis. p.122. n.804

Christus custos sui, & suæ matris fuit. p.140.n.960

Christiani corde martyrium non potest auferri. p. 149. n.1033

Christus clausis virginitatis claustris egressus. p.189.n.1373

Clamor.

Clamores sine mixtione odij audit Deus. p. 53. n 335

Clamor vanæ gloriæ fugiendus. p.79.n.517

Clamores pauperum exaudit Deus. p.149.n.1040

Clamores in afflictionibus ad Deum accedunt. p.155.n.1088

Clandestina.

Clandestina matrimonia quare prohibentur. p.177. n.1271

Clauis.

Clauis Regnorum solus Christus est. p.192.n.1493

Circumcisio.

Circumcisio fiebat in synagogis. p.157.n.1093

Circumcisio figura erat Baptismi. p.156.n.1095

Circumcisio in templo facta. p.156.n.1096

Circumcisio signū pro peccatoribus. p.157.n.1099

Circūcisio iam sepulta est in carne. p.157.n.1103

Circumcisio quasi funiculo ligata per Christum. p.158.1105

Circumcisio

Circumcisio primitiæ amoris Christi. p.158. n.1106
Circumcisio quare cessauit. p.158.n.1107

Cyrus.

Cyrus & Moyses figuræ fuerunt Christi Messiæ. p.129.n.860

Columba.

Columba grana candida eligit. p.234.n.1724
Columba nimis cultrix charitatis. p.235.n.1727
Columbæ simplicitas & mansuetudo singularis. p.131.885
Columbæ grana candida quærenti similia sunt iudicia nostra. p.196.n.1429
Columbæ peccatores similes sint. p.196.n.1430
Columba signum demonstratiuum. p.231.n.1699
Columba symbolum mansuetudinis. p.234. n.1723

Cogitatio.

Cogitationes prauæ apes molestæ iustis & rectis corde. p.161.n.1135
Cogitationes iniquæ expellendæ. p.183.n.1329

Comœdia.

A Comœdiis fugiant omnes maximè pueri.p.209. n.1528
Comœdiarum theatra quærunt impij. p.209. n.1528
Comœdiæ non sunt Christianorum exercitia. p.209.n.1529

Commotio.

Commotio popularis valde timenda. p.18.n.87

Consanguineus.

Consanguineos Ecclesiastici debent fugere.p.217 n.1600
Consanguinei impediunt perfectionem. p.213. n.1562
Consanguinei in prosperis multiplicantur, & in aduersis fugiunt. p.14.n.66
Consanguinei proditorum à latere Regis separandi. p.63.n.414
Consanguinei veri lugent alienas calamitates. p.149 n.1044
Consanguinei propter pauperes relinquendi. p.201.n.1466
Consanguineorum pauperum viles subleuati obliuiscuntur. p.153.n.1074

Conscientia.

Conscientia bona nihil trepidat. p.132.n.889

Consolatio.

Consolatio iustorum dies iudicij Dei. p.10.n.40
Consolatio diuina semper venit. p.107.n.707
Consolationes innocentes nolunt in hoc sæculo. p.150.n.1047

Confessio.

Confessio humilitatis abstractio cognitionis personæ Christi. p.221.n.1624

Confessor.

Confessores operarij indefessi. p.63.n.411

Concionator.

Concionator ridiculus ridere facit auditorium. p.226.n.1658

Consiliarij.

Consiliarij Senatores impij fugiendi. p.76.n.495

Consilium.

Consilium audire à prudentibus laudabile est. p.48.n.306
Consilia parentum & Seniorum seruanda. p.49. n.309
Consilium impiorum semper peribit. ibid.
Consilia bona non aspernanda. p.49.n.310
Consilium bonum pro inuidiatis. p.131.n.882

Consuetudo.

Consuetudo naturam impassibilem facit ad bonum. p.82.530
Consuetudo est altera natura. p.218.n.1604

Cor.

Cor Regis durum perdet Regnum. p.87.n.568
Corda dura quæ & qualia. p.97.n.640
Qui corde sincero sunt, falluntur facilè. p.178. n.1286

Correctio.

Correctiones superiorum amplectendæ. p.63 n.499
Correctio melior est quam laudatio. p.217.n.1597

Corona.

Corona capitis Christi manus Ioannis. p.60 n.390

Corpus.

Corpus Christi lætificat nos. p.121.n.796

Corus.

Propter chori assistentiam multa dissimulat Deus. p.111.n.734

Conuersatio.

Conuersatio amicitiam generat. p.58.n.371
Conuersatio impiorum fugienda. p.74.n.484

Coruus.

Corui dicuntur Æthiopes, & quare. p.37.n.218
Coruus signum crudelitatis. p.132.n.892

Crux.

Crucis figura in lignis, quæ operabatur Ioseph reperta. p.92.n.596

Cura.

Curæ & solicitudines adhuc in nubibus sunt vt attingant corpus Christi. p.7.n.26
Curæ & solicitudines sunt in Regibus, & Consulibus. p.9.n.22

Cupiditas.

Cupiditas radix omnium malorum, & nociua multis. p.84.n.551
Cupiditas ministrorum causa perditionis Regnorum. p.116.n.765

Crudelis & Crudelitas.

Crudeles in pauperes miseri & infelices sunt. p.125.n.822
Crudelitates tyrannorum resonant in perpetuum. p.150. n.1047
Crudeles principes crudeliter moriuntur. p.154. n.1078
Crudelitas Imperatoris Caij. p.98.n.647

Curiosus.

Curiosi nimis in rebus fidei sapiunt hæresim. p.218.n.1603

D.

Detractor.

DEtractores impij innumera mala committunt. p.217.n.1593
Detractores similes sunt serpentibus.p.219.n.1612

Dæmon.

Dæmones non sunt timendi, sed prouocandi, vt fugiant. p.182.n.1326
Dæmoniorum simiæ mulieres. p.182.n.1327
Dæmones silentio vincuntur. p.220.n.1687
Dæmon neque fingere mansuetudinem columbæ potest. p.235.n.1726
Dæmon quomodo ignorauit incarnationis mysterium. p.91.n.593
Dæmon paleis vincitur. p.120.n.795

Dæmonem opprobriare insigne est. pag. 120. n. 794
Dæmon in specie columbæ apparere non potest. p. 231. n.1702

Deuotio.

Deuotio vera auro, vel argento aut muneribus non corrumpitur. p.177. n.1273

Deus.

Dei promissis non credit peccator voluptatibus suis implicatus. p.163.n.1147
Deus Rector vigilans super seruos suos. p. 187. n. 1359
Deo seruire cum gaudio & lætitia gratum est illi. p.187.n.1362
Deus solus tempora disponit. p.200.n.1456
Deus impotens est ad dandam gloriam sine meritis. p.235.n.1734
Deus præmiat ineffabiliter. p.104.n.688
Dei exercitus quibus armis defenditur. p. 112. n. 739
Deus solus est proprietarius omnium rerum. p.115. n.758
Deus non parum fauet diligentibus eum. p. 128. n. 842
Deus repente suis auxiliatur. p.130 n.867
Deus non in perpetuum irascitur. p.136.n.937
Ad Deum conuersi odio habent vias antiquas. p.181.n.1319
Triginta mille Deos gentiles venerantur. p. 68. n. 444
A Deo concessa irato flagella sunt etiam si imperia consequantur. p.200.n.1640

Diabolus.

Diabolus quiescit inter vanitates mulierum.p.116. n. 764
Diaboli opprobrium videre Christum positum in præsepio. p.124.n.815
Diabolo similes ludentes continuò catthis pictis. p.152.n. 1067
Diabolicæ ingratitudini similes sunt inuidi.p.153. n.1070
Diabolus timoribus tentat, & vincit. p. 174. n.1256
Diabolus ex paleis facit panes. ibidem.

Dies.

Die ipsa qua apparuit Angelus Ioseph, apparuit vterus Virginis turgens. p.101.n.671
Diebus quietis non fruuntur diuites huius mundi. p.136.n.921
Die quarta inuentus fuit Iesus. p.202.n.1477

Dignitas.

Dignitas maior illa quæ sub mari merito cadit. p.9.n.37
Dignitates muneribus & pecuniis emuntur. p.77. n. 506
In Dignitatibus non sunt collocandi ignorantes idiotæ. p.170.n.1217

Discordia.

Discordiæ nimis cauendæ. p.37.n.216
Discordiarum radix cupiditas. p.77. n.505
Discordiæ propter dignitates adipiscendas. p.77. n. 507
Discordiarum incommoda innumera. pag. 117. n. 770

Diues.

Diuites plus timent diuitias perdere quam vitam. p.124.n.821
Diuites depauperando Deus suam ostentat potentiam. p.22.n.121
Diuites virtutes odio habent. p.97.n.637
Diuites inepti ad Euangelium. p.97. n.638
Diuites vsum, non proprietatem habent rerum. p.115. n.757
Diuites superbi à Deo depauperantur. pag. 124. n. 820
Diuites non pace fruuntur. p.137.n.927

Diuitiæ.

Diuitiæ causæ sunt superbiendi. p.116.n.767
Diuitias multiplicant in gabellis ministrandis diuites. p.195. n.1424

Diuinitas.

Diuinitatis Christi mira probatio. pag. 213. n. 1559

Documenta.

Documenta iuuenum necessaria. p.210. n.1536

Doctor.

Doctores eligendos ad grauia negotia. p. 20. n.205
Doctiores à sanctis eliguntur. p.21. n.107
Doctores elati parum sciunt. p.65. n.430
Doctor egregius cum lingua tacet, calamo loquitur. p.80. n.524
Doctores scriptores Ecclesiæ reparatores.pag.109. n. 725
Doctores ambitiosi Regibus complacent. p. 171. n. 1225
Doctores male viuentes, quæ docent, & legunt, ignorant. p.59. n.375

Dolor.

Dolores præuisi torquent cor. p.13.n.62
Dolor ingens cruciabat Herodem quia frustratus remansit à sua impia intentione. pag. 147. n. 1013
Dolor Virginis Mariæ in absentia filii sui martyrium superauit. p.201. n.1467
Dolor peccatorum semper remanere debet.p.206. n.1608
Dolor est amoris indicium. p.206.n.1509

Domus.

Domus panis Bethlehem dicitur. p.121.n.795
Domus vocatur etiam diuersorium. ibidem.
Domus Mariæ repleta est odore Thuris Magorum. p.180.n.1315
In Domibus propriis non debent celebrari Missæ. p.235. n.1733

E.

Ægyptus.

Ægyptus paradisus Dei, dum præsens fuit Virgo Maria. p.138.n.938
In Ægypto fecit Iesu puer miracula ingentia. p.138.n.939
Ex Ægypti deserto prodigia sanctitatis exierunt. p.145. n.995

Æqualitas.

Æqualitas vestimentorum pretiosa destructio est regnorum. p.33.n.189

Error.

Errores sine malitia digni sunt venia. pag. 28. num. 158.
Error Pythagoricus circa resurrectionem. pag.47. p.47.n.291

Error

Error Manichæorum circa veram, & paſſibilem carnem Chriſti. p.157. n.1104
Error Valentiniani, & Ebionis circa diuinitatem Chriſti. p.213. n.1562
Error Apollinarij circa circumciſionem. p.158. n.1106

Ætas.

Ætas rationis humanæ ex quo tempore. p.200. n.1458
Ætas Ieſu Chriſti cum prædicare incepit triginta erat annorum. p.225. n.1622

Euangelium.

Euangelij verba clara omnibus proponenda. p.60. n.393
Euangelij virtus. p.89. n.545

Euangeliſta.

Euangeliſta Ioannes ſecreta ſeruauit ingentia. p.140. n.963

Eſtadiſta.

Eſtadiſtæ fallaces, & mendaces ſunt. p.41. n.249
Propter Eſtadiſtas mundus debet nos faſtidiare. p.198. n.1446

Eucharistia.

Euchariſtia ſalutare Dei Sacramentum. p. 83. n.544
Euchariſtiæ gaudia inaudita. ibidem.
Euchariſtia quare dicitur ineffabilis. p.89. n.585
Euchariſtia transformat belluas in Angelos. p.172. n.1238

Examen.

Examen conſcientiæ ſtrictum & purum. p.63. n.407

Exemplum.

Exempla peſſima fugienda valde. p.64. n.417
Exempla multum mouent non. p.66. n.433
Exemplum bonum multum prodeſt. p.84. n.551
Exemplum Regis mali ſcandalum magnū. p.109. n.723
Exemplum bonum inuitat, & prouocat ad virtutem. p.157. n.1098
Mala exempla deteſtanda, & fugienda. p. 30. n.168

F.

Fama.

Fama proximi tuenda. p.27. n.150
Fama iuſtorum pretioſa eſt apud Deum. p. 34. n.200
Fama pluris iuſtorum æſtimanda. p.35. n.201
Fama homines audaces facit. p.65. n.427
Fama bona diligenda & quærenda. p.94. n.612
Fama mundi vana, & inanis. p.97. n.639
Fama vana fallaciis adquiritur. p.116. n.762
Fama iure l ectum tranſuertit. ibidem.
Fama vana inceptat multa impoſſibilia. p. 116. n.763
Qui famam alterius lædit ſibi nocet. pag. 210. n. 1543

Fauor.

Fauore non debent ſuperbire homines. pag. 9. num.33

Fœmina.

Fœminæ nobiliores huius temporis ſeruos ſuos prouocant ad peccandum. p.182. n.1323
Fœminæ huius temporis impudicæ, verbis veſtibus, & operibus. p.185. n.1349
Fœminæ, quæ vocantur Beatæ ab ſtratis Dominarum eiciendæ. p.203. n.1490
Fœminæ quæ meretrices inducunt ſignatæ ſint in Republica. p.205. n.1500

Feſta.

Feſta & congregationes ad conuerſationes impudicas Deo odibiles. p.200. n.1464

Fælicitas.

Fœlicitas temporis quo natus eſt Ioſeph. p.96. n.619
Fœlicitates alienæ cum infelicitate propria comparatæ lugentur. p.155. n.1083
Fœlicitas non habet memoriam egenorum. p.125. n. 822

Fides.

Fidei myſteria inueſtigabilia ſunt. p.60. n.386
Fides cum operibus tenenda. p.27. n.154
Fides certior eſt ipſa potentia viſiua. p.89. n.583
In fide non poteſt eſſe fallacia. p.89. n.584
Fides ſuperat omnes affectus animi. p.89. n.585
Fides integra ſine ſciſſura. p.97. n.634
Fides eſt in atteſtante. p.97. n.636
Fidei tentationes abigendæ. p.97. n.637
Fidei teſtimonia ex contrariis. p.106. n.703
Fides per multos approbata tenenda certiſſima, & vera. p.135. n.911
Fidem frangenti non eſt ſeruanda fides. p. 151. n.1054
Fides vera abſque conſolatione ſenſuum probatur. p.155. n.1091
Frangenti fidem fides frangenda. p.181. n.1317
Fides non ex operibus noſtris, ſed ex gratia Dei. p.173. n.1244
Fides magis certa quam viſio. p.177. n.1274

Filius.

Filius quare diſſimilis eſt à Patre ſuo. p. 209. n.1531
Filius Mariæ Ieſus quomodo inuenitur. p. 209. n.1531
Filij Dei quomodo fideles. p.104. n.689
Filius fortis & ſapiens greſſus parentum ſuorum ſequitur. p.75. n.494
Filiæ non cogantur intrare Religionem. p. 96. n.626
Filij adoptiui Dei quare prædeſtinati dicuntur. p.232. n.1705

Flagellum.

Flagella Dei homines erudiunt. p.76. n.500
Flagella Dei non ſentire. p.76. n.500
Flagellabile ſupplicium Dei. p.87. n.568
Flagellum Dei impij non conſiderant. p.97. n.640
Flagella Dei vilipendentes confunduntur. p.142. n. 975
Flagellorum cauſæ plorandæ non effectus. p.154. n.1079
Flagella Dei inſenſati non ſentiunt. p.210. n.1543
Flagella Dei valde timenda. p.235. n.1729

Fletus.

Fletus requies eſt cordis afflicti. p.151. n.1052

Forma.

Forma Baptiſmi Ioannis. p.224. n.1548
Sine forma verborum Baptizatus eſt Chriſtus. p.224. n.1650

Fortis.

Fortis quis apud Deum. p.233. n.1717

Fortitudo.

Fortitudo in aduerſis demonſtratur. p.216. n.1589
Fortitudo Mariæ Virginis magna. p.216. n.1590

Fortuna.

Fortuna neque fatum non ſicut in rerum natura. p.169. n.1209

Fortunæ non cedunt aurũm & argentum. p.206. n.1511

Fortunati.

Fortunati non despiciant consanguineos paupeｒes. p.236.n.1736

Fragiles.

Fragiles semper sunt timendi. p.23.n.122

Franciscani.

Franciscani Religiosi quare tantum in vniuerso mundo æstimantur. p.123.n.813

Fuga.

Fuga aliquando magna perfectio est. p.138.n.942

Fuga expedit multoties fieri. p.140.n.959

Furiosus.

Furiosi ministri,& Præsules temerarij sunt. p.235. n.1714

Furor.

Furor Regis valde timendus. p.137.n.933

Furor ambitiosus terribilis. p.147.n.1021

G.

Gaudium.

GAudia in natiuitate Christi ingentia. p.119. n.781

Gaudia, quæ de zelo Dei prouenium verè sunt gaudia & ingentia. p.133.n.898

Gaudium Dei quando intrat in cor hominis. p.133.n.899

Gaudia mundi mixta doloribus. p.133.n.901

Gaudia ab hominibus data fugienda. p.134.n.903

Gaudium mundi non est gaudium, sed dolor. p.155.n.1090

Gaudium Patres habuerunt de venturo Messia. p.224.n.1651

Gaudia æterna per filium Dei quærenda. p.235. n.1734

Gaudia huius mundi luctus semper indicant. p.178.n.1290

Gaudia multiplicant res perditæ cum inueniuntur. p.178.n.1292

Gemitus.

Gemitus pauperum & afflictorum cœlum penetrant. p.150.n.1045

Gloria.

Gloriæ locus vbi inuenitur propriè. p.135.n.919

Gloria & honore digni Auctores librorum propter immensum laborem. p.144.n.986

Gratia.

Gratia Dei,& auxilium eius sufficiens nemini negatur. p.80.n.525

Gratia Dei indicibilis vermem hominem ad cœlum eleuare. p.135.n.919

Gratia Dei non debet esse vacua. p.173.n.1246

Gratia Dei per obedientiam cumulatur. p.194. n.1417

Gratiæ habitus in intellectu residenr. p.214. n.1575

Gratia quomodo dicitur crescere. p.214.n.1576

Gratia Dei quomodo crescit in hominibus. p.220. n.1619

Gratus.

Grati fructum centuplum accipiunt. p.221. n.1521

Grata Deo nimis fiducia in eum propter fidem Catholicam. p.236.n.1741

Gubernator.

Gubernatoris officium requirit suauitatem maximam. p.120.n.790

H.

Hæreticus.

HÆretici portas vitiis aperiunt. p.55.n.344

Hæretici cum paruulis & idiotis disputant. p.57.n.356

Cum Hæreticis non est loquendum. p.74.n.486

Herodes.

Herodes Rex alienigena. p.73.n.481

Herodes quare vocatur Rex. p.70.n.456

Herodes à suis filiis accusatus apud Romanos. p.64.n.419

Herodes visis Regibus Magis congregauit generale Concilium. p.167.n.1186

Herodes quare priuatur Regis nomine. p.182. n.1323

Hypocrita.

Hypocritæ semper sunt incantatores. p.17.n.83

Hypocritæ quærunt cibos delicatos. p.31.n.178

Hypocritæ lamentandi sunt. p.96.n.629

Hypocritæ fugiendi sunt. p.203.n.1487

Hypocritæ publica loca quærunt & Regum Palatia. p.233.n.1713

Hypocritæ spiritum fingentes fugiunt opprobria. ibid.

Hyatus.

Hyatus cœlorum qui sunt. p.230.n.1694

Hyatus zelotypiæ impij & imprudentes sunt. p.233.n.1716

Hyrcanus.

Hyrcanus de stirpe Regum Israël. p.70.n.454

Hispani.

Hispani antiquiores gigantes,quare? p.32.n.184

Homo.

Ab Homine malæ intentionis cauere. p.98.n.646

Homo cautelosus,& bifrons fugiendus. p.44.272

Homo animalis non percipit ea quæ sunt Dei. p.121.n.795

Homines paulatim crescere debent. p.207.n.1514

Homines inueterati in peccatis repentè peribunt. p.165.n.1160

Homo naturaliter suauis est. n.1331

Homo simplex non fit animi Hypocriti. p.192. n.1397.

Homines in hoc mundo aduenæ sunt, & peregrini. p.197.n.1435

Homines præsumptuosi fugiendi sunt. p.229. n.1684

Honor.

Honores ad maiores labores excitant. p.35.n.205

Honoris fastigium fugiendum. p.53.n.333

Honores mutant mores, & opprobria similiter. p.87.n.568

Honor ab extraneis datur bene meritis negatus à Domesticis. p.138.n.935

Honor amissus dolor eximius. p.99.n.655

Honores coram inimicis facti exsiccant ossa inuidorum. p.187.n.1363

Honor Dei miserando crescit puniendo minuitur. p.231.n.1699

Humilis.

Humiles sint,qui baptizati sunt. p.57.n.355

Humilis semper exaltatur. p.232.n.1707

Humilis sibi semper mala imputat. p.233.n.1713

Humiles amicos suos protegit Deus mirabiliter. p.254.n.1078

Humilitas.

Humilitas fundamenta maiestatis. p.5.n.36

Humiles sunt felices,& quare. p.11.n.43

Humilitas fons virtutum. p.15.n.74
Humilis nemini nocet,ſed ſoli ſibi. p.15.n.75
Humilis flagella Dei ſibi ſoli tribuit. p.16.n.78
Humilitatis perfectio in vitis perfectis elucet. p.46.n.286
Humilis de ſe omnia bona ignorat. p.47.n.296
Humilitas Chriſti fecit illum inſignem, & admirabilem. p.120.n.792
Humilitas per humiliationem conſequitur.p.214. n.1568
Humilitas exaltatur à Deo. p.25.n.138
Humilitatis eximia præconia. p.26.n.143
Humilitas amabilis ab omnibus. p.64.n.423
Humilitas exaltatur,& ſuperbia humiliatur. p.85. n.556
Humilitas facit amabiles. p.179.n.1296
Humilitas fundamentum virtutum. p.235.n.1732
Humilitatis inauditum exemplum. p.130.n.873
Humilitas eſt fundamentum adorationis. p.179. n.1298
Humilitas in Magiſtris & Doctoribus neceſſaria, ſed difficilis. p.203.n.1485
Humilitas Virginis Mariæ ſingularis. pag.216. n.1591
Humilitas Regina virtutum. p.223.n.1643
Humilitas vera opprobria ſuſtinere diſſimulando prudenter. p.228.n.1678.
Humilitas Chriſti Angelicam excedit. pag.234 n.1719

I.

Illuſio.
Illuſio graue ſupplicium Dei. p.87.n.570
Imaginatio.
Imaginatio facit caſum. p.89.n.585
Inimicus.
Inimicis non dicenda mala. p.49.n.311
Inimicorum dilectio vtilis. p.64.n.551
Inimicus neque fictè poteſt alios honorare.p.178. n.1288
Inimicorum rabies procul fugienda. p.139.n.347
Impius.
Impij ad murmurandum congregantur. pag.62. n 399
Impij ſuis malis naturalibus conturbantur.p.148 n.1028
Impij non ceſſant ab operibus & offenſionibus contra Deum. p.152.n.1066
Impij ſemper in malo creſcunt. p.153.n.1068
Impij timore repleti agere pœnitentiam promittunt. p.175.n.1261
Impij miniſtri Regem fallunt. p.175.n.1263
Impij neque mortuis credunt eum voluptatibus ſunt mancipati. p 81.n.526
Impij excuſationes quærunt falſas. p.82.n.533
Impij ad peccata fortiſſimi,non ad virtutem.p.68 n.446
Impij gubernatores terræ dominantur.p.86.n.560
Impij non Catholicè, neque perfectè credunt. p.170.n.1218
Impij per viam latam ambulant. p.181.n.1321
Impij ſemper meditantur mala. p.183.n.1328
Impij Superiores leges quas non adimplent, imponunt ſubditis. p.190.n.1382
Impij ſine timore Dei,ſanguine maculantur.p.197 n.1436
Impius exire de corpore trepidat. p.198.n.1447
Impij raro ſeneſcunt. p.210.n.1537
Impij Dæmones conſulentes citò pereunt. p.220. n.1618
Impij proſperis ſucceſſibus euaneſcunt. pag.235. n.1733
Impij turbantur ſicut ranæ à quocumque motu. p.174.n.1251
Impiorum aſtutia ab omnibus ſe cuſtodit. p.177. n.1271
Impij de omni fracaſſu contremiſcunt. pag.178. n.1287
Impij valde Prælati remiſſi,& negligentes. p.184. n.1337
Indus.
Indi conſumpti ſunt propter cupiditatem Hiſpanorum. p.152.n.1061
Infames.
Infames homines vtentur veſtibus vilibus & effœminatis. p.32.n.186
Infamia fugienda nimis. p.100.n.664
Ignobiles.
Ignobiles in ſæculo conſtituti in dignitatibus ſunt elati. p.57.n.353
Ignorans.
Ignorantes inſani tortores Doctorum. pag.192. n.1397
Ignorantes elati ſuo capite eliduntur. pag.204. n.1498
Ignorantes ſunt audaces præſumptuoſi. ibid.
Ignorantia.
Ignorantes contra ingenioſos congregantur.p.38 n.231
Ignorantia craſſa non excuſat à peccato. pag.52. n.331
Ignorantia myſteriorum fidei non datur. pag.83. n.541
Ignorantia occupat ſublimiora loca. p.143.n.984
Imperitus.
Imperiti non ſunt in dignitate conſtituendi. p.10. num.38.
Imperiti Prælati infelices. p.10.n.39
Impoſitio.
Impoſitiones falſo titulo palliatæ. p.50.n.313
Impudicus.
Impudici quærunt non caſtos. p.96.n.627
Ingratus.
Ingrati ſemper lugent. p.99.p 652
Ingratus fugit videre à quo beneficia recepit. p.220.n.1616
Ingrati beneficiis peiores fiunt. p.162.n.1143
Ingrati cum afflicti ſunt,orant. p.207.n.1519
Ingrati ſemper querelas quærunt,& machinantur. p.8.n.29
Ingrati querelas machinantes Deo ſunt exoſi. p.8.n.30
Ingrati Deum expellunt pulſantem. p.59.n.372
Ingrati Principes obliuioni tradunt ſeruitia præclara. p.159.n.1070
Ingrati ſuperbi ſunt. p.208.n.1521
Inuidia.
Inuidia plus torquet quam dæmon. p.71.n.462
Inuidia torquet inuidioſos. p.131.n.885
Inuidus laceratur de mirabilibus ſucceſſibus iuſtorum. p.14.n.67
Inuidus contra innocentem viget. p.212.n.1556
Inuidia occidit paruulos, id eſt, ignaros. pag.38. n.230
Inuidioſi corde torquentur. p.61.n.396
Inuidus inuritur in corde. p.98.n.646
Inuidioſè fugiendum. p.108.n.713

Inuidia rabies est inter fratres, & notos contra fortunatum. p.143.n.982
Inuidia excæcat oculos mentis, & non videt studia & litteras alterius. p.183.n.1334
Inuidia impediebat Diabolum, vt non de Virgine, sed de coniugata Christum nasci putaret. p.183 n.1335
Inuidia paruulum occidit. p.207.n.1517

Incircumcisus.

Incircumcisi in voluntate prædicant veram circumcisionem animarum p.161.n.1131

Inobediens.

Inobediens spiritualis putat se obsequium præstare Deo. p.184.n.1341

Intercessio.

Intercessiones Sanctorum quærendæ sunt. p.209. n.1532
Intercessiones Sanctorum multiplicandæ. p.209. n.1533

Intentio.

Intentio sana debet esse prudens. p.108.n.715

Inconstans.

Inconstantes facilè mouentur. p.31.n.178
Inconstantes sunt superbi. p.83.n.536

Iniquus.

Iniqui semper varij. p.98.n.644
Iniqui contra innocentem vniuntur etiam si inter se sint diuisi. p.21.n.106
Iniqui bonis exemplis reducuntur. p.22.n.115
Iniqui instabiles in bono. p.38.n.227
Iniqui gloriantur in malitia sua. p.40.n.245
Iniqui similes rotis sunt. p.40.n.247
Iniqui alios prouocant ad peccandum. p.56.n.350
Iniqui contra fortunam, & stellas loquuntur. p.61. n.397

Innocens.

Innocentes, & rectos corde quærit Deus. pag 61. n.394
Innocentis Iesu vagitus arma defensionis Virginis Matris suæ. p.140.n.963
Innocentes pro Christo occisi ab Herode fuerunt centum quadraginta millia. p.146.n.1010
Innocentes verè Martyres pro Christò fuerunt. p.149.n.1032
Innocentia semita Regni cœlorum. p.127.n.834

Inspiratio.

Inspiratio interna omnes mouet. p.72.n.472
Inspirationes Dei ineffabiles. p.87.n.572
Inspiratio interna signum sanctitatis. pag.165. n.1170

Insidiator.

Insidiatores Reipublicæ, qui aduersa falso promulgant. n.1584

Inquisitor.

Inquisitores puniunt fingentes reuelationes. n.1367
Inquisitores rigidi ministri seueri nimis. p.140. n.956

Ioannes.

Ioannes Baptista sanctificatus in vtero cum aliqua differentia à cæteris. p.30.n.174
Ioannes plusquam Propheta, quare. p.33.n.190
Ioannis eximia subtilitas intellectus. p.33.n.191
Ioannis eximia laus. p.33.n.193
Ioannis Christi honorificentia. ibid.
Ioannes ante Baptismum non cognouit Christum. p.44.n.272
Ioannis Baptistæ eximia excellentia. p.45.n.278
Ioannis vita nullum miraculum maius. p.45.n.280
Ioannis Baptistæ eximia laus. p.46.n.284
Ioannis Baptistæ admirabilis excellentia. pag.56. n.352
Ioannes lamentabatur quia non prædicabat Christi passionem. p.60.n.387
Ioannes Angelus officio, non natura. p.73.n.481
Ioannis obedientia prompta. p.79.n.518
Ioannis excellentia quia non fecit miracula. p.80. n.524
Ioannis singularis prærogatiua. p.222.n.1631
Ioannes duplicem de Christo cognitionem habuit. p.223.n.1637
Ioannes in Iordane diuinitatem Christi cognouit. p.223.n.1640
Ioannes Princeps Aulicorum in vrbanitate. p.223. n.1641
Ioannes Baptista insignis Prædicator & Sacerdos. p.225.n.1652
Ioannes de Christo inscius venerabatur eum. p.227.n.1671
Ioannis excellentia ingens. p.233.n.1713

Ioseph.

Ioseph laus eximia & singularis. p.93.n.606
Ioseph verecundus ante Mariam. p.94.n.609
Ioseph prudentia, & mansuetudo. p.102.n.678
Ioseph quando quietus remansit. p.103.n.682
Ioseph nimis necessarius Mariæ, & filio suo. p.105 n.696
Ioseph in Bethleem natus fuit. p.114.n.749
Ioseph quasi Dominus Virginis Mariæ. pag.136. n.912
Ioseph annuntiatus ab Angelo. p.137.n.915
Ioseph pauperem vitam agebat. p.213.n.1565

Ira.

Ira conturbat rationem, & non sperat diuinam dispositionem. p.144.n.987
Ira Dei completa est apud periurantes. pag.164. n.1156

Iudas.

Iudas quare Christum osculatus. p 86.n.564
Iudæ similes, qui secreta non seruant. p.107.n.709

Iudæus.

Iudæi impassibilem Messiam putabant. p.47.n.290
Iudæi sunt duræ ceruicis. p.83.n.539
Iudæorum deliria circa captiuitatem Babylonicam. p.83.n.537
Iudæi proterui contra Messiam. p.113.n.743
Iudæorum delirium. p.118.n.775
Iudæi Ieremiam occidere volebant propter metum, quem militibus impartiebatur. pag.215. n.1583

Iudex.

Iudices placere volunt impiis maioribus. pag.53. n.334

Iudicium.

Iudicium Dei timendum. p.79.n.518
Iudicia temeraria fugienda. p.99.n.654

Iuramentum.

Iuramentum quomodo & quando sit licitum. p.12.n.49

Iustitia.

Iustitia vera facere prius quæ docet. p.222.n.1631

Iustus.

A Iustis viris narrata credenda. p.22.n.117
Iustiores sunt multi habitu sæculari aliis pœnitentibus hypocritis. p.58.n.369
Iusti adulationes fugiunt. p.30.n.170
Iustus delinquens suauiter est corrigendus. pag.36. n.210

Iusti componere conantur, & excusare peruersos. p.36.n.213
Iustus audiens prospera proximi delectatur. p.39. n.238
Iustis Deus semper auxiliatur. p.76.n.498
Iustus semper cogitat diem iudicij. p.88.n.578
Iustis impossibile videtur peccatum. p.95.n.622
Iusti semper in aduersis plus Deum diligunt. p.98. n.647
Iustos respicit Deus singulariter & protegit. p.145 n.997
Iustus non quærit quæ sua sunt. p.192.n.1400
Iustus in hoc mundo non habet consolationem temporalem. p.156.n.1090
Iusti solum Deum desiderant plum habere. p.333. n.1717

L.

Labor.

LAbor inanis seruire hominibus magnatis. p.153.n.1071
Per Labores magnos ad Christum peruenitur. p.197 n.1440
Sine Laboribus peruenire ad cœlum ignorantia est. ibid.
Per Labores inuenitur Iesus. p.313.n.1557
Labores & opprobria interfunt ad æternam fælicitatem. p.206.n.1511

Lachryma.

Lachrymæ inter epulas Deo gratæ. p.215.n.1580
Lachrymas gaudium exhaurit. p.215.n.1581
Lachrymæ flammas infernorum extingunt, & animam lætificeant. p.145.n.1001
Lachrymæ pro defunctis effundendæ sunt in mensura. p.150.n.1049

Laus.

Laudes propriæ aliquando dicendæ sunt. pag.94. n.613

Legatus.

Legati sunt bifrontes astuti, & fabulosi. pag.56. n.349

Lex.

Lex Dei semper præmeditanda. p.95.n.610
Lex per Baptismum Christi absoluta. pag.310. n.1646
Leges Reipublicæ obseruandæ. p.19.n.90
Lex coniugatos, & ex eis conceptos comprehendebat. p.189.n.1378

Lætitia.

Lætitia ineffabili replentur, qui curas à suo corde separant. p.178 n.1288

Lingua.

Ex omni Lingua, & natione aliqui saluantur. p 128.n.851
Lingua carere debent Senatores & Consiliarij. p.310.n.1540
Lingua velox clauis aurea, sed inutilis. pag.325. n.1659

Litteratus.

Litterati opprobriis honorantur ab impiis. p.210. n.1538

Loquax.

Loquaces verbum Dei non audiunt. p.30.n.171
Loquaces proprietates camelorum habent. p.107.n.709.
Loquax & ambitiosus non quiescunt. pag.195. 1425
Loquaces vociferantur, & imprudenter loquuntur. p.203.n.1491

Lucifer.

Lucifer ad inferos deiectus, & quare. pag.183. n.1338
Lucifero similes sunt subditi elati. p.313.n.1566
Lucifer lucem præuidit, & Ioannes Christum. p.233.n.1628

Lux.

Lucem extinguere ludenti sine lucro semper amicitia est. p.152.n.1067

Luxuriosus.

Luxuriosi non prædicent verbum Dei. p.75.n.476

M.

Magister.

MAgistri Discipulos diligunt vehementer. p.25.n.139
Magistri, & ministri superbi de se præsumentes regna perdunt. ibid.

Magus.

Magi duodecim sapientes à diebus Balaam signabantur in popolo. p.168.n.1192

Mahoma.

A Mahoma in Alcorano narrata sunt miracula multa Christi Iesu, dum esset in Ægypto. p.138. n.940.

Malum.

Malum minus eligendum est. p.99.n.655

Mansuetudo.

Mansuetudo iudicibus nimis necessaria. pag.53. n.336
Mansueti hæredes huius & futuri sæculi. ibid.
Mansuetudinis exemplum ingens. ibid.
Mansuetudo necessaria superioribus. pag.334. n.1733

Manus.

Manus absque muneribus & vlnis Christum suscipiunt. p.191.n.1406
Manus ministrorum muneribus plenæ odiosæ sunt Deo. p.196.n.1430

Maria.

Mariæ Virginis duplex dolor. p.211.n.1547
Maria sine peccato originali concepta. p.80.n.534
Maria & Ioseph similes. p.92.n.595
Maria Virgo cum licentia sponsi sui iter ad montana egit. p.93.n.607
Maria sibi peperit Iesum, & quare. p.105.n.697
Mariæ singularis laus. p.105.n.699
Maria turris Dauidica. p.109.n.725
Maria Virgo in partu Verbi diuini vidit diuinam essentiam. p.119.n.780
Mariæ sponsus bouem vendidit. p.120.n.793
Maria & Ioseph nauigauerunt fugientes ab iniquo Herode. p.137.n.928
Maria Virgo facta purificatione fugit in Ægyptum. p.138.n.934
Maria Virgo ianua pacis. p.117.n.772
Maria Virgo scutum Ecclesiæ. ibid.
Mariæ Virginis fides eximia. p.133.n.895
Maria quanto tempore mansit cum filio suo & Ioseph exolata in Ægypto. p.137.n.929
Maria Virgo speculum omnis liberationis à quocumque periculo. p.140.n.957
Mariæ Virgini non fuit necesse quod Angelus daret pignus consolationis. p.166.n.1177
Mariæ deuotio pignus salutis æternæ. pag.166. n.1177
Maria Virgo alueus per quam gratia cainit. p.180. n.1303

Maria & Ioseph in afflictionibus participes. p.199. n.1452

Maria Virgo in gratia, & charitate crescebat. p.202. n.1478

Maria assueta seruare secreta, & diuina mysteria tacere. p.219. n.1609

Mater.

Matres impiæ filias turpiter edocent, pag. 205. n.1499

Mendax & Mendacium.

Mendacium neque dicendum, neque audiendum. p 50. n.319

Mendaces memores esse debent. p.50.n.316

Mendaciis veritas palliata auditur, n. 323

Mendaces titulo spirituali sunt animæ monstruosum, reptans, & volans. p.204.n.1452

Meretrix.

Meretrices in curribus nō ascendere debent. p.205. n.1504

Messias.

Pseudo-messiæ occisi sunt multi. p.170.n.1219

Minister.

Minister in medio suorum stat, p.202. n.1484

Ministri Regum fallaces, & mendaces. pag. 51. n. 321

Ministri Hypocritæ quales. p.52.n.329

Ministri detestabiles peiores quoad se. pag. 87. num. 566

Ministri propter suam vtilitatem Regem fallunt. p.115.n. 761

Ministri stulti sapientes vocantur. p.152.n.1059

Misericordia.

Misericordia exaltat ipsum Deum. p.65. n.431

Misericordia Dei circa peccatores est ineffabilis. p.175.n.1243

Minorita.

Minoritæ primi qui calceamenta non portarunt. p.66.n.432

Mysterium.

Mysterium incarnationis occultum. pag. 205. n. 1502

Modestia.

Modestiæ virtus magistra virtutum. pag. 185. n. 1350

Mors.

Morte mala proterui peribunt. p.86.n.564

Mors audita inimicorum persequentium valde delectat. p.139.n.948

Mortis nostræ hora præmeditanda, & præuidenda. p.141. n.964

Mors repentina valde timenda. p.152. n.1067

Mortes repentinæ ex quo proueniant. pag. 197. num.1442

Mortes repentinæ casibus subiectæ. pag. 198. n. 1443

Mors semper expectanda est. p.198.n.1444

Mortis pauidi sunt chaconomici, ibidem.

Mortem timentes à peccatis non se abstinent. p.198.n.1445

Mors Prophetarum quare erat molesta, pag. 198. num. 1448

Moyses.

Moyses Ietro Æthiopem adurauit venerando. p. 236. n. 1737

Mulier.

Mulieres ornatæ vt similitudo templi. pag. 116. num. 764

Mulierum sanctitas acclamata suspicionem generat mali. p.165.n.1172

Mulierum repentina sanctitas examinanda. p.165. n. 1171

Mulieres ex timore peccata non desistunt. p. 174. n. 1256

Mulieres impudicæ templum non ingrediantur. p.193. n.1409

Mulieres post amatores liberales redeunt. p. 226. n. 1660

Munus.

Munera etiam sanctos mouent. p.51.n.177

Murmurator.

Murmuratores de omni opere detrectant. p. 36. n. 212

Musica.

Musica in cœlo, & in terra grata Deo. pag. 126. num. 832

N.

Narratio.

Narrata crescunt vsque ad maximum mendacium. p.134.n.910

Natiuitas.

Natiuitas Christi homines cum Angelis conformauit, & sociauit. p.217.n.1603

Nihil.

Ex nihilo nati in dignitate constituti nobiles apparent repente. p.62.n. 403

Nobilis.

Nobiles vitiosi sæcula infelicia faciunt. pag. 96. num.918

Nomen.

Nomen Iesu thesaurus. p 105.n.700

Nominis Iesu etymologia. p.105.n.701

Nomen Iesu admirabile ad omnia. p.110. n.730

Qui nomen Iesu periurat miser est. pag. 110. num. 731

A talibus iuramentis abstinendum. ibidem.

Nomen Iesu omnibus inuocantibus eum amabile, & desiderabile. p.158. n.1113

Nomen Iesu clauis sacramentorum veteris legis. p.159. n. 1114

Nomen Iesu turris defendenda cordis fortitudine. p.159.n.1115

Nomen Iesu piscina plena sanctitatis. pag. 159. n. 1117

Nomen Iesu fecit, & facit mirabilia inaudita. p.159.n.1120

Nomen Iesu triumphus ineffabilis. pag. 195. num. 1120

Nominis Iesu excellentiæ singulares. pag. 159. num. 1122

Nomen Iesu plausibile omnibus. p.160. n.1124

Nomen & opera conuenire debent. pag. 160. n.1125

Nomen Iesu, & Emanuel idem sunt. pag. 160. n. 1127

Nomen Iesu tollit omnem dubitationem. p. 160. n. 1128

Ad nominis Iesu inuocationem cœlum inclinatur. p.163.n.1153

Nomen Iesu blasphematum quare. pag. 164. n. 1154

Nomen Iesu protegit inuocantes eum, pag. 164. n. 1157

Nomen Iesu impij non attendunt. pag. 164. n. 1158

Nomen Iesu medicina peccatorum. pag. 164. n. 1160

Nomen Iesu Dæmones torquet. pag.166. num.1172
In Nomine Iesu potentes malitia indebiles fiunt. p.166.n.1178
Nomen, & fama magistrorum volat in extraneis nationibus. p.186.n.1355

O.

Obedientia.

OBedientia in arduis perfecta. pag.67. num.445
Obedientia prompta ad omnia. pag.68. num.446
Obedientia virtutes crescunt. pag.224. num.1647
Obedientia fugienda in rebus illicitis. pag.134. num.908
Obedientia victima Deo admirabilis. pag.161. num.1134
Obedientia cæca perfecta, & Deo placens. p.184. n.1341
Obedientia Virginis mare ineffabile. pag.190. n.1385
Obedientes similes infantibus sic gentibus. p.193.n.1413
Obedientia cumulata in Virgine Maria. pag.193. num.1414
Obedientia perfecta adhuc dormiens somniat obedire. p.194.n.1416

Obstaculum.

Obstacula aërea erant ante Baptismum impedientia portas cælorum. p.177.n.1280

Obstetrix.

Obstetrix Virgo Maria filij sui. pag.118. num.776
Obstetrix nulla in partu Virginis fuit. pag.124. num.810

Occasio.

Occasiones fugiendæ non solum vestibus, sed corde. p.46.n.285
Occasiones à malignis hominibus tollendæ. p.216.n.1585

Odor.

Odor qui ex pannis calefactis à Virgine exhibetur Dæmones effugabat. p.140.n.962

Odium.

Odium impiorum dissimulat, & humiliat se vt trucidet bonos. p.177.n.1280

Omissio.

Omissiones Prælatorum odit Deus. pag.54. num.339

Officia.

Officia venialia perditio Reipublicæ. pag.72. num.464

Opera.

Opera misericordiæ corporalis & spiritualis quæ sint. p.112.n.739

Opinio.

Opiniones latæ non sequendæ. pag.141. num.967
Opiniones nouas fugiendas esse docent Doctores graues. p.57.n.355
Qui ex capite opinantur res nouas superbi sunt. p.110.n.729

Opus.

Opera bona sequuntur Christianos. pag.197. num.1437

Opprobrium.

Opprobriati à Deo valde honorantur. pag.210. num.1539

Oratio.

Oratio anteponitur operibus exterioribus. p.26. num.147
Orationes Deum mouent ad pietatem. pag.43. num.265
Orationes hominem purificant & renouant. p.45.n.277
Oratio continua, & sine intermissione. pag.99. num.648
Orationis effectus. p.99.n.650
Orationes Sanctorum valde necessariæ. pag.186. num.1352
Oratio omni tempore Deum obligat. pag.217. num.1594
Orationes propriis verbis fiant. pag.217. num.1595
Oratio humilis frangit iram Dei. pag.142. num.975
Orationes pro bono communi in Republica factæ Deo nimis gratæ. p.144.n.989
Orationes quo tardius à Deo exaudiuntur, eo beneficia geminata reportant. pag.173. num.1241
Orationes Sanctorum continuæ. pag.215. num.1560
Orationes non sunt multiplicandæ pro rebus temporalibus nisi in voluntate diuina resignandæ. p.220.n.1620

Oriens.

In Oriente videre æquiuocum est. pag.167. num.1184

Ornamenta.

Ornamenta & vestimenta vanitatum apud Deum odiosa. p.39.n.234
Ornamenta prophana peccatorum occasio. p.39. num.237

P.

Pannus.

PAnni mundissimi fuerunt in Natiuitate Christi. p.120.n.788

Parens.

Parentes filias nunquam solas relinquant. pag 95. num.617
Parentibus suis puer Iesus fuit subiectus docem & octo annis. p.213.n.1564
Parentes à Deo puniuntur cum filiis intrare Religionem contradicunt. p.215.n.1582

Pater.

Patres spirituales non sint terrigeni. pag. 28. num.1.0

Patientia.

Patientia in opprobriis coronanda. p.120 num.991
Patientia per actus habitus fit. pag.218 num.1604
Patientia quo magis ingratis exercetur admirabilior. p.218.n.1604
Patientia impassibiles facit. ibid.
Patientia Dei tollerando periurantes nomen eius, ostenditur. p.164.n.1154

Pauper.
Pauperes locupletati sunt Euangelio. pag. 221. num.110
Pauperes in memoria Dei sunt. pag. 54. num.337
Pauperes audiendi sunt. p.54.n.338
Pauperes spiritu ditissimi. p.67.n.439
Qui pauperibus non subueniunt crudeles, & impij. p.165.n.1062
Propter pauperum miserias à Principibus causatas Deus grauiter punit populum. pag.154. num.1076
Pauperibus subuenire gloria Dei est. pag.217. num.1601
Paupertas.
Paupertas quare diligenda sit. pag. 123. num.814
Paupertas Christi ianua fuit. pag. 129. num.856
Paupertas cædit diuitiis,& nobilitas auro. p.165. num.1167
Pastor.
Pastores Palestinæ hyeme cubant in campis. p.110.n.728
Pastor multarum ouium Christus à die natiuitatis suæ. p.129.n.848
Pastores primitiæ Prædicatorum. n.852
Pastores Ecclesiæ frustrati non indignentur. p.131.n 885
Pastores rem'ssi Deo odibiles. pag.131. num.886
Pastores subtiles,& ingenio scandalosi. pag.131. num.887
Pastores qui sua quærunt lupi sunt. n.1534.
Pastor bonus excitat oues ad pascua virtutum. p.210.n.1535
Pastores negligentes dilatant diem resurrectionis. p.210.n.1535
Pax.
Pax quærenda est etiam cum maximo periculo. p.135.918
Pax regnorum semper est petenda. pag.114. num.752
Pacis tempus fælix. p.114.n.754
Pax porta cœli. p.114.n.755
Peccator.
Peccatores Magi bono exemplo reducuntur. p.84.n.551
Peccatores abiecti pœnitentia fiunt sublimes. p.86.n.561
Peccatorum abyssus abutuntur patientia Dei. p.86.n.564
Peccatores omnes vult Deus saluos facere. p.87. num.571
Peccatores tandem suis peccatis solent fastidiari, & habere fastidium in voluptatibus. pag.145. num.995
Peccatores Deum intus non attendunt. pag.59. num.373
Peccatores plus torquentur quam pœnitentes. p 80.n.521
Peccatores leues ad vomitum redeunt. pag.109. num.721
Peccatores faciles sunt, & immemores diuitiarum. p.125.n.825
Peccator quæ mala promittit non debet adimplere, etiam si cum iuramento promiserit. p.147.n.1015
Peccatores telas araneæ ordiuntur, p.181.n.1318
Peccator operibus suis prauis Deum excitat ad vindictam. p.187.n.1360
Peccatores nouiter ad pœnitentiam conuersi totaliter occasiones fugiunt. pag.171. num.1229
Ad Dominum volitant per aëra. pag.173 num.1239
Peccatum.
Peccatum veniale neque cogitandum. pag.98. num.642
Peccata publica publicè reprehendenda. pag.196. num.1430
Peccata recogitare in amaritudine medicina cælestis est. p.219.n.1608
Peccata publica publicè gemenda. pag.192. num.1399
Peccata grauia propter absentiam Prælatorum. p.209.n.1534
Pœnitentia.
Pœnitentia vera cognitio sui ipsius. pag.42. num.261
Pœnitentia prædicanda nuda. p.54 n.341
Pœnitentia celeriter amplectenda. pag. 79. num.518
Pœnitentia pœnam tenere est. p.83.n.540
Pœnitentia etiam ad horam bona. pag.109. num.720
Qui Pœnitentiam non facit habitum pœnitentis portans impius in se. p.188.n.1368
Pecunia.
Pecuniæ ludentibus raro deficiunt. pag.197. n.1439
Perplexitas.
Perplexitas in sanctis viris reperitur. pag.94. num.615
Perplexus semper ad peiora determinatur. p.171. n.1223
Ploratus.
Ploratus incompositus & excessiuus damnabilis. p.155.n.1081
Prædicatio & Prædicator.
Prædicatores frigidi non desistant à prædicatione. p.15.n.72
Prædicatores non desistant iram Dei proponere peccatoribus. p.16.n.79
Prædicatores cum periculo vitæ debent prædicare contra scandala publica. p.20.n.102
Prædicatores exulare supplicium Reipublicæ. p.23.n.125
Prædicatores vinculati corona aurea sunt ornati. p.24.n.130
Prædicatores adulatores damnantur. pag.31. num.176
Prædicatores sentiunt nimis non exaudiri. p.37. num.220
Prædicatores Principes honorare debent. pag.51. num.325
Prædicatores veritatis in exilium missi. ibid.
Prædicator operator sit. p.54.n.340
Prædicatores critici & culti fallaces. n.341
Prædicatores in communi loquantur, confessores vero in particulari. p.57.n 362
Prædicator profanus lapis in via. pag.177. num.1281
Prædicatores audiendi semper, sed in malum non imitandi. p.178.n.1285
Prædicator loquax non audiendus,sed fugiendus. p.184.n.1340
Prædicator sit operator. p.223.n.1636
A Prædi

A Prædicatione nunquam cessandum. pag.20. num.103
A Prædicatione semper fructus spectandos. p.20. num.101
Prædicationes audire Deum obligant. pag.37. num.221
Prædicationes & Prælati pueri sunt populorum destructio. p.209.p.1518
Prædicatores virtuosi sine metu. p.75.n.492
Contra Prædicatores non est irritandum. pag 79. num.513
Prædicatores intus operentur quod loquuntur. p.79.n.515
Prædicatores non sunt exulandi. p.62.n.405
Prædicatores operatores sint. p.65.n.425
Prædicatores qui non bene operantur infelices. p.183.n.1331
Prædicator operari debet quæ prædicat. pag.65. num.428
Prædicatores similes columbis. p.67.n.441
Prædicatores doctissimi sint. p.68.n.447
Prædicator opprobriis saginatur. p.68.n.448
Prædicatores non impuberi. p.71.n.463
Prædicator non debet resistere internis inspirationibus Dei. p.72.n.474
Prædicatores non audaces coram Rege. p.75. num.488
Prædicator impœnitens fugiendus. pag. 225. n.1654

Prælatus.

Prælatorum absentia nimis nociua. pag.111. num.734
Prælati solo cultu subditos honorant, vel flagellant. p.174.n.1254
Prælati muti, qui non valent latrare perdunt subditos. p.183.n.1332
Prælati sine timore Dei sanguine pleni sunt. p.196.n.1430
Prælati sustinentes miserias subditorum. pag.64. num.421
Prælati remissi causa multorum malorum. p.132. num.886
Prælati sine zelo Dei sicut mulieres luxuriosæ, quæ copulantur viris propter munera. p.204. n.1496
Prælati sine zelo verecantur publicè loqui. p.204. n.1496
Prælati debent prædicare non thesaurizare. p.209.n.1554
Prælatorum exemplum ianua virtutum.
Prælati in secreto sunt reprehendendi. pag.23. n.122
Prælati dociles esse debent. p.49.n.308
Prælati, & iudices quæ sunt vtilia Reipublicæ quærant. p.196.n.1432
Prælatus assistat in Ecclesia sua. pag. 209. n.1534
Prælati inhiant propter meliores Prælaturas. p.217.n.1601
Prælati non palam corrigere debent subditos. p.27.n.156
Prælati temporales impij. p.41.n.249
Prælati vnum faciunt,& multa præcipiunt. p.42. num.260
Prælati remissi impij,& crudeles contra se,& subditos. p.43.n.263
Prælatorum officia operari. p.43.n.266
Prælatorum infelicitas subditos habere impios. p.62.n.400
Prælatus inscius iudicat,& odit doctos. pag.62. num.401
Prælati sobrij debent esse. p.62.n.460
Prælati grauati Peccatis loqui non possunt. p.62. num.405

Præfectura.

Præfectura & imperium periculosæ res sunt.p.216 n.1591

Præsagium.

Præsagia, & reuelationes Sanctorum flagellum vltimum est. p.151.n.1057

Persequutio.

Persequutiones inimicorum viriliter ferendæ, quia valdæ meritoriæ sunt. p.139.n.950
Persecutiones quæ patiuntur in Prouinciis propriis à domesticis Deus honorat. pag.142. num.970
Persecutiones aliqui patiuntur ab incunabilis. p.148.n.1027
Persecutionibus crescunt iusti. p.152.n.1066

Pietas.

Pietas Dei aliquando flagellum grande. pag. 86. num.563

Priuatus.

Priuatus Regem regit. p.72.n.469
Priuati à Rege perniciosi. p.72.n.468
Priuatorum deliria innocentes soluunt. pag.151. n.1051
Priuati cito crescunt, & cito cadunt. pag.207 n.1515

Priuatio.

Priuatio punitio officiorum timorem ministris producit. p.170.n.1212

Princeps.

Principes potentes sunt ad vitia, non ad virtutes assequendas. p.172.n.1236.
Principes inobedientes puniendi sunt. pag.184. n.1338
Principes recti vrso similes vulnerato. pag.51. num.314
Principum priuati cito decidunt. p.76.n.497
Principes qui imponunt onera crudeles circa subditos. p.115.n.760
Principes mundi non habent verbum veritatis. p.151.n.1054
Principes manibus alienis homicidia faciunt. p.153.n.1072

Poëta.

Poëtarum fabulatio narratio. p.97.n.637

Politicus.

Politicus semper est mendax,& adulator. pag.50. num.317

Potentes.

Potentes sunt impatientes. p.51.n.322
Potentes in cor miseri, & afflicti sunt. pag.136. n.920
Potentes difficulter ad Deum veniunt. pag.179. n.1300
Potentes crudeles. p.233.n.1715

Prodigium.

Prodigia cælorum non paruipendenda. pag.147. n.1018
Prodigia & signa à Prædicatoribus nuntiata non vilipendium patiuntur. p.234.n.1721

Prudentia.

Prudentia Prædicatoribus necessaria ad reprehendendum. p.75.n.488
Prudentia sal virtutum. ibid.
Prudentia, & patientia necessaria. p.106.n.705

Prudentia sal virtutum seruorum Dei. pag.166. n.1177
Prudentia ingens intus recogitare. p.214.n.1569

Puer.

Puer egressus ex vtero matris reuersus in vterum. p.135.p.915
Puerum Iesum Reges Magi in suis acceperunt manibus. p.180.n.1305
Pueri inter mulieres iter agebant. pag. 199. n.1451
Pueri imperiti volunt fieri magistri. pag. 199. n.1451
Puer Iesus suum aduentum prædicauit. pag.200. n.1460
Puer in carcere natus, & nutritus in tenebris ludit. p.219.n.1610
Puer Iesus transiens per medium parentum remansit solus. p.200.n.1462
Puer Iesus ad cœnam parentum spectabatur. p.202.n.1475
Puer Iesus ostiatim mendicabat. p.202. n.1478
Pueri Iesu miraculum primum. p.202 n.1479
Pueri in orationibus nutriantur. p.202. n.1481
Pueri sapientiæ incapaces sunt. p.208. n.1525

Puluis.

Puluis est homo excelsus. p.229.n.1683

Punitio.

Punitio temporalis datur vt æterna excusetur. p.110.n.727

Q.

Qualis.

QVale desiderium Angelorum. p.234.n.1719

Querela.

In Querelas mortales conuertuntur desiderata non impetrata. p.163.n.1145

Qui.

Qui Prædicatores contemnit, & Christum contemnit. p.55.n.345
Excusationem habet, quia est amabilis pulchritudo. p.77.n.504
Qui patientia coronantur eximiam consequuntur victoriam. p.80.n.524
Qui de alienis opera pia facit nullum consequetur præmium. p.86.n.558
Quo quis est vilior, plus festinanter crescere in dignitatibus conatur. p.220.n.1617

Quomodo.

Quomodo Iesus scientia crescebat. pag.212. n.1549
Quomodo nobilitas veneranda sit. pag. 212. o.1555

Quot.

Quot ciuitates hoc nomine Bethlehem erant in Israël. p.167.n.1184
Quot fuerunt Reges Magi qui adorandum Christum venerunt. p.168.n.1187

R.

Rebellis.

REbelles à Deo puniuntur. p 79.n.514

Reformatus.

Reformati possunt reformare. p.62.n 404
Reformati Religiosi officia solent appetere. p.227.n.1666

Regimen.

Regimen laudabile Reipublicæ. p.207.o.1504

Religiosus.

Religiosi vndas sæculi debent calcare. pag. 68. n.447
Religiosi erubescant declinantes à suo instituto. p.74.n.484
Religiosi non sunt, qui anhelant ad dignitates. p.78.n.509
Religiosi miseri superbi Prælati, ibid.
Inter Religiosos æqualitas amabilis. p.85.o.553
Religiosi de mundo non loquantur. pag. 195. n.1426
Religiosi non attenti fugiendi sunt. pag. 195. n.1427
Religiosi Parentum desideriis fauent. pag. 215. n.1581
Religiosi reformati Palatia Regum quærunt. p.226.n.1663
Religiosorum sordes hypocrisim sapiunt. p.123. n 811
Religiosi qui spirituales sunt cibos delicatos, & pecuniam fugiant, aliàs non credantur. p.227.n.1668
Religiosi ambiunt mundum, vt cæteris se anteponant. p.216.n.1591
Religiosi præmium sui laboris habent. pag.158. n.1674
Religiosorum consolatio in capitulis non præmiatorum. p.8.n.29

Reprobi.

Reprobi beneficiis non obligantur, sed omnibus nocent. p.45.o.565

Respublica.

Respublica peribit, quæ à priuatis gubernatur. p.78.n.512

Restitutio.

Restitutio primo loco deinde benefacere pag.86. n.558.
Restitutionem fecerunt tres Reges Magi. p.180. n.1308

Responsum.

Responsum quomodo Simeon ab Spiritu Sancto accepit. p.189.n 1375

Resurrectio.

Resurrectio omnis carnis in Simeone figurata. p.192.n.1407
De Resurrectionis figura Ionas. p.202.o.1483

Reuelatio.

Reuelationes Sanctorum internæ sunt. pag. 46. n.282
Reuelationes veræ omnia adimplent. pag. 107. n.712
Reuelationes fœminarum periculosæ. ibid.
Reuelationes Prædicatorum à Regibus non contemnendas. p.22.n.119
Reuelatio Sanctæ Brigittæ circa partum B. Mariæ Virginis. p.122.n.806
Reuelationes strictæ examinandæ, paruè credendæ. p.227.n.1668
Reuelationes falsæ quales sunt. p.233.n.1712

Reuerentia.

Reuerentia superiorum vnde. p.26.o.147
Reuerentia parentibus debita. p.212.n.1549

Regnum.

Regnum Christi non fuit temporale. pag. 134. n. 906
Regna Christianorum propter Sacerdotes conseruantur. p.175.n.1258
Regnum confirmatum à Deo permanebit. p.175. n. 1259

Rex.

Regibus non adulandum. p.37.n.219
Regis scripta manu propria pluris æstimantur. p.63.n.413.
Reges Israel quando cessauerunt. p.71.n.457
Rex insipiens secum traditores portat. pag. 75. n.491
Rex incapax irreprehensibilis est; quia induresc it reprehensionibus. p.87.n.566
Regum peccata etiam secreta publicantur. p.108. n.717
Regibus impudicis infelicitates eueniunt. p. 109. n. 722
Reges timorati debent timere flagella Dei.p.116. n. 762
Regum vindicta timenda quia horribilis. p. 148. n. 1025
Reges non facilè moueantur neque credant.p.178. n.1283
Reges Magi adorauerunt diuinitatem Christi. p.179.n.1299
Rex suos subditos debet honorare,& ditare.p.226. n.1661
Reges fastidium de priuatis suis cito ostentant. n.1174
Reges impudici amiserunt Regna. n.1175
Regum Magorum Coloniæ honorificantur, corpora, & reliquiæ eorum. p.166.n.1189
Reges Magi octo dierum itinere peruenire potuerunt in Bethlehem. p.169.n.1198
Reges alienigenæ timendi sunt valde.p.170.n.1210
Rex impius, & ignarus ministros impios timet, & sustinet. p.170.n.1211
Reges & potentes valdè timidi mortis. p. 170. n.1213
Rex insipiens timet suos ministros sceleratos. p. 174. n.1252
Rex extraneus non diligitur à subditis. pag. 177. n. 1275
Rex tepidus, & remissus non durabit. pag. 184. n.1338
Reges in secreto debent priuatis suis fauere, non publicè. p.187.n.1362
Rex pusillanimis perdet regna. p.207.n.1517

Rhinoceros.

Rhinoceros coram Virgine mansuescit. pag.185 n. 1349

Rota.

Rota in perpetuo motu est vita Ambitiosi. p.163. n.1144.1151

S.

Sacerdos.

Sacerdotes si reprehendantur irascuntur. p.61. n. 395
Sacerdotes vigilare debent. p.18.n.84
Sacerdotes puriores Sacramenta administrant. p.225.n.1656
Sacerdotis dignitas valdè admirabilis. p.78.n.510
Sacerdotes priuilegiis vtantur. p.222.n.1633
Sacerdotes nemo contemnat. p.222.n.1634
Sacerdotum capilli, id est, cogitationes auro texendæ sunt. p.186.n.1353
Sacerdos orando Deum prouocat ad iram. p 225. n. 1653

Sacramentum.

Ad Sacramenta recipienda inuitare debemus.p.62. n.406

Sanctitas Sanctus.

Sancti in somniis præmiantur à laboribus suis. p. 208. n. 714
Sanctos implorent pauidi. p.111.n.736
Sanctitatem informationes approbant. pag. 45. n. 279
Sanctitas nobilissimorum Deo placet. p.45.n.280
Sancti omnes in die Natiuitatis Christi lætantur. p.128 n.850
Sanctos ratio ipsa conuincit. p.221. n.1625

Sanguis.

Sanguis innocentum mœnia contra Tyrannos indebilia. p.76.n.495
Ex quo Sanguine Virginis Mariæ conceptus fuit Christus. p.104.n.690
Sanguis quomodo fiat menstruum in mulieribus. p.104.n.691
Sanguis quomodo præparatur ad conceptionem. p.97.n.639
In Sanguine Christi connexio vitæ & corporis. p.157.n.1100

Sapiens.

Sapientes sunt homines singulares. p.24. n.129
Sapientes scriptores æmulos contra se incitant. p.38.n.228
Sapientes huius mundi astuti, & fallaces sunt. p.166.n.1177
Sapiens Vir stultorum verbis torquetur. p. 187. n.1366

Secretum.

Secretum reprehendendum est. p.211.n.1545
Secreta seruare donum Dei eximium est. pag. 36. n. 211
Secreta non habeant coniugati inter se. pag. 95. n. 620
Secreta seruanda semper. p.100. n.660
Secretum qui obseruat magnanimus est præmio. p.107.n.708
Secretum in rebus diuinis valdè obseruandum. p.137.n.933
Secreta commissa scelera iram Dei prouocant, maximè religiosorum. p.173.n.1240

Securus.

Securus, qui præsumit, ignorans est. pag. 192. n. 1402

Senes.

Senes sustentacula sunt Regnorum. pag. 210. n.1537
Senes, & arbores similes. ibidem.

Sermo.

Sermones de pane lucrando fugiendi. pag 234. n.1721

Sensus.

Sensus litteralis scripturæ vnius loci duplex.p.139 n.954
Sensus corporales dormiunt cum Deus loquitur. p. 141. n.966

Sententia.

Sententiæ variæ corda humana confundunt.p.178. n. 1289

Serpens.

Serpentis similitudo sanabat in deserto, & Christus in similitudine carnis peccati. pag. 219. n.1614

Seruus.

Serui malefici Principes exhonorant. pag. 35. n. 204

Simplex.

Simplices corde quare dicantur. p.17.n.82

Simplicibus, & non astutis Deus reuelat multa. p.127.n.838

Simulacra.

Simulacra euersa per Christum. p.121.n.797

Spiritus Sanctus.

Spiritus Sanctus non realiter descendit in Iordane. p.231.n.1697

Spiritus Sanctus non est vnitus naturæ columbæ. p.231.n.1698

Spiritus Sanctus quomodo formauit corpus Christi. p.92.n.602

Spirituales.

Spirituales nimis sensibiles. p.36.n.209.

Signum.

Signum magnum super Bethlehem apparuit p.126.n.832

Signum cœleste est futura annuntiare. pag. 129. n. 858

Signum magnum Reipublicæ per quos mala eueniunt. p.171.n.1228

Signum sanctitatis bonos quærere & communicare eum eis. p.184.n.1342

Silentium.

Silentium commendat Præcursor Ioannes. p. 48. n. 301

Simeon.

Simeon fuit magister Gamalielis. p.189. n.1374

Simeonis prophetia adimpleta. p. 201. n.1472

Simon Magus quare pecunias obtulit Apostolis.

Synagoga.

Synagoga partialis erat, & ideo fugienda, p. 85. n. 554

Sinceritas.

Sinceritas Deo, & hominibus iustis amabilis. p.127.n.835

Societas.

Societas malorum examinanda. p.74. n.482

Somnium.

Somnij definitio quidditatiua. p.103.n.679

Somnia vera, vbi Deus reuelat quomodo sunt. p.103.n.680

Somnia quæ credenda sunt. p.103.n.681

Spes.

Spes omnia vincit alacriter. p.106.n.706

Stella.

Stella apparuit Magis Regibus ante duos annos à natiuitate Christi. p.169. n.1197

Stella quæ apparuit Magis, cuius essentiæ, & qualitatis erat. p.169.n.1202

Stella Magorum apparens in via gaudium infundit. p.176. n.1268

Stella Magorum quomodo apparuit ibi. p. 177. & n. 1277

Stultus.

Stultus sapientibus & doctis torquetur. p. 209. n. 1528

Societas.

Societates prauæ pueros perdunt. p.202. n.1481

Societas impiorum fugienda. p.234.n.1725

Solemnitas.

Solemnitas Paschæ septem dies durabat. p. 199. n. 1450

Subditus.

Subditis non credere, cum famam denegant. p.27. n. 149

Subditorum honor seruandus nimis. p.27. n.156

Subditorum relaxatorum conditio. p.61. n.398

Subtilis.

Subtiles malæ voluntatis insupportabiles. p. 132 n. 888

Superior.

Superiores non vulgares. p 26. n.148

Superiores non se facilè credant. p.27. n.151

Superiores ingenio si temporales sunt & ambitiosi legem Dei contemnunt. p.84.n.346

Superbus.

Superbi contra cœlum & terram blasphemant. p.60.n.388

Supplicium.

Supplicium impiorum ingens. p.142.n.973

Suspicio.

Suspiciones de proximis malæ sunt fere naturales. p.216. n.1585

T.

Taceo.

TAcentes Deus defendit. p.15.n.71

Tacent Prælati, & Prædicatores ambitionis causa. p.235.n.1731

Temeritas.

Temeraria suspicio fugienda. p.36.n.210

Tempestas.

Tempestas est ipsa prosperitas. p.65.n.427

Templum.

Templum Dei præuaricari scandalum, & maximum peccatum est. p.135.n.915

Templum Spiritus Sancti B. Virgo Maria. p.189. n. 1378

Templa ædificanda non ex substractionibus meritorum. p.165.n.1164

Tempus.

Tempus & locus in rebus grauibus assignari debent. p.60.n.388

Tentatio.

Tentationes quo sanctiores sunt plures, & fortiores. p.520.n.318

Terra.

Terra mortuorum propria sola datur hominibus. p.115. n.756

Testis.

Testis fidelis conditiones requisitæ. pag. 44. n. 272

Testis fidelis vita immaculata. p.45.n.277

Tyrannus.

Tyranni gubernatores citò moriuntur. pag. 76. n 496

Timor.

Timor Dei semper amplectendus. p.9.n.34

Timor tristitiam operatur. p.132.n.890

Timor Domini super omnia venerandus est. p.138. n. 934

Timor legem Dei multiplicatam facilem facit. p. 208. n.1524

Timoratus.

Timorati quare recti dicuntur. p.196. n.1432

Timorati Dei non tristantur aduersis huius mundi. p.196.n.1434

Timorati viri passeres sunt volitantes. pag. 197. n. 1436

Tria.

Tria nomina Christi Iesu. p.156.n.1096

Tres adorationis modi à Theologis assignati. p.179 n.1298

Tria munera vnusquisque Regum Domino Iesu nato obtulerunt. p.180.n.1307

Trinitas.

Trinitatis opera, & attributa quid ſint. pag. 92. num. 599

Trinitatis myſterium repræſentatum in tribus muneribus Magorum. p.180.n.1310

Triſtitia.

Triſtitia nocet multum. p.15.n.71

Triſtitiam operatur timor. p.132.n.890

Tres Reges Magi reſtitutionem fecerunt. pag. 180. n.1308

Triſtitia fallit ineptos. p.196.n.1434

Turtur.

Turturi, & columbæ lex Chriſti quare comparetur. p.192.n.1397

V.

Vana gloria.

VAna gloria fugienda nimis. p.46.n.288

Vanas glorias Chriſtus effugit ſemper. p.226. n.1662

Vanitas.

Vanitas ambitionis filia ab initio mundi propter ſingularitates. p.123.n.809

Vanitates homo vanus ſemper cogitat. pag. 229. n.1685

Veſtis.

Veſtes ſunt omnes priuati Regum. pag. 25. n.141

Verecundia.

Verecundia eximia laus mulieris. p.52. n.327

Veſtimenta.

Veſtimenta hypocritarum diſtant ab operibus. p.65.n.426

Veſtimentis fœmininis vtuntur viri aliàs fortes. p.77.n.506

Verbum.

Verbum maius eſt Ioanne. p.72.n.474

Verbum æternum producitur, & non ſeparatur à Patre. p.79.n.515

Verbum Dei etiam impij non recuſent audire. p.88.n.572

Verbum Dei mirabiles effectus conſequitur p.88. n.574

Verbum Dei tibia & muſica ſuauis. pag 88. n.575

Verbum Dei dura corda conuertit. pag. 88. n.576

Per Verbum Magorum deſideriis ſatisfecit Angelus. p.180.n.1315

Verba dulciſſima Virgo Maria dicebat, dum filium ſuum faſciis ligabat. p.123.n.813

Verba impudica, & inhoneſta ſignum abſentiæ Dei. p.166.n.1173

Verba ſcripturæ duplicem litteralem ſenſum habent. p.232.n.1708

Vermis.

Vermis ſerpentis ſpoliatur qualis, & eius proprietates. p.124.n.816

Veritas.

Veritas eſt cauſa lætitiæ in cordibus iuſti. p. 185. n.1346

Vicinus.

Vicini eiuſdem Domus vitam & mores proximorum auſcultant. p.139.n 946

Virgo Maria.

Virgines ſanctæ puerum Ieſum ſanguineum diligunt valde. p.162.n.1142

Virgo Maria quindecim habebat annos cum ab Angelo ſalutata fuit. p.179.n.1302

Per Virginem Mariam tres Reges Magi ſalui facti ſunt. p.179.n.1304

Virgo Maria fons miſericordiarum. p.186.n.1356

Beata Virgo Maria immunis à peccato originali. p.188.n.1372

Beata Virgo Maria qua ratione immunis à lege. p.189.n.1376

Beata Virgo Maria templum, veſtem, & Sacerdotem ornans. p.190.n.1380

Beata Virgo Maria ſymbolum obedientiæ. p. 190. n.1381

Beata Virgo Maria aures Eccleſiæ militantis. p.190.n.1385

Beata Virgo Maria pauperes exaudit. pag. 190. n.1386

Beata Virgo ſolem ſicut Ioſue ſiſtere fecit. p.190. n.1387

Beata Virgo Maria ſella geſtatoria Dei. pag.190. n.1388

Virgines, & animæ ſanctæ Virgine Maria fulciuntur. p.184.n.1420

Virgines ſtultæ, vt luna mutantur. p.194.n.1421

Virginum Epitaphium ſepulchrorum. pag. 194. n.1422

Virgo Maria ſicut cetua anxia. p.201.n.1471

Virgo Maria ſecretum ſemper ſeruauit. pag. 214. n.1570

Virgo Maria magiſtra ſecretorum. p.214 n.1571

Virginis prudentia tacendo myſteria fidei demonſtrabatur. p.219. n.1611

Victoria.

Victoria coram inimicis admirabilis. p.14.n.70

Victoriam dat inimicorum indulgentia. p. 111. n.738

Virtus.

Virtus nuda & ſola ſeruos ſuos facit Reges pronos. p.182.n.1325

Virtuoſos timeant Impij maledicere. p.145.n.1004

Virtuoſi ſpectacula hiſtrionum fugiant. p. 207. n.1513

Vis.

Vim vi repellere licet. p.147. n.1016

Iterum explicatur. p.183.n.1318

Vita.

Vita Prædicatorum ſicut lilium inter ſpinas. p.75. n.487

Vindicta.

Vindicta & ira reſeruata peccatum graue. p. 216. n.1587

Voluntas.

Voluntati diuinæ ad nutum nos debemus conformare. p.79. n.518

Voluntas mala inimici domeſtici timenda & valde fugienda. p.148. n.1026

Voluntas Mariæ, & filij eius vnanimes in omnibus. p.190. n.1388

Voluntas conformata mortem iuſtam facit. p.198. n.1449

Voluntas æterni Patris filij fuit negotium. p. 211. n.1548

Voluptas.

Voluptas conceptionis triſtitia ſoluitur partus. p.63.n.411

Vox.

Voces prædicatorum conſolationes cordium p.47. n.299

Vox Ioannis ſilentium Prophetarum. pag. 48. n.302

Voces interiores animæ contemplationes requirunt. p.48.n.303
Voces Prædicatorum multum valent. pag. 235. n. 1731
Vox incitatiua amoris. p.232.n.1706
Vox populi Dei. p.116.n.762
Voces lamentantium valde animos mouent. p.149. n.1036

Vulgus.

Vulgus varius, & insipiens laudat quod ignorat. p.30.n.167

Vxor.

Vxor gloria Viri, & si bona procul pretium eius. p.95.n.620
Vxores maritis multa tacenda. p.94.n.614

Vlulo.

Vlulare propriè est cum signis exterioribus, vel lamentationibus. p.149.n.1042
Vlulant animalia. ibidem.

Vsus.

Vsus vestimentorum destructio Regnorum. p.32. n.182
Vsus vestimentorum odoribus fragrantium Deo odibilis. q.182.n.1327

Vultus.

Vultus Dei terram tremere facit. p.179.n.1294

Vterus.

De Vtero B. Virginis Mariæ quomodo egressus est Iesus. p.191.n.1389

Vulua.

Vuluam aperire materialiter intelligendum est in mulieribus quæ parturiunt ex viro. pag.191. num. 391
Quomodo vulua illæsa Iesus est egressus. p.191. n.1392

Vrbanitas.

Vrbanitas in sanctis reperitur miro modo. p.213. n.1558

Z.

Zelotypia indiscreta eiicie da. p.28.n.160
Zelotypia habent priuati Regum quia non sunt sinceri. p.78. n.512
Zelotypiis torquentur corda. p.94. n.609

F I N I S.

VA1 1520861